1 MVTATIO † fori non liberat à iuriſdictione primi iudicis, co-
ram quo iudicium eſt cœptum; ideo , qui fuit monitus ſub
conditione ad ſoluendum ſub pœna excomunicationis , licet effi-
ciatur alterius fori; tamen ligatur excomunicatione. Feder. de Se-
nis *conſ.*16.*n.*10 .*ver.quidam vero.& n.*11.*ver.quod dixi ſupra* , vbi dicit
* comunem* opinionem, reprobato Archidiacono , poſt Damaſ. †
2 Contrarium igitur tenet Archidiacon. poſt Damaſ.*in c.*1. §.*ſtatuto.*
*de conſtit.lib.*6.prout refert Federic. vbi ſup.*conſ.*16.*n.* 11. qui eos re-
3 probat. † Declara, vt prima procedat opinio, quando ſpecialiter
fuit quis citatus, vel monitus; ſecundo vero , quando in genere,
4 ita declarat Feder. de Sen.*conſ.*97 .*n.* 4.*ver.venio ad quæſtiones.* † Am-
plia, vt procedat , etiam ſi laicus poſt cœptum iudicium efficiatur
clericus; quia adhuc poteſt ſecularis procedere contra Clericum,
& ſententiare, & condemnare; ſed tamen non exequi ſententiam.
Lap.*allegat.*119.*n.*4.quod verum aſſerit Feder. de Senis *d.conſ.* 97.
*nu.*3.*ver.venio ad contraria,* quando legitima citatio præceſſit; quia
tunc priuilegium eſt præuentum , & tanquam ſuperueniens lite
pendente non operatur. Vide, *Iudex ſecularis in quibus cauſis procedat*
*contra clericos.Concl.*451.† Extende hanc ampliationem , vt proce-
5 dat, etiam ſi poſt conditionem condemnatus fieret clericus , vel
oblatus religioni in fraudem; quia tunc poſſet per ſecularem ſen-
tentia exequi, vt per Feder. de Sen. *conſ.* 235. *verſ. ſecundo quæritur.*
Vide, *Fraus nemini patrocinari debet.Concl.*474. Vide, *Præuentio multa*
*operatur.Concl.* 646.

## Forus per militiam ſecularem, & cœleſtem mutatur. Concl. 446.

1 FORVS † mutatur per militiam ſecularem, ac multo magis per
militiam cœleſtem. Oldrad.*conſ.*83.*n.*3.*verſi.ſi enim per militiam.*
2 † Amplia; quia per mutationem perſonæ mutatur forus etiam
quoad bona. Oldrad.*d.conſ.*83.*verſic.& quod mutatione, n.*3.

## Forus conſcientiæ quid requirat , & quid reiiciat. Concl 447.

1 FORVS † conſcientiæ & animæ non admittit apices iuris , nec
formulas verborum , ſed ipſam rei veritatem nudam requirit,
Lap.*allegat.*72.*Martinus,per tot.*maxime *in fin.* Vide , *Veritas attendi-*
*tur maxime in ſpiritualibus.Concl.*167. † Pœnarum lucrum odioſum
2 non conſideratur in foro conſcientiæ. Alexa. *conſ.* 109. *Viſo proceſ-*
3 *ſu.n.*8.*ver.& ſic potuit.lib.*5.† Contrarium apoſt. ad Alex.*d.conſ.*109.
*n.*8.*lib.*5.*in ver.Conſcientiæ*, allegat eundem Alex.*in l.ſi finita.*§.*Iulia-*
4 *nus.de damn.inf.*† Declara, vt plene per Anton. Gabriel.*lib.*7.*de cri-*
*minal.concl.*34.*Pœnæ an in foro conſcientiæ poſſint exigi* , vbi, quod vſq;
ad intereſſe exiguntur.† Amplia, vt in foro conſcientiæ, & poli nõ 5
admittantur fictiones, neq; præſumptiones, ſed ſola & nuda veri-
tas. Feder. de Sen *conſ.*21.*Nunquid hæres, in princ n.*2.*verſ.præterea lex,*
*ſeu forum conſcientiæ.*& quod color quæſitus, neque apparentia, ſed
ſola veritas in foro conſcientiæ attendatur. Angel. de Peruſ. *conſ.*
59.*Quidam pater.in princ.* vbi , quod iſta meſſis ſpectat ad Theolo-
gos, & quod præſumptio ceſſet in foro conſcientiæ. Anchar. *conſ.*
411.*n.*8. Vide, *Color quæſitus quid ſit, & operetur.Concl.*469.† Amplia; 6
quia in foro poli fraus, dolus, & deceptio omnino reiiciuntur,
tanquam crimina. Feder.*d.conſ.*21.*colum.*2.*n.*2.*ver.ad idem, quod not.*
& deniq; omnis malitia, ſeductio , & circumuentio repellitur in
foro conſcientiæ. Feder. de Sen.*conſ.*131.*in verſ.D.Frater Petrus.* An-
gel.*d.conſ.*59.*in princ.*vbi, quod attenditur bona fides , & naturalis
æquitas ſecundum veritatem. † Declara tamen, quod inſtitutus 7
in decem ſolidis poteſt in foro conſcientiæ capere totam hæredi-
tatem, quando alius non eſt inſtitutus ; quia iſte eſt effectus iuris,
& lex hoc introduxit, ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inte-
ſtatus decedat. Federic. de Senis *dict. conſ.* 131. *Caſus talis* , *per totum,*
quod eſt ſubſcriptum à Patriarcha Hieroſolymitano , Fratre Do-
minico de Lanfredis, & Raynerio Abbate Podii Bonici. † Item is, 8
qui adiuit hæreditatem ſimpliciter, obligatur vltra vires hæredi-
tarias, etiam in foro conſcientiæ; quia lex conſcientiæ ſequitur le-
gem humanam, quando non continet iniquitatem. Feder. de Sen.
*conſ.*21.*per tot.*vbi in fin. declarat, & ponit exempla. Vide, *Hæres non*
*tenetur ex delicto defuncti, & quando ſecus. Concl.* 68. † Differt autem 9
forus poli, & ſic conſcientiæ, à foro fori , & ſic humani in multis.
Vide, *Theologi & Canoniſtæ diſcordant in multis.Concl.*297. † Prima 10
differentia eſt; quia lex humana non iudicat de occultis, ſed ſecun-
dum ea, quæ apparent , in foro conſcientiæ iudicatur ſecundum
ipſam veritatem. Feder. de Sen.*d.conſ.*21.*num.*2.*in princ ver. præterea*
*lex, ſeu forum.* † Secunda ; quia licet de iure fori contrahentibus ſe 11
decipere; ſecus eſt in iure poli; quia ceſſat dolus. Federic.*d. conſ.*21.
*n.*2.*col.*2.*in princ.ver.ad idem, quod not.* † Extende; quia emptor, qui 12
debet 270. pro pretio rei, ſi paciſcatur ſolum pro 210. quia 60. re-
mittit venditor, licet hoc licitum ſit in foro fori; ſecus in foro po-
li, ſi remiſſio prouenit propter neceſſitatem, vel vt ſolueret ven-
dendo tempus; quia eſſet vſura. Ioann. de Imola *conſ.* 82. *circa prin-*
*cip.*† Tertia eſt, quod exceptio non numeratæ pecuniæ poſt bien- 13
nium opponi non poteſt; ſecus eſt de iure poli; quia ſemper poteſt
opponi. Federic.*d.conſ.*21.*n.*2.*col.*2.*in princ. ver.ad idem , quod dicitur.*
† Et vbicunque intrat furtum, rapina , oppreſſio, dolus vel calu- 14
mnia, quicquid dictet lex humana, quis non tutatur in foro con-
ſcientiæ, *cap.fin.*12.*quæſt.*5. vide plene Innoc. & Hoſtien. & alios in
*cap.quia plerique.de immunit.Eccleſ.* qui ponit multa exempla. Dyn.
in *cap.locupletari, de reg.iur.in* 6. † Extende ; quia ſi extat ſtatutum, 15
quod vſurarius exigat ſolum ſextam partem mutui; quia reſiduum
præſumatur vſura, non eſt tutus recipiens vltra ſextam partem in
foro conſcientiæ, licet forus fori faciat eum tutum. Ioan. de Imol.
*conſ.*85.*In caſu præmiſſo, in fin.* † Quarta differentia eſt; quia licet is, 16
qui infert alteri damnum , teneatur in foro fori quandoque ex
leuiſſima, & leui culpa; tamen in foro conſcientiæ nunquam te-
netur, niſi ex dolo, vel ſaltem lata culpa, communem* dicit Clar. *
in §.*fin.quæſt.*62.*num.*5.*verſic.vnum autem ſcias.*† Quinta, forus con- 17
ſcientiæ hoc præcipuum habet, quod in dubiis opinionibus ſem-
per viam tutiorem eligendam præcipit ; ideo vbi eſt dubium de
peccato, vel ſcrupulo conſcientiæ, præſupponit peccatum, vt abſ-
tineatur , *cap.iuuenis, de ſponſalibus.* Vide, *Via tutior eligenda.Concluſ.*
181.† Et bonarum mentium eſt timere culpam, vbi culpa non eſt, 18
*cap.*2.*de obſeruat.ieiun.& cap.ad eius,*5.*diſtinct.*† Et licet delictum non 19
præſumatur in foro fori, bene præſumitur in foro poli , & conſci-
entiæ, vt tutior via eligatur fauore animæ. Deci.*cap.in præſentia.nu.*
15.*de probat.* Socinus Iun.*conſil.*29.*Circa præſentem.nu.*51. *lib.*2. Mar-
ſil.*ſingul.*151.*ſemper in dubiis.* † Amplia in ſimili , quando eſt du- 20
bium , an liceat admittere peregrinos, & alias perſonas ad diuina
officia tempore interdicti; quia tutius eſt non admittere, vt euite-
tur pœna incurſus excommunicationis. Feder. de Senis *conſil.*92.
*Fratri Raynaldo, in princip.* licet poſtea teneat eos admittendos, &
idem Federic. loquens de oblatis habentibus domos extra mona-
ſterium, vt tutius ſit non admittere illos, licet poſſint admitti, *con-*
*ſil.*273.*verſicul. ad quartum. colum. fin.* † Idem in excommunicato 21
vitando ; quia ſi dubia eſt excommunicatio in foro fori vitari
non debet, *cap. ſolet, de ſentent. excommunicat. lib.*6. ſecus eſt in fo-
ro conſcientiæ; quia tutior via. Roman. *conſil.*387. *In terminis pro-*
*poſitæ.num.*5. *verſicul. tertio quia.* † Idem in presbytero, qui dubi- 22
tat ſe excommunicatum; quia in dubio debet abſtinere ab admi-
niſtratione ſacramentorum, *cap. illud. de Cleric. excom. minor.* nam
bona-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonarum mentium eſt culpam timere, vbi culpa non eſt. Rom.
23 *d.conſil.387.num.5.ver.vnde dicimus.* † Cognitio eorum, quæ reſpi-
ciunt forum conſcientiæ, ſpectat ad Theologos; quia eorum meſ-
ſis eſt. Ang. de Peruſ. *conſil.* 59. *Quidam paterfamilias. num.* 3. Vide,
24 *Veritas attenditur in ſpiritualibus, & foro animæ. Concluſ.*167. † Am-
plia; quia ſi teſtator fatetur ſe fœneratorem & vſurarium, præſu-
mitur in præteritum fuiſſe ſemper talem, vt hæres exoneret con-
ſcientiam illius, licet contrarium teneant aliqui. Vide Maſcardum
*Concluſ.*495.*num.*7. *& ſeq.* Vide, *Hæres tenetur exonerare animam de-
functi. Concluſ.* 42.

## Foſſatum quid ſit, & de effectu foſſati. Concluſ. 448.

1 FOssatvm † eſt forma, quod fit in confinio, *cap.forus,de verbor.
ſignific.* ideo vbicunque foſſatum eſt inter prædia diuerſorum
dominorum, illud eſt confine. Alex.*conſil.*36.*Viſis iis, quæ colum.fin.*
2 *verſ.non obſtat id, quod dicitur, lib.*1. † Et tale foſſatum in confinio in-
ter duos fundos dicitur eſſe commune vtriuſque fundi, quibus
cohæret. Alex.*conſil.*54.*Viſo proceſſu, nu* 4.*lib.*5. vbi, quod ius, quod
habeo in fundo, dicor habere in foſſato communi; quia vendito
fundo cenſetur venditum foſſatum, & repetit *conſil.* 212. *In cauſa*
3 *dominorum, per tot.lib.*7. vbi apoſtill. in *verb.fouea*, dat concord. † Ex-
tende in tantum, quod is, qui probat poſſidere fundum, conſe-
quenter probat poſſidere foſſatum pro indiuiſo, etiam ſi nihil te-
ſtes dicant de foſſato, ideo competit turbatiua. Alex. *d.conſil.* 54.
4 *n.5.& ſeq.verſ.fortificatur.lib.*5. † Extende; quia foſſatum in confi-
nio duorum fundorum in tantum dicitur commune, vt licet al-
ter probaret ſe feciſſe purgare foſſatum ab vtraq; parte, cenſeatur
iure communionis, & talis probatio non excludit, quod non ſit
commune. Alex. *d.conſil.*54.*nu.*7.*in fin.& nu.*8.*verſ.& per hæc patet,*
5 *lib.*5. † Et ſi alter probaret ſimpliciter purgaſſe foſſatũ continuo,
intelligitur pro medietate, non in totum; quia indefinita non æ-
quipollet vniuerſali; & quia dicta teſtium non cauillanda, ſed ſe-
cundum ius commune intelligenda ſunt in dubio. Alex.*conſil.*212.
6 *In cauſa Dominor.n.*2.*& ſeq. lib.*7. † Imo etiam ſi teſtes alterius de-
ponerent, quod ille alter poſſedit foſſatum, vſque ad ripam vicini;
quia dubia probatio contra probantem interpretatur; quia di-
ctio, *vſque ad ripam*, importat vicinitatem, non intrinſecitatem, &
captioſa interpretatio euitanda eſt in dictis teſtium, plene Alex.
*d.conſ.*54.*n* 8.*& ſeq lib.*5. Vide, *Confinia cuius eſſe dicantur. Concl.*698.
7 † Reſtringe; quia foſſatum non denotat confine; quando eſt in
prædio eiuſdem domini. Alex. *conſ.*36.*col.final.ver.non obſtat id, quod*
8 *dicitur.lib.*1. † Mundatio & excauatio foſſatorum an pertineat ad
locatorem, vel conductorem. Vide Bart. *conſ.*193. *Commune Lu-
cignani, n.*2.*in* 2.*dubio. lib.*1. vbi, quod attenditur conſuetudo, ſi ex-
tat; quia dicitur contenta in locatione, ſi ceſſat conſuetudo, qua-
tenus reſpiciat vtilitatem agri, prout, ſi purgantur ſolum certis
annis, ſpectat ad locatorem, ſi reſpicit vtilitatem fructuũ, vt quia
9 ſingulis annis purgantur, ſpectat ad conductorem. † Foſſata ve-
niunt comprehenſa & menſuranda in venditione prædii facta ad
menſuram; ita Alex. plene *conſ.*120. *Omiſſis argumentis, in princ.lib.*2.
vbi apoſtilla in *ver.foſſata*, quæ dat concord. & idem in ripa, aggere,
ſeu argiminibus. Vide, *Ripa quid ſit, cuius ſit, & quæ licita ſint in ripa*
10 *fieri. Concluſ.*354. † Et idem dicitur de foſſatis, ſeu foueis ciuitatis,
vel caſtri; quia ſunt pars caſtri, & ciuitatis, & ideo ſunt eius, cuius
eſt ciuitas, vel caſtrum. *l.prædia* §.*fin.* vbi gloſſa in *verb.aggeres.ff. de
fundo inſtructo.* ita Guido Pap. *ſingulari* 448.*in fine.*

## Franciæ ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. 449.

1 TEstamenta † de conſuetudine non valent in Francia &
Anglia, niſi ſint inſinuata coram Epiſcopo loci. Gemin.*conſil.*
139.*circa princip.ver.quod autem circa merita*, vbi, quod valida eſt hæc
2 conſuetudo. Vide, *Galliæ conſuetudo, ſtatuta, &c. Concluſ.*26. † Spolia
non habent locum in Francia de conſuetudine; quia collectores
ſpoliorum nimis duri, & impii erant, vt auferrent etiam non ſpo-
lia ſine pietate, idem Rex tuetur teſtamenta ſibi recommendata
contra collectores ſpoliorum. Ægid.*conſil.*1.*in fine, n.*48. vbi multa
contra ſpolia vſque in finem, & an bene, vel male fiat reſiſtentia,
dicit non audere dicere, ſed cuperet per Papam prouideri; quia
3 Græcia pro tali cauſa receſſit ab Eccleſia Romana. † Feuda inui-
tis vaſallis alienantur de conſuetudine Franciæ; item concedun-
tur vt plurimum perſonis vel æqualibus, vel minoribus; Ideo non
attenditur oppoſitio vaſalli, quod maiori debuit concedi, ſeu alie-
natio fieri, prout eſt de iure, Abbas *conſil.*3. *Nitar.colum.*17.*verſ.*22.
4 *quæſtione, lib.*2. † Feuda ex conſuetudine Galliæ tranſeunt ad fœmi-
nas, non extantibus maſculis, apoſtilla ad Rom.*conſ.*367.*in ver.non*
5 *ſuccedere.circa finem.* vbi plures allegat. † Pœnæ omnes de conſue-
tudine Franciæ ſunt arbitrariæ iudici; ideo poſſunt iudices auge-
re, & minuere ex cauſa. Clar. in *prax.crim.q.*85. *n.*10.*verſ.& hoc niſi
conſuetudo.* † Imo iudicantur bona feudalia, prout alia allodialia 6
bona; quia tranſeunt ad quoſcunq;, ideo confiſcantur de conſue-
tudine. Boer.*deciſ* 264.*n.*9. Vide tamen; quia feudum conceſſum
iure Francorum ſolũ tranſit ad primogenitos. Vide, *Feudum Fran-
corum iure quale. Concl.*138. † Confiſcatio bonorum in Francia de 7
ſtylo non fit, niſi per iudices Regios; ideo Barones, licet habeant
merum imperium, & territorium, non tamen poſſunt confiſcare.
Boer. *d.deciſ.*264.*n.*5. † Confiſcatis bonis clerici, mobilia ſpectant 8
ad Epiſcopum, immobilia ad Regem de conſuetudine, Boer. *d.
deciſ.*264.*n.*9. † Monetarii falſificantis monetam bona confiſcan- 9
tur de conſuetudine Franciæ. Boer. *d.deciſ.*264.*n.*9.*in fine.* † Con- 10
fiſcatio bonorum fit, vbicunque imponitur pœna mortis, in Fran-
cia, vel vbi quis bannitur; Guliel. de Benedict. in *repet. cap.Raynu-
tius.de teſtam.* † Contrarium oſtendit Boer. *d.deciſ.*264 *num.*15.*verſ.* 11
*quinimo hodie*, vbi, quod plura ſunt loca, & prouinciæ, in quibus
non fit confiſcatio, bene verum eſt, vt dicit, quod iudices propter
delicta atrocia fere ſemper confiſcant bona. † Crimen læſæ maie- 12
ſtatis non punitur, neque cadit in aliquos, præter Regem; ideo ſo-
lus Rex habet confiſcationes bonorũ, & facit gratias condemna-
tis. Boer. *de ſeditio.*§.*ſexto, nu.*21.*& ſeq.* † Prohibere qui poteſt deli- 13
ctum, & non prohibet, licet non teneatur, neque puniri poſſit ſe-
cundum communem, & magis *communem; licet ſit controuer- *
ſa opinio; tamen de conſuetudine Franciæ, ſi commiſſum eſt ho-
micidium, quod potuit ab aſtantibus prohiberi, tenentur omnes
obtinere à Principe literas, quas vocant innocentiæ, alias præſu-
merentur in culpa. Clar. in §.*fin.q.*87.*n.*3.*in fin.ver.cæterum in Gallia.*
† Conſuetudo eſt, quod ſi meretrix petat damnatum ad mortem 14
ſibi matrimonio copulari, quod conſueuit quandoque liberari.
Chaſſan. *ſuper conſuet.Burgund.tit.des iuſtices.*§.*quinto.num.*97. Papo.
*lib.*24.*tit.*10.*Areſto* 14. quos citat Clar. §.*fin.q.*98.*n.*6. *verſ.quæro etiã.*
† Item, quod ſi laqueus ſuſpenſi rumpitur, conſueuit liberari tam- 15
quam ex miraculo, ſeu innocens Papo, *lib.*4.*tit.*16.*Areſto* 14. quem
ad hoc citat Clar.*q.*98.*nu.*9. *verſic.vltimo quæro.* † Quod non adhi- 16
beatur ſacra Communio delinquentibus damnatis in Francia, at-
teſtatur Igneus in *l.*1.*in princ. num.*6.*ff.ad Syllan.* quem ad hoc citat
Clar. §.*fin.q.*99.*n.*3.*verſ.ſed quæro*, quæ conſuetudo eſſet tollenda ex
pietate Regis Chriſtianiſſimi, ſi delinquentes peterent poſſe cõ-
municari. † Francigenæ non ſunt in poteſtate patris; ideo filii fa- 17
milias poſſunt libere teſtari. Socin. *Reg.*12. *filiusfamilias regulariter
teſtari non poteſt*, in 3. limitatione. Vide, *Rex Franciæ non recognoſcit
imperium, & multa de eo. Concluſ.*344.

## Fratris appellatione qui veniant, vel non. Concl. 450.

FRatris † appellatione non venit nepos ex fratre in materia 1
ſtatuti; ideo ſtatutum vocans fratrem ad ſucceſſionem fratris
non vocat nepotem ex altero fratre. Bald. *conſil.*325. *Cum in cauſa
Piſani nu.*4.*ver.tertio, & vltimo. lib.*3. quod eſt Chriſtophori Caſtil-
lio. & idem Bald. *conſ.*258. *Appellatione patrui, in princ. eodem lib.* vbi,
ꝙ ſicuti excluditur patruus magnus, qui non venit appellatione
fratris; multo magis excluditur nepos patrui magni; quia à quo re-
mouetur prius, remouetur etiam poſterius. † Et ideo ſtatutum lo- 2
quens de fratre intelligitur de primo fratre, nõ de aliis fratrib⁹ re-
motioribus, ſi agitur de excluſione ſororis. Bald. in *l.Iubemus.*§.*fin.
C.ad Trebel.* vbi dicit, quod ita conſuluit, vt refert; & ſequitur Alex.
*conſ.*97.*nu.*4.*verſ.hanc quæſtionem. lib.*2. vbi apoſtill. citat conſilium
Bald. *d.conſ.*325. *In cauſa, in fine, lib.*3. vbi hoc dicit, ſed eſt Chriſto-
phori Caſtillionei. † Extende; quia non veniunt vlteriores conſan- 3
guinei, prout ſunt fratres conſobrini, qui ſimpliciter non ſunt fra-
tres, ſed ſecundum quid. Ang.*conſil.*385 *Statutum Communis.num.*3.
*ver.attento ergo*, ꝙ eſt Io. de Riciis, Roſelli, & Angeli. Rom. *conſ.*16.
*Viſo themate, in princip.* plenius *conſ.*411.*nu.*4. vbi apoſtilla in *ver.con-
ſobrini*, allegat plurimos, & dicit *communem opinionem. Ca- *
ſtren.*conſil.*118.*Statutum iſtud.lib.*2. Alex.*d.conſil.*97.*Viſo themate, per
totum.lib.*2. vbi apoſtilla in *verb. patrueles*, dat plures concordantes,
& iterum Alex.*conſil.*204.*Conſideratis nu.*16.*lib.*2.*& conſil.*89.*nu.*18.
*lib.*6. † Contrariũ tenet Alex. quando ſubeſt eadem ratio, *conſ.*36. 4
*n.*10.*lib.*6.*& conſ.*204. *Conſideratis.nu.*10.*& ſeq.ver. nec dicatur.lib.*2.
vbi ſi ſtatutum dicat, quod frater excludat ſororem, etiam frater
patruelis excludet ſororem patruelem, ſed non excludet ſororem
propriam, prout frater ſimplex; quia in ſorore patruelis ſubeſt ea-
dem ratio; & ideo verba, quando ex lata ſignificatione compre-
hendunt, extenduntur ad comprehenſa ex lata ſignificatione, ſi
ſubeſt eadem ratio. † Et licet ſint, qui negent contrarium eſſe ve- 5
rum; quia imo ſi ſtatutum diſponens, quod frater excludat ſoro-
rem, intelligatur de fratre & ſorore primi gradus, non autem de

fratre & ſorore cõſobrinis, vt tenet Alex. *conſ.97. Viſo themate.n.2.*
*& ſeq.*maxime *n.3.& 4.*dicit caſum eſſe omiſſum quoad conſobri-
nos; quia ſtatutum eſt odioſum, & correctorium, & verba debent
intelligi per prius, & non per poſterius, & ſimpliciter, & non ſe-
cundum quid, & repetit *d.conſil.204.nu.14.& ſeq.lib.2.ver. & etiam*
*fortius*, vbi plurimos allegat; tamen non firmat hoc pro tuto fun-
6 damento. † Declara igitur; quia ſi conſtat de mente ſtatuentium,
vt quia fauore agnationis fit excluſio fœminarum, habet locum
ſtatutum loquens de fratre, vt excludat ſororem, etiam in fratre
patruele, vt excludat ſororem patruelem; quia eadem eſt ratio, a-
lias ſecus; puta ſi patruelis vellet excludere ſororem primam; quia
tunc nõ eſſet eadem ratio, quod æqualis maſculus excludat æqua-
lem fœminam. Alex. *d.conſ.97.n.11.& 12.& conſ.204.n.11. ver. quia*
*reſpondeo.lib.2.* vbi aliter reſpondet; quia illud eſt, ex quo ſub lata ſi-
gnificatione frater patruelis dicitur frater, plenius Alex. *d.conſ.36.*
7 *n.17.lib.6.* vbi ita declarat expreſſe ſe ipſum. † Extende in nouerca;
quia non venit nouerca magna appellatione nouercæ. Alex. *dict.*
8 *conſ.97.nu.7.& 8.lib.2.* † Extende; quia reſcriptum datum ei, qui
ſupplicat pro vindicta mortis fratris, excluditur, ſi in proceſſu in-
tendit ad vindictam mortis conſobrini. Alex. *d.conſ.97.n.6.ver.hoc*
9 *fortificat.lib.2.* † Et quod ſi plures ſint ſpecies fratrum, qui veniant
10 in materia ſtatuti, vel non, late Iaſ. in *l.tres fratres.ff.de pactis.* † Exten-
de idem in patruo; quia non venit patruus magnus; quia non eſt
ſimpliciter patruus. Alex. *d.conſil.97.n.4.& ſeq.ver.motus per id, quod.*
*lib.2.* Vide *Patruus quis proprie dicatur, & qui patrueles fratres. Concl.158.*
11 † Extende, vt etiam in materia fauorabili ſtatutum, quod patruus
habeat priuilegium, debeat intelligi de patruo ſimpliciter, non de
patruo magno, qui eſt talis ſecundum quid. Alex. *d.conſil.97.nu.11.*
12 *ver. hoc bene probatur. lib.2.* † Vide tamen plura, quæ in contrarium
facere videntur, per Alex. *conſ.125. Attentis.n.11.& ſeq.ver. & licet per*
*hæc. lib. 5.* quod appellatione nepotis venit pronepos, & appella-
tione aui & auiæ venit proauus & proauia; quia dictio, *pro*, ſtat ad-
iectiue, vt oſtendat ſolam non intelligi de primo, & ſimplici, &
quaſi videtur eadem ratio, niſi dicas, quod facilior, & maior ſit ra-
tio inter deſcendentes & aſcendentes, quam inter tranſuerſales.
Vide, *Nepos quis proprie dicatur, & quid in materia fauorabili, vel odioſa.*
13 *Concluſ. 44.* † Extende; quia appellatione ſororis non venit ſoror
patruelis in materia ſtatuti. Alex. *conſil.121. Ponderatis verbis, in princ.*
*lib.6.* vbi idem in fratre, vt non veniat frater patruelis, & ibi apoſt.
14 in *ver. patruelis*, citat plura conſilia Alexand. † Amplia; quia licet
fratris appellatione veniat ſoror, fallit, ſi mens diſponentis aliter
ſe habeat ex coniecturis, vt quia de maſculis ſenſerit; tunc ſoror
non venit. Cuman. *conſil.118. A. in teſtamento, in princ.* ſequitur Deci.
*conſil. 71. In caſu ad me, col. 1. in fine. ver. & videbatur dicendum.* & ita
etiam Bart. *conſil.229. Cauetur ſtatuto.nu.4. verſ.circa ſecundum. lib.1.*
vbi pro vtraque parte, & ita diſtinguit clare Alex. *conſ.45. Habita, in*
15 *princ. lib. 7.* † Extende maxime, quando ſtatutum diſponit, quod
verba ſtatuti intelligantur ad literam; quia intelligi debet oculo
16 corporali. Alex. *d.conſil.45.num.3.ver.accedat.lib.7.* † Extende; quia
maſculinum non concipit fœmininum in odioſis & correctoriis;
ideo ſi ſtatutum dicat, quod mater non ſuccedat filio, non exclu-
detur à ſucceſſione filiæ. Alex. *d.conſil.45.nu.5.ver.ſecundo principali-*
17 *ter.lib.7.* vbi apoſtill. in *ver. filiæ*, dat concord. † Extende, vt proce-
dat, quando ſequeretur, quod vna fœmina excluderet aliam fœ-
18 minam. Alex. *d.conſ.45.n.8.ver.tertio principaliter. lib.7.* † Extende,
quando militat diuerſa ratio. Alex. *d.conſ.45.n.10.ver.quarto proba-*
19 *tur. lib.7.* † Extende, quando ſtatuentes voluerunt comprehen-
dere fœminas; quia expreſſerunt in aliqua parte; ideo in parte, in
qua non exprimunt, fratris appellatione non venit ſoror, neque
maſculinum concipit fœmininum. Alex. *d.conſ.45.nu.9.ver.quarto*
20 *comprobatur. lib.7.* † Extende maxime, quando frater vocatur ma-
ſculus, & fauore agnationis, excluſis fœminis; quia tunc appella-
tione fratris non poteſt venire ſoror. Dec. *d.conſ.71.col.1. in fin. verſ.*
21 *& videbatur.* † Et quando ſtatutum eſt excluſiuum fœminarum
ſtantibus fratribus, an intelligatur de fratribus fœminarum, an
defuncti, vide Rom. qui tenet *conſil.16.* quod intelligitur de fratri-
22 bus fœminarum excluſarum. † Contrarium; quod imo intelliga-
tur de fratribus ipſius defuncti, vide Iaſ. in *l.ſi mater. in 3.& 4.col. C.*
23 *de ſucceſſorio edicto.* † Declara; quia in diſpoſitione legis appellatio-
ne fratris venit ſoror. *l. Lucius §. Mæuia. ff. ad Trebell.* Alex. *conſil.85. Ac*
24 *aduerſis.n.7.ver.ſed præmiſſis.lib.4.* † Declara; quia in diſpoſitione ho-
minis, licet ſint opiniones, an appellatione fratris veniat ſoror,
prout pro vtraque parte Alex. *d.conſ.85.nu.7.* tamen dicit, quod ſi
loquitur diſpoſitio hominis in plurali, venit ſoror; ſecus ſi in ſin-
25 gulari. *lib.4.* allegat Caſtr. in *l.tres fratres.ff.de pactis.* † Amplia; quia
appellatione fratris carnalis in materia ſtatuti excludentis filias
non venit, niſi frater ex vtroque latere coniunctus, vel ſaltem ex
latere patris, non autem frater vterinus. Caſtren. *conſ.196. In puncto.n.2.lib.1.* vbi reddit rationem; quia ipſe vterinus non conſeruat
agnationem. † Declara tamen; quia in materia fauorabili, quan- 26
do profertur verbum, *frater*, à teſtatore, venit etiam frater vteri-
nus, Caſtren. *d.conſil.196.num.2.lib.1.* † Imo quod in materia ſta- 27
tuti, quod fratres excludant ſorores, veniat frater etiam vterinus.
Caſtren. *conſ.118. Statutum iſtud, in princip.lib.2.* † Amplia; quia ſta- 28
tutum diſponens, quod ad ſucceſſionem fratris non ſuccedat ſo-
ror extante fratre, non habet locum, ſi decedat ſoror relicto fra-
tre & ſorore; quia vterque ſuccedit; quia ſtatutum loquens de
ſucceſſione fratris mortui non habet locum in ſorore mortua;
quia eſt correctorium. Caſtr. *conſil.119. Hæreditas, in princ.ver. ſi vero*
*quæritur. lib.1.* † Amplia; quia in materia ſtatuti excludentis ſoro- 29
res ſtante fratre maſculo, venit etiam frater ex latere patris tan-
tum. Alexand. *conſ.144. Viſo themate.num.2. ver. & etiam ex proprio*
*ſignificatu.lib.6.* vbi apoſtill. in *ver. patris*, dat concord. videlicet Ro-
man. *conſ.411. Quatuor ſunt.col.2.* Iaſon *conſ.67.lib.1.col.2.* & Socin.
*conſ.1. lib.1.* & alios. † Declara; quia intelligitur de fratre germa- 30
no, non de cugino, vel conſobrino. Vide, *Patruus quis proprie dica-*
*tur. Concluſ.158.* † Limita; quia appellatione fratris in materia fa- 31
uorabili venit etiam ſoror. Ang. *conſ.385. in fin.* Caſtr. *d.conſ.119. Hæ-*
*reditas. in princ. lib.1.* vbi apoſtill. dat concor. Curt. Sen. *conſ.9.* Iaſ. in
*rubr. de acquir. poſſeſſ. in fin.* † Et quod ſoror veniat appellatione fra- 32
tris. Bart. in *l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg.3.* Alex. *conſil.15. Viſo teſtamen-*
*to.nu.2.lib.4.* vbi limitat, niſi ex coniecturis aliud appareat. † Ex- 33
tende; quia præteritio facta à fratre inſtituta turpi perſona habet
locum in ſorore; quia venit appellatione fratris. Fulgoſ. *conſil.71. in*
*princ. n.2.* † Extende; quia ſicuti frater non accuſat fratrem de cri- 34
mine magno, puta falſi; ita neque ſoror; quia appellatione fratris
venit ſoror. Fulgoſ. *conſ.106. in fin. ver. ad tertium.* † In hac materia 35
vide Alexand. *conſil.97. lib.2. Viſo themate.nu.2.& ſeq.* vbi, quod fra-
tris appellatione venit frater in primo gradu, non frater patruelis,
vel frater conſobrinus; ſicut appellatione patrui non venit pa-
truus magnus; quia iſti non ſunt ſimpliciter tales, ſed cum adiun-
cto. † Reſtringe; quia ſtatutum odioſum loquens de fratre non 36
comprehendit ſororem. Alexand. *conſil.85. Animaduerſis, in princip.*
*lib.4. & conſ.45. lib.7.* quia in odioſis & exorbitantibus maſculi-
num non concipit fœmininum. † Et procedit reſtrictio, etiam ſi 37
ſtatutum loquatur in plurali de fratribus, & extet vnus frater ſo-
lus, & ſorores; quia ſi eſt odioſum, non comprehendit ſorores. A-
lex. *d.conſ.85.n.2.& ſeq.ver. & licet ſtatutum.lib.4.* † Declara, niſi cõ- 38
ſtet de mente ſtatuentiũ; quia voluerunt genus omnem ſpeciem
comprehendere, vel quia quando voluerunt in eadem materia,
vel ſimili de maſculo intelligi, dixerunt fratres mares. Alex. *d.con-*
*ſil.85.n.7.in fin. cum ſeq.ver.ſecundo moueor.lib.4.* & iterum *n.12.& ſeq.*
*ver. non obſtat.* † Limita; quia in materia, & ſtatuto fauorabili venit 39
frater naturalis, non legitimus. Ang. *d.conſil.385. per totum.* † Limi- 40
ta; quia multi ſunt fratres, aliqui ſunt fratres germani, aliqui fra-
tres coſini, aliqui fratres conſobrini ſecundum vſum Lombardo-
rum. Bald. in *l. lege. C. de legit. hæred.* & appellantur fratres patrueles,
& ſic cum qualitate. Alex. *conſil.204. Conſideratis.nu.11.verſic. nec di-*
*catur. lib.1.* † Extende; quia patruus dicitur non frater matris, ſed 41
bene frater patris matris. Caſtren. in *l.1. C. de ſucceſſ. edicto.* Vide,
*Conſobrini & patrueles qui ſint. Concluſ.778.* † Limita; quia multi vo- 42
cantur fratres & conſanguinei, qui non ſunt, ideo non conſtitui-
tur poſſeſſio, vel quaſi inter eos, ſed ſolum inter patrem & filium;
Anch. *conſil.52. Pro clariori deciſione. num.7.* vbi, quod quandoque
etiam inter fratres datur quaſi poſſeſſio fraternitatis.

## Frater vterinus an ſit frater vere, vel ſecundum quid. Concluſ. 451.

FRATER † vterinus vere eſt frater agnatus, & in materia ſtatu- 1
ti excludentis filias fœminas ſtante fratre defuncti, ita habet
locum ſtatutum, ſi extat frater vterinus, prout, ſi extaret frater v-
trinque coniunctus. Socin. *conſil.1. In caſu ſupra narrato. per tot. lib.1.*
vbi tamen loquitur, quando ſtatutum non loquitur de agnato, ſed
de fratre conſanguineo. † Contrariũ tenet Bald. *conſ.30. Præſuppo-* 2
*ſito ſtatuto, in fine. lib.1.* vbi, ꝙ licet poſſit dici, quod de iure commu-
ni habeat ius agnationis frater vterin⁹; ſecus eſt in materia ſtatuti,
& dicitur agnatus quoad quid, & ideo ſi ſtatutũ loquitur de agna-
to, non habet locum in fratre vterino, ſi loquitur de fratre, ſecus.
Ang. *conſil.69. Subtiliter, & diffuſe, in fi.* & plene *conſ.119. Statuto Tu-*
*dertinæ, per tot.* † Declara tamen; quia ſi agitur de excludenda ma- 3
tre à ſucceſſione filii, ſtatutum excludens matrem à ſucceſſione fi-
lii extãtibus ex perſona filii aliquo filio, nepote, vel pronepote na-
turali & legitimo, vel patre, auo paterno, vel patruo, vel fratre, vel
ſorore, aut nepote ex fratre carnali, prout eſt Florentiæ, nõ exclu-
dit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit matrem, ſi extat frater vterinus patris defuncti; quia licet ap-
pelletur patruus; tamen non excludit matrem propter rationem
expreſſam; vel tacitam ſtatuti ad fauorem agnatorum facti. Bald.
*conſil.218.Statuto Ciuitatis.lib.2.per tot.* vbi dicit, quod licet ſtatutum
ſimpliciter loquatur de fratre, vel patruo, & appellatione fratris,
vel patrui veniant etiam vterini in materia indifferenti; tamen
quando ex præcedentibus, & ſequentibus ſtatutum agnatis pro-
4 uidet, non comprehenduntur. Ang.*conſil.69.in fi.* † Declara; quia
frater vterinus in materia fauorabili, quando teſtator diſponit,
continetur; ſecus in materia ſtatuti odioſa, quando excluduntur
fœminæ ſtantibus fratribus; quia frater vterinus non excludit, ex
5 quo non conſeruat agnationem. Caſtr.*conſil.196.n.2.lib.1.* † Imo
etiam ſi agatur de excludendo agnato remotiori, & ſtatutum vo-
cet agnatos vſque ad certum gradum, non excludet talem agna-
6 tum, licet remotiorem in gradu. Angel.*conſil.119.per totum.* † Li-
mita; quia licet frater vterinus patris defuncti ipſi defuncto dica-
tur, & ſit patruus, & appellatione patrui veniat, & frater vterinus
vere frater ſit; tamen ſecus eſt, quando proferuntur in materia a-
7 gnationis conſeruandæ. Bald.*d.conſil.218.per tot.lib.2.* † Extende, vt
idem ſit in materia feudali, quæ agnatos reſpicit; quia linea mater-
na non eſt in aliqua conſideratione. Bald.*conſil.270.Ad euidentiam.*
*lib.2.num.3. verſ. item eſt ſciendum.* Vide, *Agnatorum appellatione qui*
*comprehendantur, vel non. Concluſ.245.num.37.& ſeq.*

### Fratres acquirentes ex induſtria cōmuni debent quæſita communiter diuidere, & qualiter. Concluſ.452.

1 RES † communiter acquiſitæ ex induſtria duorum fratrum æ-
qualiter ſunt diuidendæ, ſiue inter eos, ſi extant, ſiue inter eo-
2 rum filios, vel nepotes. Bald. *conſil.74. Res communiter.lib.2.* † Re-
ſtringe; quia quod fuit expenſum in redemptione aliquorum ex
nepotibus, vel ſociis, debet deduci, niſi ſit modica impenſa; quia
præſumeretur donatio, Bald.*d.conſil.74.in fi.ver.item ſi vnus. lib.2.*

### Frater an teneatur quæſita poſt mortem patris aliis communicare. Concluſ.453.

1 FRATER † aliquid nomine ſuo acquirens ex induſtria non te-
netur communicare aliis fratribus quæſita poſt mortem pa-
tris, etiam ſi non ſit diuiſa hæreditas paterna, & acquirens aliquid
conſequutus fuerit de bonis communibus. Bald. *conſil.97. Qui-*
2 *dam Ioannes. per tot. lib.1.* † Et quando præſumatur acquiſiuiſſe ex
induſtria, vel ex re communi. Bald.*conſil 438. Primo dicam, ante med.*
*verſ.verum dubitaretur.lib.3.* vbi, quod eſt arbitrarium iudici ex præ-
3 ſumptionibus apparentibus. † Declara; quia ſi frater habuit à
principio pecuniam communem cum fratribus, & cum ea fuit
negotiatus ſolus, deinde vnus ex quatuor fratribus maior factus
ſimul cū eo negocia ſocietatis fecit, & lucra communicauit, quod
diuiſio debet fieri arbitrio boni viri ſecundum æquitatem, & bo-
nam fidem, vt omnes fratres participent de ſocietate pro ſorte à
principio communi, & qui ex induſtria perſonæ exercuerunt ar-
tem, habeant maiorem ratam conſiderato tempore exercitii, &
etiam habito reſpectu, vt plus habeat, qui plus ponit. Bald. *conſil.*
*260.Vnus, videlicet Ioannes, per totum. lib.1.* vbi dicit ſimiles quæſtio-
nes multum pendere ex arbitrio iudicis, vt prouideat, ne vnus al-
4 terum decipiat. † Amplia; quia fratres plures remanentes in do-
mo paterna, & retinentes bona communia, quorum aliqui ſunt
maiores, aliqui minores, ſi ex induſtria perſonali aliquid acqui-
runt, & conſtet, quod ex induſtria ſua vnuſquiſque acquirit ſibi,
5 neque aliis communicare tenetur. Bald.*d.conſil.260.in princ.* † Ex-
tende, vt procedat etiam, quando eſt dubium, vnde acquiſiuit,
quando habet partem præcipuam; quia ex ea acquiſiuiſſe præſu-
6 mitur. Bald.*d.conſil.260.in princ.lib.1.* † Reſtringe, quando non ha-
bet artem, ſed eſt malæ conuerſationis; quia de communi præſu-
7 mitur acquiſiuiſſe. Bald.*d.conſil.260. in princ.lib.1.* † Amplia; quia
ſola fraternitas nō eſt cauſa lucrorum communicandorum. Bald.
*d.conſil.260.n.2.verſ.porro ſi nulla. lib.1.* Vide, *Societas præſumitur inter*
8 *fratres. Concluſ.311.* † Limita, quando fratres nedum ſteterunt in
communione, ſed communiter negociati ſunt, lucra & damna
cōmunicarunt, & actus promiſcuos fecerunt; quia etiam ſi poſtea
vnus nomine ſuo accipiat pecuniam, & negocietur, tenetur com-
municare, ex quo dicitur habere mandatum vnus ab alio. Bald.
9 *conſil.120. Quidam Antonius, per tot. lib.1.* † Extende limitationem,
quando eſſent fratres ſocii omnium bonorum; quia communi-
10 cantur omnia, Bald. *d.conſil.260. in princ. lib.1.* † Limita; quia fra-
ter acquirens ex fructibus dotis ſuæ vxoris exiſtētis in bonis fru-
ctuoſis, tenetur communicare alteri fratri, qui poſuit ſuam do-
tem in communi, etiam ſi conſiſtat in pecunia, & non in bonis
fructuoſis. Bald. *conſil.439. Quidam fratres circa princip.ver.item, quod*
*dicitur, lib.3.* † Diuiſio inter fratres diſparis patrimonii, & numeri 11
perſonarum, vt quia ſit patruus, & multi nepotes, qualiter ſit fa-
cienda, vide plene Bald.*conſil.471. Qualiter debent diuidi.lib.3.* vbi ſic
diſtinguit. † Acquiſita cum bobus & beſtiis laboratiuis diuidun- 12
tur hoc modo; quia medietas datur beſtiis, & ſic domini beſtia-
minum habeant medietatem diuidendam inter ſe; alia medietas
datur perſonis, & laboratoribus, & pro numero laboratorum fiet
diuiſio alterius medietatis. Bald.*d.conſil.471.circa med.verſic.item de*
*fructibus. lib.3.* † Extende idem in fructibus pecudum, & aliorum 13
animalium. Bald.*conſil.23.in fin.lib.4.* † Acquiſita ex fructibus poſ- 14
ſeſſionum ſimiliter diuiduntur, medietas pro patronis bonorum,
alia medietas pro laboratoribus, & fiet diuiſio proportionabilis.
Bald.*d.conſil.471.poſt med.verſic.ſed ſi ſunt fructus, lib.3.& conſil.23. Su-*
*per primo.n.4.verſic.ſuper quarto.lib.4.* † Acquiſita ex pecunia dotali, 15
& ex bonis communibus diuiduntur detracta pecunia dotali ad
partem. Bald.*d.conſil.471.in fin.lib.3.* Vide, *Socius acquirens an nomine*
*ſuo, vel ſocietatis acquirere præſumatur. Concluſ.290.* † Debita vero 16
contracta pro dotibus filiarum, vel ſororum ſunt ſoluenda ab eo,
qui tenetur dotare ita, quod de ſuo in totum ſit facta dotatio, non
de cōmuni. Bald.*d.conſil.471.in princ.verſic.in primis.lib.3.* † Reſtrin- 17
ge; quia debita contracta ex captura aliquorum cuſtodum anima-
lium, quæ animalia erant communia, debent in omnibus com-
muniter ſolui. Bald. *d.conſil.471. circa finem.verſic. item de eo.lib.3.*

### Frater & ſoror poſſunt libere teſtari, & non obligantur fratribus, vel ſororibus in aliquo. Concluſ. 454.

FRATER † & ſoror poſſunt de bonis ſuis libere teſtari, & inſti- 1
tuere, quem voluerint, hæredem, abſque eo, quod aliquid fra-
tribus, vel ſororibus relinquere teneantur, dummodo non inſti-
tuatur hæres turpis perſona. Bald. *conſil. 232. Fœmina regulariter.*
*lib.3.* per text.in *l.fratres, C.de inoff.teſtam.& conſil.39. Punctus quæſtio-*
*nis emergentis, circa finem, num.3.ver.frater autem, qui fuit.lib.4.& conſil.*
*300. Tam legitimam.num.5.verſ.non eſt neceſſaria, eodem lib.4.& conſil.*
*170. Quidam Nicolaus.num.6.ver.de legitima.lib.5.* Caſtrenſ.*conſ.287.*
*ver. in quarto caſu. lib.1. & conſil.269. Ad primum, in princ. lib.1.* † Et 2
quod præteritio facta à fratre non inſtituta turpi perſona habea-
tur pro exhæredatione. Ang.*conſ.171. Petrus Capobranci num.2. vſque*
*in fi.ver.de tertio.* † Extende, vt quod diſponitur de fratre & ſorore, 3
vt fratres non teneantur inſtituere, neq; aliquid relinquere, pro-
cedat etiam in ſororibus & verſus ſorores; quia appellatione fra-
tris hoc caſu ſoror continetur, vt in locis ſupra proxime allegatis,
& hanc quæſtionem in indiuiduo decidit Fulgoſ. *conſil. 71. Mulier*
*maritum in princ.* Caſtrenſ. *conſil. 269. Ad primum, in princ. ver. in di-*
*uerſum. lib.1.* † Amplia in tantum hoc eſſe verum, vt licet querela 4
inofficioſi excludatur, quando frater in aliqua etiam minima
parte inſtituit fratrem, vel ſororem, etiam inſtituta turpi perſo-
na; quia frater & ſoror in aliquo inſtituti non poſſunt querelare;
tamen quia in odium turpis perſonæ hoc conſtitutum eſt, etiam
reſiduum aufertur ab eodem turpi inſtituto, Fulgoſ. *d. conſil. 71.*
*num. 5. ver. adiuuabam etiam.* † Contrarium videtur velle Ang. 5
*conſil. 171. num. 2. ver. de tertio.* quia non eſt nullum teſtamentum,
ſed inofficioſum, etiam ſi frater in totum ſit præteritus inſtituta
turpi perſona. † Amplia, vt procedat, etſi turpis perſona inſtituta 6
eſſet maritus ab vxore inſtitutus; quia adhuc habebit locū, quod
ſupra dictum eſt. Fulgoſ. *d. conſil. 71. per totum*, vbi late. Caſtrenſ.
*d.conſil.269.in princ. lib.1.* † Extende idem, ſi frater inſtituit concu- 7
binam, vel meretricem, non etiam inſtituto fratre; quia poterit
frater querelare teſtamentum de inofficioſo. Angel. *d. conſil. 171.*
*Petrus Capobranci, circa med. ver. ſecundo per textum.* † Reſtringe in 8
filio, vel filia naturali; quia licet dicatur turpis perſona; tamen
poteſt inſtitui à patre, etiam ſi pater habeat filios, & nihil eis re-
linquat; ita Martinus Lauden. in *quæſt. de legitimat. num. 14.*
*verſic. vlterius fui interrogatus de tali caſu*, vbi, quod ita conſuluit.
† Amplia in tantum hoc eſſe verum, quod inſtituta turpi perſo- 9
na frater & ſoror habent querelam inofficioſi tanquam præteriti
aduerſus teſtamentum fratris, vel ſororis, vt clauſula codicillans
nihil operetur hoc caſu. Fulgoſ. *dict. conſil. 71. num. 4. verſ. ad ſecun-*
*dum*, vbi latiſſime hoc tuetur, & Caſtrenſ. *dict. conſil. 269. Ad pri-*
*mum. num.2. ver. ad ſecundum. lib.1. per tot.* quod eſt Fulgoſii, & Cu-
mani, vbi multos adducit, quod hoc caſu clauſula codicillaris ni-
hil operetur. † Contrarium tenet Ang. *dict. conſil.171. num. 2. ver.* 10
*de tertio, vſque in fin.* vbi, quod codicillus non poteſt querelari.
† Amplia, etiam ſi maritus ſit turpis perſona, vt quia infamis in- 11
famia iuris, vel facti eſſet condemnatus per inquiſitionem, vel in
contumaciam, dummodo ex crimine publico. Caſtr.*d.conſil.269.*
*Ad primum, col.1. circa med. verſ. ad gloſſam in contrarium, cum ſeq. lib. 1.*
† Limita, niſi eſſet lapſum quinquennium; quia tanto tempore 12
quere-

querela præſcribitur. Ang. *d. conſil.* 171. & idem dicit Caſtren. *d. conſ.*
13 269. *circa fin. lib.* 1. † Limita, quando ſorores, quibus competit
querela, deceſſiſſent, non præparata querela; quia tunc valeret te-
14 ſtamentum. Caſtr. *d. conſ. 269. nu. 3. ver. nouiſſime, lib.* 1. † Turpis per-
ſona dicitur maritus, qui eſt infamis; quia publico iudicio con-
demnatus, non per accuſationem, vel quocunque modo, quando
publicum fuit crimen. Fulgoſ. *d. conſ. 71. n. 2.* vbi idem, ſi publico iu-
dicio eſt condemnatus, & Caſtr. *d. conſ.* 269. *Ad primum, in princip.*
15 *lib.* 1. † Extende idem, etiam ſi ſola infamia facti eſſet infamis. Fulg.
16 *d. conſ. 71. n. 3.* Caſtr. *d. conſ. 269. col. 2. in princ. lib.* 1. † Reſtringe igitur
in filio naturali, vel non legitimo; quia licet ſit turpis perſona, vel
infamis; tamen frater non poteſt agere querela inofficioſi hoc ca-
17 ſu. Vide ſupra *num.* 8. † Reſtringe in meretrice; quia licet ſit infa-
mis, & turpis perſona; tamen ſi eſt meretrix coniuncta, fratres
non habebunt querelam inofficioſi, ita Marſil. in *l. vnica, num.* 199.
*C. de raptu. virgin.* plenius in *l. diuus Hadrianus. nu. 9. ff. ad leg. Pompe. de
parricid.* vbi plura ſimilia de effectu coniunctionis ſanguinis, & al-
legat plures, ſequitur Anchar. Regien. *lib. 2. q. 60. n.* 11. Vide, *Inof-
ficioſi querela quando, & ex quibus competat. Concluſ.* 171.

## Fraternitates ſecularium non ſunt pia loca, & quando ſecus. Concluſ. 455.

1 FRATERNITATES † ſecularium ſunt multæ, & non ſunt loca
pia quoad alienationem bonorum; quia prout alia collegia
poſſunt alienare, neque requiritur ſolemnitas, de qua in alienatio-
ne bonorum Eccleſiæ. Alex. *conſ.* 102. *Super primo quæſito, in princip.
lib.* 7. vbi, quod Collegium dicitur omnino prophanum, & ibi a-
2 poſtill. in *ver. prophano.* dat concord. † Extende maxime, quando
ſunt mere ſeculares laicorum; quia non ſunt Eccleſiaſtica loca,
neque gaudent priuilegio aliquo Eccleſiaſtico. Vide, *Pia cauſa quæ
3 dicatur, vel non. Concl.* 332. † Extende; quia propterea debent con-
4 ueniri coram iudice ſeculari. Alex. *d. conſil. 102. in princ. lib.* 7. † Re-
ſtringe; quia bene ſecularium ſocietates poſſunt expelli facere
malleatorem, vel ſtrepitum facientem, per quem impeditur offi-
5 cium. Iaſ. *conſ. 218. lib.* 2. † Limita; quia huiuſmodi confraternitates
dicuntur loca pia, quando ex conſuetudine, vel priuilegiis ſunt in-
ſtituta ad pia opera exercenda. Alex. *d. conſ. 102. in princ. ver. ſed iis non
6 obſtantibus, lib.* 7. † Extende; quia quoad legata, quæ fiunt huiuſmo-
di Confraternitatibus, dicuntur legata pia; quia cenſentur facta
eo animo, vt in pios vſus diſtribuantur, maxime, quando ſolita eſt
7 confraternitas ſic diſtribuere. Alex. *d. conſil. 102. n. 2. lib.* 7. † Exten-
de; quia etiam talia relicta facta huiuſmodi fraternitatibus, ſiue
fiat expreſſio, quod pietatis cauſa legatur, ſiue non, dicuntur pia
legata, & gaudent priuilegio piorum legatorum. Alex. *d. conſ.* 102.
8 *n. 2. ver. confirmatur per id, quod, lib.* 7. † Extende; quia de huiuſmodi
legatis factis confraternitatibus, tamquam de legatis factis piis
locis, debetur quarta Epiſcopo. Alexand. *dict. conſil. 102. num. 3.
9 ver. hanc partem, lib.* 7. † Contrarium tenet apoſtilla ad Alex. *dict.
conſ. 102. n. 3. lib. 7. in ver. quarta,* vbi, quod non debetur, niſi locus ſit
10 religioſus. † Declarat Alex. *d. conſ. 102. n. 4. lib.* 7. vbi dicit, quod vt
debeatur quarta Epiſcopo, neceſſe eſt, quod legatum ſit pium, &
11 fiat pio loco. † Limita; quia legatum factum huiuſmodi fraterni-
tatibus in tantum iudicatur pium, vt valeat, prout alia legata pia,
coram duobus teſtibus etiam fœminis. Alex. *d. conſ. 102. nu. 5. ver.
circa ſecundum, lib.* 7. vbi atteſtatur de communi, & quod ita ſerua-
12 tur in practica. † Limita; quia fideicommiſſum tranſit in huiuſ-
modi fraternitates abſque vlla reſtitutione, prout in Eccleſia, &
* in cauſam piam. Alex. *d. conſil. 102. n. 6. lib.* 7. vbi dicit magis * com-
munem, & apoſtilla in *ver. tranſit,* dat concord.

## Fratres ſancti Antonii de Vienna, & eorum priuilegia, & ſtatuta. Concluſ. 456.

1 QVÆSTAM † habent fratres, ſeu Monaſterium ſancti An-
tonii de Vienna, cum expreſſa prohibitione, quod nullus
poſſit exigere legata, & quæſtas dicti ordinis, ſine ſpeciali com-
miſſione Abbatis dicti ordinis, & monaſterii, ſub pœna excom-
municationis, quod priuilegium inſerit Bald. *conſil.* 309. *Proponi-
2 tur, quod Hoſpitale, in fine, lib.* 3. † Papiæ erat Hoſpitale ſancti An-
tonii de Vienna, conſtructum ſuper bonis Abbatis ſancti Petri,
quod fuit diruptum, & ideo orta quæſtione inter Abbatem ſan-
cti Petri & ordinem ſancti Antonii, ad quem ſpectent legata, &
quæſtæ factæ huic Hoſpitali deſtructo, an Abbati ſancti Petri.
Bald. *dict. conſil. 309. lib.* 3. conſuluit, quod ſpectant ad fratres ſan-
cti Antonii, & qualiter, & quando fuerit ædificatum hoc Hoſpi-
tale, vide Bald. *conſ. 377. & 378. & 379. lib.* 1. vbi ponit, & inſerit in-
ſtrumenta. Vide *Fratres ſancti Antonii vrbis. Concluſ. proxima ſeq.*

## Fratres Sancti Antonii de Vrbe habent curam animarum in Curiales. Concluſ. 457.

FRATRES † Sancti Antonii de Vrbe de conſuetudine habent 1
curam animarum Curialium, & forenſium; ideo audiunt con-
feſſiones curialium, eis miniſtrant ſacramenta, & debent inter-
eſſe ſepulturis eorum. Oldrad. *conſil.* 211. *Ad propoſitum, in princip.*
vbi, quod hæc conſuetudo eſt ad inſtar Prætorum in Vrbe Roma-
na; quia vnus præerat ciuibus, alter forenſibus, & peregrinis.
† Amplia, vt hæc conſuetudo ſit rationabilis; quia qui vocantur 2
ad onus, non debent repelli à mercede; & quia Parochiani non
laborant circa curiales tantum, quantum circa ciues; ideo non
fraudantur, ſi mercedem non habent, niſi ſecundum laborem,
Oldrad. *d. conſil. 211. verſic. Viſa ergo.* † Amplia, vt etiam ex priuile- 3
gio Apoſtolico per Clementem Papam V. ſit confirmata. Oldr.
*d. conſil. 211. verſic. Viſa namque. num.* 3. † Amplia, vt comprehendat 4
tam Cardinales, quam eorum familiares, qui appellatione curia-
lium continentur. Oldrad. *dict. conſil. 211. num. 4. ver. de perſonis, vſque
in fin.* vbi in *ver. tertium.* dicit ita pluries in contradictorio iudica-
tum fuiſſe pro conſuetudine. Vide, *Curiales Vrbis non ſubſunt paro-
chiano. Concluſ.* 1115.

## Fratres Sancti Auguſtini, & eorum priuilegia. Concluſ. 458.

GENERALIS † Ordinis Sancti Auguſtini habet priuilegium 1
abſoluendi ab excommunicatione quemcunq; ſuum ſubdi-
tum, contracta intra, vel extra ordinem, & diſpenſandi ſuper irre-
gularitate contracta, niſi fuerit caſus grauis, & enormis. Federic.
de Sen. *conſ.* 168. *Caſus talis eſt.* vbi, quod tale priuilegium eſt fauo-
rabile, & extendendum. † Canonici Regulares Ordinis Sancti 2
Auguſtini ex priuilegio extrauag. Benedicti habent, quod eorum
monaſteria non poſſunt vniri, neque ſubmitti aliis locis Religio-
ſorum quorumcunque. Calderin. *conſ. 399. in fi.* alias 14. *de reg. iur.*
nec obſtat, quod duplicatur *conſ.* 255. alias *vnico. ne ſede vacant.*
† Sub regula Beati Auguſtini ſunt fratres Sancti Auguſtini; item 3
Canonici Regulares, fratres Sancti Dominici, fratres Sanctæ
Mariæ Seruorum, qui licet habeant ritus, & habitus diuerſos; ta-
men regula eſt vna, & per additamentum factum à Sancto Domi-
nico, & aliis, qui regulam ſuſceperunt; inducta eſt diuerſitas, quæ
facilius tolli poteſt, quã primæua regulæ inſtitutio. Anch. *conſ.* 321.
*Præmittenda ſunt.* † Adde, quod ſub Regula Sancti Auguſtini ſunt 4
milites Templarii ſub Honorio Secundo anno 1121. & ſecundum
alios ſub Innocentio Secundo anno 1131. † Hoſpitaliorum, & cre- 5
do, quod ſint milites Hieroſolymitani ſub Innocentio II. 1131.
† Cruciferorum ſub Alexandro Papa, 1160. † Prædicatorũ con- 6.7
firmatorum ſub Honorio Tertio anno 1216. † Heremitarum ſub 8
Gregorio X. 1271. † Fratrũ Seruitarũ, vt ſup. † Sanctæ Briginæ, vt 9.10
ſup. † Scopetinorũ qui primo erant heremitæ, & ſe vocant Cano- 11
nicos Regulares ſub Gregorio XII. anno 1406. † Sancti Hiero- 12
nymi confirmatorum ſub Eugenio IV. † Alios etiam ordines ſub 13
Regula Beati Auguſtini cõmemorat Caccialup. & omnes ſupra-
dictos ſub regula Beati Auguſtini *conſ.* 4. poſt conſilia Zab. in fine.

## Fratres Sancti Auguſtini Heremitarum, & eorum priuilegia. Concluſ. 459.

FRATRES † Heremitæ Ordinis Sancti Auguſtini habent pri- 1
uilegium à Nicolao Papa, vt ſint exempti ab ordinariis locorũ
ipſi, & cõuerſi, ac oblati, cuius tenorem inſerit Feder. de Sen. *conſ.*
273. *Nicolaus.* † Habent Congregationem, ſeu Collegium quarun- 2
dam mulierũ oblatarum dictæ Religioni, quæ dicuntur profeſſæ;
licet habitent extra monaſteria, quæ ſunt circa Sacramenta, ſepul-
turam, & alia ſuppoſita dictæ Religioni, de quibus Federic. *d. conſ.*
273. conſuluit ſuper nouem quæſitis circa regulã dictarum mulie-
rum. † Mendicantes ſunt fratres Heremitani Sancti Auguſtini. *c.* 1. 3
*de relig. domib. lib.* 6. Calderin. *conſ. 386. in princip. ver. item cum Heremi-
tæ,* alias 1. *de regular.* Bald. *conſ. 467. in fine. lib.* 5. Vide, *Mendicantes re-
gulares qui dicantur. Concluſ.* 193. † Regula tamen Sancti Auguſtini 4
non eſt mendicans; quia poſſunt profitentes habere in communi
ex regula. Calderin. *conſil.* 400. alias 15. *de regular. & conſil.* 402. alias
17. *eodem tit.* † Conſuetudinem habebant communiter, & vbique 5
obſeruatam, vt particulares fratres poſſent retinere adminiſtra-
tionem bonorum relictorum particularibus perſonis; quæ ta-
men conſuetudo tanquã irrationabilis, nutritiua peccati, & con-
tra ſubſtantiam voti emiſſi non valet. Calderin. *d. conſ.* 386. *per to-
tum,* alias 1. *de regularib.* concordat Cuman. *conſ.* 169. *per totum,* vbi
atteſtatur de hac conſuetudine. Vide, *Mendicantes quid poſſint habere.
Concl.* 190. † Declara; quia licet mendicantes ſint: tamen nõ adeo 6
mendicantes, prout ſunt fratres ordinis Minorum; & ideo ordo
Sancti

Sancti Auguſtini poteſt ſibi acquirere, & profeſſus in eo ordine
acquirit ſuo ordini. Bald. *conſ. 332. in princ. Præmittendum. lib. 1.* & hoc
eſt ex priuilegio Papæ: ideo profeſſus in eo ordine acquirit mona-
ſterio, & non dicitur ſine filiis decedere profeſſus. Bald. *conſil. 127.*
7 *Quidam ſer. Petrus. n. 2. & 3. ver. ſuper ſecundo. lib. 5.* † Imo quod de ge-
nerali conſuetudine tolerata à Papa poſſint in commune habere
bona ſtabilia, Rom. *conſ. 235. Quoad primum. nu. 6. verſ. prædicta locum*
8 *ſibi*, vbi apoſtill. *in ver. conſuetudine*, dat concord. † Amplia; quia ſunt
capaces relictorum, & hæreditatum, ſaltem vt pretium conſe-
quantur pro ſuis neceſſitatibus. Bald. *conſ. 467. Sicut apparet. lib. 5.*
*per totū*, vbi recitat quatuor opiniones, & hanc approbat Cuman.
*d. conſ. 169. Viſo teſtamento, per totum*, vbi, quod de conſuetudine ca-
piunt, ſaltem, vt vendant, licet non vt poſſideant. Petr. Anchar.
*conſil. 56. in fin.* vbi dicit hoc procedere, maxime ſtante conſuetu-
9 dine. † Contrarium tenet Angel. *conſil. 224. Caſus eſt, Iacobus, col. fin.*
10 *in princ.* † Monaſterium Sancti Iacobi de Altopaſſu Lucanæ diœ-
ceſis eſt ordinis S. Auguſtini, Angel. *conſil. 235. Punctus eſt, Albertus.*
11 † Incapaces ſunt legatorum, & proprietatis; ideo ſi teſtator fun-
det altare in Eccleſia eorum, & dotet, licet valeat erectio altaris;
non tamen dotatio; quia ſunt incapaces. Calderin. *conſ. 343.* alias
14. *de teſtam.* Ang. *d. conſ. 224. Caſus eſt, Iacobus*, vbi, quod poterunt
deputare ſeculares, qui officient, ſed pro ſe non poſſunt retinere;
ideo altaris fundatio valet, ſed dotatio ſpectat Eccleſiæ Romanæ,
ſi nolunt, quod clerici ſeculares officient.

## Fratres Ordinis Camaldulenſis, & eorum priuilegia. Concluſ. 460.

1 FRatres † Ordinis Camaldulenſium habent priuilegiū exem-
ptionis conceſſum omnibus locis ſuis habitis, & habendis.
Calder. *conſ. 456.* alias 14. *de cenſib.* vbi, quod Eccleſia, quæ fuit di-
ctorū fratrum, ſi tranſeat ad nō exemptos; tamen remanet exem-
2 pta. † Generalis Ordinis Camaldulenſiū poteſt deputare omnes
miniſtros circa exactionem, & expenſionem eorum, quæ ſunt ne-
ceſſaria, prout poſſunt Abbates; & ideo adminiſtratio facta ab eo,
& deputatis ab ipſo ſolo etiam ſine conſenſu Capituli, valet, dum-
modo non ſit pro libito ſuo vana, & damnoſa. Gemin. *conſ. 135. in*
3 *princ.* † Extende; quia poteſt Generalis corrigere, & punire non
obedientes ſibi in iis, quæ ſunt licita & honeſta ſecundum regu-
lam, & pro correctione poteſt expendere redditus Monaſterii.
4 Gemin. *d. conſ. 135. num. 3. verſ. ad id, quod.* † Reſtringe; quia ardua &
grauiora debet expedire cum conſilio conuentus. Gemin. *d. conſ.*
5 *135. in fine.* † Extende; quia poteſt conferre monaſteria vacantia,
inſtituere, deſtituere, corrigere libere ex priuilegio Alexandri
Papæ IV. cui non cenſetur derogatum per conſtitutiones contra-
rias, quod electiones fiant per maiorem, & ſaniorem partem, ita
Ioan. de Anan. *conſil. 62. per tot.* vbi inſerit verba priuilegii, & con-
6 ſtitutionum, & ibi Bologn. in apoſtilla idem dicit. † Regulam
Sancti Benedicti obſeruant Camaldulenſes heremitæ. Ioan. de
Anan. *conſil. 62. in princ. & per totum.*

## Fratres Carthuſienſes, eorum regula, & priuilegia. Concluſ. 461.

1 FRatres † Carthuſienſes poſſunt habere in communi poſſeſ-
ſiones, & alia bona; non tamen villas, & caſtra. Bald. *conſil. 438.*
*Factum ſic proponitur. n. 5. verſ. quidam habent. lib. 2.* Abbas *conſ. 27. Pro*
2 *clara. in princ. lib. 2.* † Exempti ſunt ex priuilegio Vrbani Papæ à ſo-
lutione procurationis Legatorum, quod priuilegium non eſſe re-
uocatum dicit Caſtrenſ. *conſ. 3. Quoniam additione. lib. 1. per totum*,
vbi, quod bene tenentur ad alia onera cleri, prout alii; quia non
3 ſunt exempti. † Item exempti ſunt ab ordinariis, & eorum iuriſ-
dictione per Bonifacium Papam; tamen exemptio non ſe exten-
dit ad ea, quæ ordinarii tanquam exequutores Papæ faciunt. Ca-
4 ſtrenſ. *d. conſil. 3. num. 6. ver. quantum ad tertium. lib. 1.* † Sunt ſub Re-
gula Beati Benedicti, licet ſub diuerſo habitu. Ægidius *conſil. 32.*
*num. 23. ver. nec valet conſequentia*, in fine dicti numeri.

## Fratres Ciſtertienſes, & eorum regula, & priuilegia. Concluſ. 462.

1 REgulares † Ciſtertienſes eo ipſo, quod ſunt electi ad aliquem
prioratum, adminiſtrant abſque alia confirmatione electio-
nis; quia non habent dignitatem, ſed adminiſtrationem dumta-
2 xat. Gemin. *conſil. 15. n. 6. & 7.* † Habitum in eodem conuentu por-
tant diuerſi coloris, dummodo coloribus prohibitis non vtantur.
3 Gemin. *conſil. 41. in princip. verſic. quidam vero.* † Exemptionem ple-
nam habent à iuriſdictione ordinaria Epiſcoporum ex priuilegiis
Alexandri & Bonifacii; ſed tamen ſubſunt in tribus caſibus, de
quibus in *cap. 1. de priuil. lib. 6.* quod etiam habeant aliud priuile-
gium ab Innocentio IV. authore illius text. qui declarat ex illo
textu nullum præiudicium generari ſuis exemptionibus; quia ad-
huc in tribus caſibus, videlicet ratione contractus, delicti, & rei
ſitæ in loco non exempto ii poſſunt conueniri. Gemin. *conſil. 72. in*
*pr. quia punctus iſte* vbi eſt caſus, qui idem tenet in *d. c. 1.* & poſt eum
ibi. Fran. in prin. † Extende; quia in tantum ſunt exempti, vt ſoli 4
ſedi Apoſtolicæ ſint immediate ſubiecti; ideo neque ſubſunt Ar-
chiepiſcopo Legato natiuo de iure. Bald. *conſil. 337. Archiepiſcopus*
*Pragenſis, lib. 4.* † Extende; quia licet Papa concedat iuriſdictio- 5
nem in exemptos, & non exemptos alicui Archiepiſcopo, vel Le-
gato natiuo; tamen non includuntur Ciſtertienſes propter ma-
gnam eorum exemptionem. Bald. *d. conſil. 337. in princ. lib. 4.* quia
ea, quæ ſunt digna ſpeciali nota, non veniunt in generali diſpoſi-
tione. † Poſſunt conueniri iſti Religioſi coram ordinario pro ſo- 6
lutione decimarum, quas debent Eccleſiæ ſuppoſitæ ordinario;
quia aſportando fructus, & non ſoluendo; dicuntur delinquere
in loco non exempto. Gemin. *d. conſil. 72. num. 2. verſic. reſtat deſcen-*
*dere, vſque in finem.* vbi eſt caſus. † Iuriſdictiones & caſtra habere 7
non poſſunt monachi huius ordinis, vt in *cap. recolentes, de ſtatu*
*monach.* vbi Abbas, & alii. † Ordo eſt de per ſe; quia eſt caput or- 8
dinis, prout ordo Cluniacen. & ordo Præmonſtraten. ſed tamen
regulam ſancti Benedicti profitentur, licet nunquam addatur, or-
dinis ſancti Benedicti in iſtis tribus ordinibus, ita notat praxis
Cancellariæ in fine poſt notulam Eccleſiarum orbis Cathedra-
lium, vbi ponit omnes ordines Regularium. Vide, *Monachi nigri*
*ſancti Benedicti, & eorum priuilegia. Concluſ. 332.* Vide, *Abbas Clunia-*
*cenſis eſt Abbas totius ordinis; & quid poßit. Concluſ. 21.*

## Fratres ordinis Cruciferorum, & eorum priuilegia. Concluſ. 463.

FRatres † ordinis Cruciferorum, & eorum Hoſpitale, & Ge- 1
neralis ſubſunt immediate Papæ, & non habent dominium
rerum acquiſitarum, ſed dominium eſt penes Papam; ideo ſine li-
centia Papæ non poſſunt compromittere. Gemin. *conſ. 96. nu. 2. &*
*3. verſic. & idem patet.* † Acquiſiuerunt multa territoria Samagita- 2
rum ex conceſſionibus Papæ, & Imperatoris, qui illis conceſſe-
runt ius occupandi bona infidelium; ideo ſuper acquiſitis inter
eos, & Ducem Vultoldi fuit controuerſia, & factum compromiſ-
ſum in Regem Romanorum, vt per Gemin. qui conſuluit ſuper
nullitate laudi, *d. conſil. 96. per totum.* † Non poſſunt habere bona, 3
niſi quatenus per Sedem Apoſtolicam eis permittitur; quia ſunt
aſtricti particulari voto paupertatis, & obedientiæ. Gemin. *d. con-*
*ſil. 96. n. 3 in fine, verſic. tamen tenendo opinionem.* † Imo in bonis allo- 4
dialibus ſuccedunt. Bald. *conſil. 170. Ad euidentiam, nu. 2. verſ. in allo-*
*dialibus autem, lib. 2.* † Regulares ſunt; tamen militant Deo in ar- 5
mata militia contra infideles. Bald. *d. conſil. 170. nu. 2. verſic ſecundo*
*præmittendum.* vbi, quod ſuccedunt in feudo & ſunt capaces, niſi
feudum requirat ſeruitium, quod ab eis præſtari non poſſet, & la-
te diſputat in vtramque partem, *lib. 2.*

## Fratres ſanctæ Mariæ de Carmelo, & eorum regula, & priuilegia. Concluſ. 464.

FRatres † S. Mariæ de Carmelo ex eorū inſtituta religione non 1
ſunt mendicantes, licet ex conſuetudine, & communi reputa-
tione hunc ſtatum conſequuti fuerint. Lap. *alleg. 45. per totam*, vbi
eſt caſus. † Contrarium, quod imo ordo Carmelitarum ſit men- 2
dicantium, eſt text. in *cap. 1. §. cæterum, de relig. domibus in 6.* gloſſ. *in*
*clem. quoslibet, de regular. in ver. quoslibet.* Gemin. *conſil. 40. nu. 5. verſ. nec*
*dubium. & per totum*, vbi, quod non poſſunt habere annuum red-
ditum, & contraria conſuetudo non valet, quod conſilium eſt
ſubſcriptum etiam à Petro de Anchar. Ioan. de Imola, & Bernar.
de Zambec. Bald. *conſil. 232. Super infra ſcriptis, lib. 2.* Ang. *conſil. 91.*
*Sancta Carmelitarum, in princ.* vbi, quod eſt religio fundata ſub re-
gula mendicantium, licet non viuant omnia monaſteria dicti or-
dinis ſub mendicitate. † Poſſunt ex priuilegio Vrbani audire con- 3
feſſiones, & iniungere pœnitentiam pro commiſſis fratribus &
familiaribus ſuis, & etiam recurrentibus ad eorum Eccleſiam de
licentia ſuorum Prælatorum. Oldrad. *conſil. 230. in princip.* † Eccle- 4
ſiam S. Martini in Montibus in Vrbe habuerunt à Bonifacio VIII.
Lap. *allegat. 45. in princip.* † Poſſunt in itinere extra domos ſuas ſu- 5
mere pulmenta cocta cum carnibus, & ſuper mare veſci. Lap. *dict.*
*alleg. 45. num. 2. ver. & quia.* † Vendere non poſſunt poſſeſſiones, & 6
cenſus abſque conſenſu Prioris generalis, vel Capituli generalis,
ſeu prouincialis, ſub graui pœna. Lap. *d. allegat. 45. n. 2. ver. ad hoc, quia.*
† Succedunt tamen in bonis ſibi delatis, vt acquirant Eccleſiæ 7
Romanæ, quando eorum ordo non eſt capax; quo caſu debent
habere alimenta ex bonis, vel etiam ſuccedunt, vt vendant bona,
& victum ſumant, & in reparationem Eccleſiarum expendant, &
ita ſeruari de cōſuetudine dicit Bald. *conſ. 232. in pr. lib. 2.* † Imo ſunt 8
capaces

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

capaces hæreditatum, & bonorum ſecundum obſeruantiam mo-
naſteriorum, licet aliqua monaſteria ſeruent regulam mendican-
tium, Angel. *conſil.91.per totum*, vbi data capacitate, an poſſit mo-
naſterium adire inuito, vel abſente monacho hærede inſtituto, &
tenet, quod non. Vide, *Monachus quicquid acquirit. Concl.*316. Vide,
*Mendicantes regulariter qui dicantur. Concluſ.* 193.

## Fratres ſanctæ Mariæ de Scala Senarum quales. Concluſ. 465.

1 FRatres † ſanctæ Mariæ de Scala ciuitatis Senarum non ſunt
iudicandi vt monachi, ex quo non faciunt profeſſionem mo-
2 nachalem. Calderin. *conſil.416.in fine.* alias 31. *de regularib.* † Caſti-
tatem non promittunt, licet profiteantur obedientiam, & caren-
tiam proprii. Calder. *conſil.*415 *prope finem*, alias 30. *de regular.*

## Fratres Montis Oliueti, & eorum priuilegia. Concluſ. 466.

1 HAbent † fratres Montis Oliueti priuilegium à Gregorio Pa-
pa XI. quod non teneantur ad procurationes Legatorum, &
aliorum cum clauſula derogatoria, niſi ſpecialis mentio fiat de eis,
quod priuilegium non cenſetur ſublatum ex facultate generali,
quod omnes ſoluant, etiam ſi ſint à Sede Apoſtolica priuilegiati.
2 Zabarell. *conſil.52.In præmiſſo dubio, per totum*, vbi latiſſime. † Et quia
ſunt in poſſeſſione non ſoluendi, debent manuteneri, donec con-
ſtet de mente Papæ, neque in dubio eſt tollendum, ſed conſeruan-
dum priuilegium. Zabar. *d.conſil.52.nu.6.ver.item dato, quod non eſſet.*

## Fratres ordinis Minorum, eorum regula, conſuetudines, ſtatuta, & priuilegia. Concluſ. 467.

1 FRatres † ordinis Minorum ſunt mendicantes, & victum quæ-
runt per publicum quæſtum, nec poſſunt habere aliquid ſuc-
ceſſionis, vt in *clemen. exiui. §.cupientes. de verb.ſignif.* Feder. de Sen.
*conſil.20.n.4.ver.item, quod non acquiratur conuentui.* vbi, quod de eis
text. *in cap. nimis. de exceſ. Prælat.* altiſſimam paupertatem comme-
morat, & licet propter oblationes non mendicarent actu; tamen
dicuntur mendicantes. Federic. de Sen. *conſil.145.nu.6.verſic. ſi ordo
ſeruorum. & in colu. pen. in fine, ver. pone, quod prædicatores.* & quod ſint
fundati in altiſſima paupertate, magis, quam alii, tenent Calderin.
*conſil.*375. alias 46. *de teſtam. vltra med. verſic. præterea de hoc.* Roman.
*conſil.268. In caſu propoſito. in princ.* Abb. *conſil* 27. *Pro clara. colum.1. in
fine. ver. quædam, & col.2. lib.2.* plene idem Abb. *conſil.63. Vt veritas. in
princ. lib.2.* plene Clar. in *§.teſtamentum. qu.29.* vbi, quod ſunt men-
2 dicantes ex regula, non ex conſtitutionibus. † Extende; quia non
poſſunt etiam donare bona ſua monaſterio fratres ingredientes
ordinem iſtum; quia non eſt ordo capax bonorum, neque hære-
ditatum; quia dicuntur mortui mundo; ideo ſucceſſio ſpectat ad
alios proximiores; quia pater dicitur ſine filio decedere, quando
filius eſt profeſſus in iſto ordine, Abbas *d.conſil.27. colum.2. lib.2. in
3 princ.* † Et multo minus poſſunt profeſſi in ordine Minorum do-
nare monaſterio, vel Eccleſiæ, bona emphyteutica, ſed talia bona
profitentium deferuntur proximioribus profitentis, ita Alexand.
*conſil.76. In cauſa, & lite, n.4. ver. præterea, quando quis profitetur, lib.7.*
4 † Fratres ordinis Minorum, qui aliquando appellantur fratres de
pœnitentia, prout Peruſii, vt per Federic. de Senis *conſil.* 105. *in
princip.* ſunt mendicantes, & victum quærunt per quæſtum. *d.clem.
exiui. §.cupientes. de verb.ſignif.* & ideo non poſſunt habere aliquid
proprium. Duennas *reg.*381. vbi ampliat octo modis; primo quo-
ad hæreditatem, & fideicommiſſum vniuerſale; ſecundo quoad
noua loca pro conſtructione Eccleſiæ; tertio in hæreditate etiam
parentum delata profeſſis; quarto quoad beneficia; quinto, quod
neque naturaliter debeatur eis, neque in foro conſcientiæ; ſexto,
quod non poſſint eſſe exequutores parte opponente; ſeptimo,
quoad annuos redditus, etiam modicos; octauo non ſolum re-
ſpectu proprietatis, ſed poſſeſſionis, & pretii; ſecus in hoc quoad
alios mendicantes; limita quatuor modis, vt ibi; primo, pro ali-
mentis; ſecundo, quando ex priuilegio Papæ; tertio, quando no-
mine Romanæ Eccleſiæ retinent; quarto, quando bona reci-
5 piunt ab ingredientibus. † Amplia; quia non ſunt capaces hære-
ditatum, vel ſucceſſionum in tanta ſumma, quæ fraudem induce-
ret. Feder. de Sen. *conſi.12. num.3. ver. item in eadem.* Bald. *conſi.*232.
*Super infraſcriptis. lib.2.* vbi, quod bene ſuccedunt, vt acquirant Ro-
manæ Eccleſiæ, à qua ex ſucceſſione quæſita alimenta conſequi
6 debent. Abb. *conſi.27. colum.2. in princ. lib.2.* † Reſtringe, niſi Eccle-
ſia eorum inſtitueretur hæres; quia omnes Eccleſiæ ſunt capaces,
nec Eccleſia fratrum Minorum eſt prohibita, ſed ſoli fratres, Abb.
7 *conſi.63.n.4. ver. hoc etiam ſenſit Bart. lib.2.* † Amplia; quia nõ poſſunt
habere immobilia, neque poſſeſſiones, neque redditus, ex conſti-
tutione Gregorii, de qua Federic. *d.conſi.12.n.4. ver. è contra videtur*
† Amplia; quia non poſſunt habere hæreditates iure directo; quia 8
imo teſtamentum eſſet nullum, niſi adſit cohæres, vel ſubſtitutus,
Bart. *tract. minoric. lib.1. diſt.1. c.2.* Feder. de Sen. *conſi.26. in princ.* & eſt
* communis opinio, ſecundum Roman. *conſi.296. Circa declaratio- *
*nem, in princ.* † Extende; quia ſunt incapaces, & non poſſunt habere 9
etiam hæreditates ex fideicommiſſo. Bart. *d.tract. minor. lib.1. diſt.2.
cap.1.* & ratio eſt; quia ad omnia bona prohibita extenditur. Bald.
vero in *authen. ingreſſi, num.15. C. de ſacroſ. Eccleſ.* dicit, quod ratio eſt;
quia ſemel hæres nunquam deſinit; ergo. † Extende; quia non poſ- 10
ſunt habere etiam hæreditatem iure legati; quia ſunt incapaces,
Bart. *d.tract. minoric. lib.1. diſt.3. cap.1. de hæreditate.* † Extende, vt neq; 11
poſſint habere legata particularia iure inſtitutionis, Bart. *d. lib.1.
diſtinct.3. cap.2.* † Extende; quia neque valet inſtitutio facta de fra- 12
tribus Minoribus, cum conditione, quod hæreditatem vendant,
& pretium cõuertant in ſuis neceſſitatibus; quia ſunt ipſi incapa-
ces, Bart. *d.tract. minor. lib.1. diſt.5. cap.1. quid ſi fratres. nu.*28. † Declara 13
extenſionem; quia talis inſtitutio ſubſtinetur; quia licet non va-
leat inſtitutio in eorum perſona, bene valet inſtitutio ſine hærede
ad piam cauſam. Vnde valebit, vt relictum Romanæ Eccleſiæ, vel
piæ cauſæ, vel Reipublicæ; quia ſi non valet inſtitutio, valet cauſa
inſtitutionis, & Epiſcopus, & Ciuitas diſpenſare poterunt, ſicuti
quando alicui ſancto relinquitur, Bart. *d.tract. lib.1. diſtin.5. cap.2. nu.
29. & ſeq.* † Declara tamen, quod licet non ſint capaces hæredita- 14
tum, & bonorum ſtabilium, vt retineant: tamen poſſunt habere
dominium hæreditatum, vt vendant, & ex pretio victũ ſibi quæ-
rant; quia pretium conſumitur, & nõ repugnat mendicitati. Cal-
der. late *conſi.*375. alias 46. *de teſtam.* qui loquitur de fratribus Præ-
dicatoribus, ſed etiam arguit de fratribus minoribus à maioritate,
& de fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, quod valeat inſtitu-
tio hæredis facta de eorum Monaſterio, vt vendant, non vt reti-
neant. Guid. Pap. *dec.* 327. vbi, quod ita de facto ſeruatur, allegat
Bart. in *l. ciuitatibus. ff. de legat.1. & in l. ſeruos. ff. de alim. leg.* licet dicat,
quod eis præfigitur terminus ad vendendum, & pretiũ deponen-
dum pro ſuis neceſſitatibus inſeruiendum, Bald. *conſi.232. Super in-
fraſcriptis, lib.2. in princ.* Anchar. *conſi.56. Petitur conſilium, in fine.* Zab.
*conſi.102. ver. ad ſecundum.* Cuman. *conſi.*169. Fulgoſ. *conſ.103. n.3. ver.
nec obſtat, quod ſi poſſint.* Vide, *Statutum circa forenſes, ne poſſint bona in
eos alienari. Concl.554. n.50.* Vide Ant. Gabriel. *lib.4. tit. de hæred. inſtit.
Concl.1. inſtitutio facta de fratribus Minoribus.* † Declara; quia poſſunt 15
habere legata, & hæreditates, vt vendant, & in pios vſus conuer-
tant. Ioan. de Anan. *conſi.30. n.7. ver. vlterius dico*, vbi loquitur in le-
gato vſusfructus facto infirmariæ ſancti Franciſci; quia habebunt
duplici de cauſa; primo, quia non fratribus legatur; ſecundo, quia
poſſunt vendere, vbi Bologn. in add. *nu.*10. late cõfirmat vtrumq;.
† Declarat plenius Bart. quod poſſunt habere, vt vendant, & pre- 16
tium in neceſſitatibus ſuis conuertant; dummodo nõ ſit pretium
exceſſiuum, vt potius ſit theſaurizatio, quam ſubuentio pro neceſ-
ſitate, *in d.tract. minor. lib.1. diſtin.2. cap.2. ſed quæro.* Iaſ. in *l. apud Iulia-
num. §. conſtat. n.41. ff. de leg.1.* & iterum, *lib.2. diſtin.3. n.16. & ſeq.* Vi-
de, *Inhabilitas quando vitiet diſpoſitionem, vel non. Concl.*136. Vide ple-
ne per Ant. Gabriel. *lib.4. tit de legatis. Concl.1. legatum factum fratri-
bus Mendicantibus.* † Et Bartol. in *d.tract. minoric. lib.1. diſtin.2. cap.3.* 17
*ver. ex prædictis*, dicit hoc eſſe verum, quod poſſunt habere, vt ven-
dant, quando adeſt clauſula codicillaris; quia conſtat de mente,
quod omni meliori modo habeant, licet Bald. *authen. ingreſſi, C. de
ſacroſ. eccleſ. n.16.* dicat contrarium. † Contrarium in fratribus Mi- 18
noribus; ſecus in aliis Mendicantibus, plene Duennas *reg.*381. vbi
ponit plures ampliationes, & limitationes, maxime in octaua am-
pliatione, vbi ita declarat, & citat plurimos, & plene etiam Clar.
in *§.teſtamentum. qu.29.* vbi, quod iſti ſunt Mendicantes ex regula:
ideo nullo modo poſſunt habere; quia omnino ſunt incapaces:
Mendicantes vero non ex regula, ſed ex conſtitutionibus non
poſſunt habere, vt retineant, ſed vt vendant, & pretium in ſuis ne-
ceſſitatibus expendant. † Declarat Abb. *conſi.27. Pro clara. per to-* 19
*tum. lib.2.* vbi dicit, quod iſti fratres S. Franciſci, in quibus regula
prohibet, vt aliquid habeant in dominio, nihil omnino poſſunt
habere, vel ex ſucceſſione, vel legato, vel donatione, ſed fratres
Prædicatores, qui ſecundum regulam S. Auguſtini, ſub qua profi-
tentur, poſſunt habere bona, & dominia, ſed ex particulari cõſtit.
B. Dominici, confirmata à ſede Apoſtolica, non poſſunt habere
bona; quia conſtitutio, quæ repugnat regulæ, & ſtricte eſt intelli-
genda, non habebit locum in legatis, & ſucceſſionibus, & dona-
tione, ſaltem ad effectum, vt vendant, & pretium conuertant in
ſuas neceſſitates; quia plus obſtat, quando regula prohibet, quam
ſi regula permittit, & particularis cõſtitutio prohibet. † Bart. vero 20
*in d.tract. minoric. lib.1. prima diſtin. c.3. in princ.* maxime, *n.4. ver. quarto
probatur, & ver. quinto probatur, iuncto n.8. ver. ad quartam, & quintam,*
dicit,

dicit, quod procedit in legatis; & fideicõmiſſis; quia is, à quo le-
gatur,non poteſt pro ſe retinere;quia naturaliter obligatur;ſecus
in hæreditate;quia à ſeipſis nõ relinquitur, cũ iure directo hære-
ditas debeatur.Dicit tñ, quod venientes ab inteſtato tenẽtur diſ-
tribuere in cõſcientia; quia ſemper teſtator præſumitur velle piã
cauſam habere omni meliori modo,& ſi de illa non poteſt ſortiri,
in aliã conuertatur,ſecus ſi dediſſet cohæredem,vel ſubſtitutum.
21 †Item Bar.*d.tract.minoric.lib.2.diſtinct.2.c.1.n.9*.dicit,quod immo-
bilia relicta fratribus Minoribus adiecto modo exigendi contra
regulã,non debentur,neq; æſtimatio;ſecus ſi modo illicito, non
22 contra regulã.† Amplia;quia fratres Minores profeſſi nõ poſſunt
habere hæreditates,neq; ſucceſſionem,neq; legitimã ſibi debitã
ab inteſtato;quia omnino ſunt incapaces.Barto.in *d.tract.minoric.*
23 *lib.4.diſtinct.1.c.1.de hæreditatibus*. † Extende,etiam ſi in hæreditate
eſſet domus contigua eccleſiæ fratrum Minorum. Bart. *d.lib.4.c.*
24 *2*.† Extende, vt idem ſit in iis,qui regulam Minorum imitantur.
25 Bart.*d.lib.4.diſtinct.2.c.1.n.4*.vbi apoſtil.in *verb.de bonis* † Reſtringe
in nouitiis,qui nondum profeſſionem emiſerunt;quia ſunt libe-
26 ri.Bart.*d.lib.4.c.3.n.3*.† Amplia;quia non poſſunt fratres Minores
habere legata annua,neq; donata,neque aliquid proprium; quia
ſunt incapaces, & legatum factum incapaci habetur pro nõ ſcri-
pto.Abb.*conſil.63. Vt veritas.col.1.in fine ver.hoc aperte probatur.lib.2.*
27 †Reſtringe;quia valet legatum annuum factum ad modicũ tem-
pus pro libris,& neceſſariis ad ſtudium.Bart.in *d.tract. minoric.lib.*
28 *2.n.1.& 2.& n.28.cum ſeqq.* †Imo, quod valeat legatum factũ fra-
tri Minori,donec vixerit,annuũ pro libris,& aliis neceſſariis pro
ſtudio,maxime Theologiæ. Abb.*d.conſ.63.col.1.in fin.ver.ſed ego di-
uerſam ſententiam,& per totum.lib.2*.vbi multa allegat,*n.2.& ſeq.* al-
legat Feder.de Sen.*conſ*.12. loquentem de fratribus Prædicatori-
bus, & dicentem, quod victũ ex mendicitate habere debent; er-
go quæ ſunt extra victum,non contradicunt mendicitati, & rur-
* ſus *col 4.in prin.ver.Reſtat ergo clare*, vbi dicit*communem,&quod
29 non eſt,qui teneat cõtrariũ. † Et pariter valet donatio annua fa-
cta fratri Minori pro libris, & neceſſitatibus ſtudii; quia reſpicit
cultum Diuinum. Abb.*d.conſ.63.per tot.lib.2*.vbi,*col.4.in princ.verſ.*
*30 *Reſtat ergo clare*, dicit*communem,& quod nullus diſcrepat.†De-
clara; quia quod valeat legatũ,& donatio annua facta Monacho
Minorum,pro libris,& neceſſitatibus ſtudii,Papa declarauit per
literas conceſſas fratri poſt obitum donantis,vel legantis,ꝙ non
faceret Papa,ſi non eſſet valida.Abb.*d.conſ.63.col.4. in princ.ver. &
multum faciunt litteræ Apoſtolicæ,lib.2*. vbi, quod ſi ceſſat neceſſitas
emendi libros, adhuc valet; quia ſufficit, quod adſit alia neceſ-
31 ſitas ſtudii,& vna ceſſante non ceſſat alia.† Amplia;quia non va-
let legatũ immobilium,& eorum,quæ vſu conſumuntur,adiecto
modo,ſecundum quod nõ licet fratribus exigere; quia tunc ne-
que debetur æſtimatio,qñ modus eſt illicitus contra regulam; ſi
vero eſt illicitus non contra regulam,habebit æſtimationẽ. Bart.
32 *d.tract.minoric.lib.2.diſtinct.2.c.1.nu.9*. † Amplia;quia frater minor
factus etiam Epiſcopus, vel translatus ad aliũ ordinem capacem
non recuperat bona iam amiſſa per profeſſionem in ordine Mi-
norũ.Bart.*d.tract.minoric.lib.4.diſtinct.3.c.2.n.9*. vbi apoſtil.in *verb.*
33 *Epiſcopatũ*. †Reſtringe quoad ſucceſſiones, & bona de futuro ac-
quirenda;quia ſi transfertur per Papam ad Epiſcopatum,vel Re-
ligionem capacem, vel per Epiſcopum ad parochialem, vel alio
licito modo abſoluitur ab obſeruantia ordinis Minorum, reſti-
tutus dicitur ad futura;ſecus ſi non licito modo, veluti ſi deiicia-
tur à religione;quia remanet incapax.Bart.*d.tract.minoric.lib.4.di-*
34 *ſtinct.2.c.3.n.10.& ſeq.* †Amplia; quia fratres Minores non exclu-
dunt ſubſtitutum, quia nihil proprii poſſunt habere ſtabilium;
ſecus in fratribus Prædicatoribus ex priuilegio,licet ſint mendi-
* cantes. Viuius *comm.opin.concluſ*.839.vbi plures allegat,& de*cõ-
35 muni teſtatur. † Amplia; quia profeſſi in ordine Minorum bona
tranſeunt ad proximiores,ac ſi eſſet mortuus;quia neq; ipſe pro-
feſſus,neq; ordo,in quo eſt profeſſus,ſunt capaces bonorum ſta-
36 bilium,Roma.*conſ.268.In caſu propoſito,per tot*. †Extende,etiam ſi
profeſſus dimiſſo habitu reuertatur ad ſeculum; quia nõ recupe-
rat bona,ex quo per profeſſionem effectus eſt inhabilis.Roman.
* *d.conſ*.268.vbi apoſtil.in *ver.ſecularis*.dat concord.& dicit * cõmu-
nem,& ibi Roma.dicit,quod poteſt compelli ad reaſſumendum
habitum,& reuertendum ad monaſterium, alias poteſt carcera-
37 ri.†Amplia;quia prohibentur religioſi Minores,& alii inducere
homines ad eis relinquendum.*clem.exiui.§.dubitauerunt,de verb.ſi-*
38 *gnific*.Abb.*conſ.63.col.pen.nu.8.verſic.& quanquam,lib.2*. †Declarat
Abbas *d.conſ.63.Vt veritas,col.pen.in fine,& col.fin.ver.ad primum,lib.*
2.quod prohibentur inducere ingredientes ad donandum,ne ob
temporalia videantur recepiſſe,ſed nõ prohibentur pro cultu di-
uino,pro ſtudio,& infirmis,& neceſſitatibus inducere,& petere,
& in omnem caſum,ſi eſſet prohibita perſuaſio non tñ annulla-
tur donatio, vel legatum factũ perſuaſione, vbi ponit exempla.
†Amplia; quia fratres Minores non poſſunt eſſe in iudicio pro 39
aliqua re,vel aliqua cauſa temporali,& ideo non poſſunt conſti-
tuere ſyndicũ,vel procuratorem.Bart.*conſ.5.Viſa quadã,nu.4.verſ.*
*quarto dubitatur,lib.1.& conſ.6.Viſo teſtamento.n.2.eodem lib.1*. † Ex- 40
tende;quia neq; aſſiſtere poſſunt in iudicio cum ſyndico ciuita-
tis,vel Epiſcopo pro eis petente.Bart.vbi ſupra *lib.2.nu.41*.†Re- 41
ſtringe;quia poſſunt conſtituere ſyndicũ,ſeu nominare perſonã
ad recipiendum ea,quæ ſibi conceduntur, & illa diſtribuendum
in neceſſarios vſus fratrũ,licet ipſi habere non poſſint; & ideo ſi
talis ſyndicus hæres inſtituatur, vel ei legetur,erit hæres ad diſ-
tribuendum,& poterit petere in iudicio,ſed non nomine fratrũ.
Bart.plene *d.conſ.5.Viſa quadam,n.4. vſque in fin.verſic.ſecundo dubi-
tatur,lib*.1.vbi apoſt. in *verb.quarto dubitatur*, & plenius Bart.*tract.
minoric.lib.2.diſtinct.8.num.42.& ſeq.* vbi inſerit bullas Innocentii
IV.Martini IV. Ioannis XXII.& Nicolai IV.concedentiũ,quod
acquiratur Romanæ Eccleſiæ,& quod ſyndicos,non monachos
conſtituere poſſint ad diſtribuendũ,exigendum,&c.quos etiam
depoſitarios appellant,& de eorum facultate *nu.47.& ſequ.vſque
in fin.* †Reſtringe; quia licet non poſſint eligere ſyndicũ, vel no- 42
minare;quia mortui ſunt mundo,prout etiam deportatus; quia
de iure nõ habent iura ciuilia, bene poſſunt naturaliter nomina-
re pro implemento conditionis,ſicut & deportatus. Bart.*conſ.6.
Viſo teſtamento,n.4.verſ.nec poteſt dici,lib*.1.vbi,quod electio, & no-
minatio erit de facto,ſi non poteſt eſſe de iure. † Reſtringe; quia 43
non poſſunt eſſe in iudicio contentioſo, ſed bene ad declarandũ
animum ſuum, ſi aliquid declarare habent. Bart. *d.tract.minoric.
lib.2.diſtinct.2.c.3.in fin.n.15.& diſtinct.7.n.40.& 41*.† Amplia;quia 44
non poſſunt eſſe exequutores vltimarum voluntatum; *clem.exi-
ui.de verbor ſignific.*† Extende;quia ſi ſunt exequutores, tanquam 45
hæredes,non poſſunt:idem,ſi res vendẽda ſit, vel pecunia diſtri-
buenda,etiam ſi diſtributio ſit facienda monialibus de ſuo ordi-
ne ſine licentia ſui ſuperioris.Bart.*d.tract.minoric.lib.3.diſtinct.1.c.1.
2.& 3*. † Declara; quia non poſſunt eſſe exequutores vltimarum 46
voluntatum ideo; quia ſine litigiis, & ſine contrectatione tem-
poralium & pecuniarũ iſta fieri nõ poſſunt à cõmuniter acciden-
tibus,ſed ſi ceſſat ratio,bene poſſunt,ita Bart.*d.conſil.6. Viſo teſta-
mento,nu.2.& ſequ.lib*.1.& ibi apoſt.in *verbo,ſyndicum*.†Reſtringe; 47
quia poſſunt eſſe exequutores,vbi ceſſat lis,& cõtentio,quando
agitur ſolum de electione pauperum, & diſtributione facta à te-
ſtatore.Bart.*d.tract.minoric.lib.3.c.4.& c.5*.vbi declarat,quid ſi non
velit eligere exequutor,ad quem deuoluatur electio. † Amplia; 48
quia fratribus pro legatis bonorum ſtabilium nulla acquiritur
obligatio,& nulla datur fratrib⁹ actio,ſed acquiritur ciuitati,cu-
ius intereſt pauperes ſubſtentari.Bart.*d.tract.minoric.lib.2.diſtinct.
7.cap.2.n.39.& c.3.nu.40.& ſeq*.dicit,quod poteſt ſyndicus ciuita-
tis pro fratribus agere; itẽ Epiſcopus; itẽ quilibet particularis de
populo; ipſi vero fratres nõ poſſunt agere,ſed bene extra iudiciũ
pro neceſſitatibus petere. † Amplia; quia fratres Minores non 49
poſſunt dare conſilium circa prohibita, & maxime ingredienti-
bus ſuam religionem, etiam circa bona aliena; ſecus circa pro-
miſſa exequi; quia poſſunt etiam conſilium dare. Bart. *d.tract.mi-
noric.lib.3.diſtinct.2.c.1.& 2.n.10.& ſeq*. † Sequi autem conſilium 50
eorum non tenetur, quando petere conſilium non tenetur cir-
ca ꝓhibita,circa permiſſa & petere,& ſequi tenetur,ſi frater mi-
nor eſt aſſumptus conſultor, non ſequi tenetur aſſumens con-
ſilium.Bart.*d.tract.minor.lib.3.in fi*. † Amplia;quia etiam tranſlati 51
legitime ad ordinem ſancti Benedicti non poſſunt aſſumi ad cu-
ram animarũ.Fed.de Sen.*conſ*.161.tenet,ꝙ imo poſſunt, ſed Lap.
ibi in additione dicit cõmunem*in contrariũ, & quod quæren- *
dum eſt,vt plures,licet ſciendum ſit,vt pauci.†Limita;quia licet 52
Eccleſia fratrum Minorũ ſit incapax hæreditatis vniuerſalis; de
iure tñ ex vſurpatione eſt capax. Bald. *conſil.479.Præſuppoſito,ſine
præiudicio.lib.2*.†Contrarium,quod imo ſit capax Eccleſia fratrum 53
Minorum; quia eſt Romanæ Eccleſiæ, fratres habent nudum v-
ſum Eccleſiæ,ideo acquiritur, vel Romanæ Eccleſiæ, vel Reipu-
blicæ,& Ciuitati,& aditio poteſt fieri per ſyndicum Roman. Ec-
cleſiæ,vel per Epiſcopum, vel negligentibus iſtis per ſyndicũ ci-
uitatis.Bart.in *d.tract.minoric.lib 1.diſtinct.4.c.1.& 2.n.18.& ſeq.* vbi
in *c.3.n.25*.ꝙ etiam quilibet priuatus põt petere nomine Eccleſię.
†Extende, vt idem ſit,qñ legatur altari Eccleſiæ fratrum Mino- 54
rũ,ſeu Guardiano altaris laico.Bart. *d.tract.minoric.lib.1.diſtinct.6.
c.1.n.32*.& idem,ſi Guardianus eſſet Monachus;quia altari legatũ
cenſetur,& valet,ibi *c.2.n.33*. & appellatione Guardiani venit et-
iam ſucceſſor ibi *cap.3.num.34*. † Declara tamen; quia vis eſt in 55
verbis;quia ſi inſtituatur Guardianus fratrũ Minorum, non va-

let;quia eſt contemplatione fratrum incapacium;ſi vero inſtitui-
tur Guardianus Eccleſiæ fratrũ,vel Guardianus altaris in eccleſia
Minorum,valet;quia eccleſiæ,& altaris contemplatio cõſidera-
56 tur.Bart.*d.tract.minoric.lib.1.diſtinct.6.c.2.n.33.*† Declara limitatio-
nẽ; quia ſi relinquatur eccleſiæ fratrum Minorum etiam per hæ-
redis inſtitutionem,valet inſtitutio de eccleſia facta; quia *d.clem.*
*exiui*,non loquitur dę eccleſia.Bart.in *d.tract.minoric. lib.1. diſtinct.*
4.c.1.ſub *n.*18.vbi,quod valet inſtitutio;quia ſi eccleſia non habe-
ret particularis,haberet Eccleſia Romana,& ibi apoſtil.in *ver.ſi a-*
*liquis*.quæ dat concord.ſequitur Bart.Io.de Anan.*conſ.30.nu.3.&*
*ſeq*.vbi reprobat Ioan. de Lignano tenentẽ contrarium, & dicit,
ꝙ correctio non debet induci per ſubauditos intellectus. Bald.
*conſ.232.Super infra ſcriptis,lib.2.*Abbas *conſ.32.Videtur primo,colu.2.*
*verſ.ad primum,lib.*1.plenius Abbas *conſil.63.Vt veritas,nu.4.verſ.hoc*
57 *etiam ſenſit Bart.lib.2.* †Contrarium Bald.*conſ.416.Viſa ſubſtitutione,*
*lib.*4.vbi excludit Eccleſiam Romanam omnino; quia opulentiſ-
ſima eſt,& non conueniunt verba, neque intentio teſtatoris; itẽ
eccleſia Minorum nõ eſt capax;quia fieri poſſet fraus,& eſſet dif-
ferentia verbalis,vbi,quod littera occideret; vnde concludit de-
bere hæreditatem in pios conuerti vſus, inter quos eccleſia Mi-
norum connumeratur,non ex inſtitutione,quæ non valet,ſed ex
diſtributione facienda,& in fine dicit,quod Ioan.Papa renuncia-
uit ſimilibus acquiſitionibus Eccleſiæ Romanæ per incapacitatẽ
58 accreſcentibus Ioan.de Lignano in *d.clemen.exiui.*†Declarat Bart.
*d.tract.minoric.lib.2.diſtinct.4.c.2.per tot.*maxime *nu.20.& ſeq.& nu.*
*24.& ſeq.*quod quæ vſu conſumuntur, & de quibus nõ ſunt inca-
paces,prout granum,vinum,veſtimenta,eleemoſynæ,& ſimilia,
non acquiruntur Eccleſiæ Romanæ; ſed ſi nõ ſunt neceſſaria, dũ
expectatur neceſſitas,dominium eſt hæredis debitoris; ſecus eſt
in rebus,quæ vſu non conſumuntur; quia Eccleſiæ Romanæ ac-
quiruntur,& venduntur pro neceſſitate fratrum;& idem, quan-
do non relinquitur fratribus,ſed eccleſiæ eorum,vel altari, vt ibi
59 *c.3.n.27.in fi.*†Declara;quia fratres Minores, videlicet Collegiũ,
penitus eſt incapax omnium relictorũ; quia nihil poſſunt habere,
& ideo licet dominium ipſo iure tranſeat in eccleſiã, & pium lo-
cum;ſecus in Collegio fratrum Minorũ; ſi vero legatur eccleſiæ
eorum,bene valet legatum,vel hæreditas,ſed ipſi nõ poſſunt pe-
tere;quia neq; eccleſiam habent ſuam, ſed ſolum vſum eccleſiæ.
Ideo ſyndicus Romanæ Eccleſiæ petet,vel ſyndicus Epiſcopi,licet
eccleſia ſit exempta,& ipſi fratres,licet non poſſint petere, bene
poſſunt ſyndicum conſtituere,& omnibus negligentibus poteſt
ciuitas conſtituere ſyndicum,vt petat, Abbas late *conſ.32. Videtur*
*primo col.2.ver.ad primum,lib.*1.vbi, quod ſpectat tam ad iudicẽ Ec-
cleſiaſticum, quã laicum exequutio, & ꝙ eſt locus præuentioni.
60 vt in *authent.de eccleſiaſticis titulis.*†Declarat melius Bart.*conſ.5.Viſa*
*quadam,n.3.verſ.tertio dubitatur,li.*1.vbi,ꝙ ſyndicus fratrum Mino-
rum nõ poteſt inſtitui hæres ad beneficium fratrum;quia ſunt o-
mnino incapaces, ſed bene ad beneficium eorum eccleſiæ fabri-
candæ;quia ipſi fratres nullum ius habent in eorum eccleſiis,ſed
ſunt Eccleſiæ Romanæ;& quia publice intereſt,ꝙ eccleſiæ perfi-
ciantur,& reparentur,tale legatum,vel talis inſtitutio videtur fa-
cta ad vtilitatẽ ciuitatis,& publicam,& ibi apoſt. in *verb.tertio du-*
*bitatur*,dat concord.& plenius in *d.tract.minoric.lib.1. in 4. diſtinct.*
*cap.2.ſed quis petit*.vbi quod [illegible]ditio eſt neceſſaria,& poteſt fieri per
ſyndicum Romanæ Eccleſiæ, vel per Epiſcopum, vel per ſyndicũ
Ciuitatis;quia ſuper eadem *diſtinct.4.cap.*1. dicit,quod acquiritur
Eccleſiæ Romanæ,& Ciuitati,& *c.*3.dicit, ꝙ etiam quilibet parti-
61 cularis põt petere pro eccleſia,& ad vtilitatẽ eccleſiæ. † Declara;
quia ſi fratres hæredes inſtituantur, vel vnus frater particularis;
quia ſunt incapaces,omnino teſtamentum eſt nullum,& hæredi-
tas defertur venientibus ab inteſtato, *l.ſi in metallum.ff.de his,quæ*
*pro non ſcriptis habentur*. ſi vero habent cohæredem, vel ſubſti-
tutum;tunc adeunte cohærede,vel ſubſtituto,valet,&totum ac-
creſcit cohæredi,vel ſubſtituto,ita Bart.*d.tract.minor.lib.1.cap.2.*&
eandẽ opinionẽ ſequitur Feder.de Sen.*conſ.26.Caſus talis,in princ.*
vbi dicit veriorẽ.Bald.in *auth. ingreſſi,nu.15.C.de Sacroſan. Eccleſ.*&
* *communẽ dicit Roman.*conſ.296.Circa declarationem,in princ.*vbi
62 apoſtilla dat concordan.† Vide tamen Bart. *dict.lib.minoric.1.c.3. 1.*
*diſtinct*.vbi diſputat,an venientes ab inteſtato poſſint retinere cũ
bona cõſcientia,& allegat pro vtraque,tandẽ dicit,quod ex quo
naturaliter obligantur, quod tutius eſt, quod in aliam piam cau-
ſam erogent; quia teſtatores ſemper omni meliori modo facere
velle præſumuntur,ita vt ſi in cauſam piam expreſſam non valet,
erogetur in aliam;ſecus eſt,quando dedit cohæredem, vel ſubſti-
tutum,& quando adeſt clauſula codicillaris, dicit Bart. *dict.tract.*
*lib.1.diſtinct.2.cap.*3. ex prædictis quod conſtat, quod omni modo
meliori inſtituere voluit;ergo in cõſcientia venientes ab inteſta-
to reſtituere debent.†Extende limitationẽ;quia valet legatum v-
ſusfructus factum infirmariæ S.Franciſci. Io.de Anan. *dict.conſil.* 63
*30.n.3.& ſeq.*†Et quod fratres Minores poſſint retinere pro Ro-
mana Eccleſia.Bertran.*conſ.166.nu.2.lib.2.*Petr.de Vbal. *de Cano-* 64
*nica Epiſcopali.quæſt.14.n.46.*quos citat,& ſequitur Duen.*reg.381.in*
*tertia limitat.*& eſt tex.in *cap.exiit,qui ſeminat.§.ad hæc. de verb. ſigni-*
*fic.*conſtitutio licet ſit correcta per extrauagantem Ioan. XXII.
quæ incipit, *Ad conditorem,eodẽ tit.* tamen in caſibus à iure permiſ-
ſis hoc permittit,plene Bald.*conſil.232.Super infra ſcriptis,lib.2.* vbi
tuetur opinionem Iacobi de Aren.quod ſicut pater,qui in pote-
ſtate eſt, non ſibi acquirit mediante filio, ſed acquiritur auo; ita
Mendicantes in poteſtate Papæ, & Eccleſiæ acquirunt Eccleſiæ.
†Vide Cynum in *l.Deo nobis,in fine,C.de Epiſc.& cleric.* vbi,quod ſi 65
Religioni incapaci relinquitur, acquiritur Romanæ Eccleſiæ,
ſed quod parum proderit monaſterio hoc modo. † Declara pro 66
veritate,vt per Barbat.in *cap.nos quidem,in vlt.col.de teſtam.*†Limi- 67
ta;quia poſſunt ab ingrediente recipere,& ingrediens poteſt illis
dare,ſicut cæteris pauperibus.*clement.exiui.§.certum quid.de verbor.*
*ſignific.*Federic.*conſ.12.in princ.n.2.verſic.item fratres.*†Et quod poſ- 68
ſunt ab ingrediente recipere aliquid in eleemoſynam, prout da-
ret aliis pro eleemoſyna.Federic.de Sen.*d.conſ.12.in princ.per tex.*
in *dict.clemen.exiui.§.certum quid.de verb.ſignific.*Abbas *dict.conſil.27.*
*col.2.in princip.lib.2.* vbi, quod modicum capere poſſunt pro elee-
moſyna.†Limita;quia poſſunt habere annuos redditus,puta pro 69
ſacrificio altaris,vel pro cultu Diuino,vel etiam ad tempus,pro-
ut alii Mendicantes.Federic.*dict.conſ.12.per totum.* quem ſequitur
Abbas *conſ.63.Vt veritas,nu.4.col.2. verſic.ſecundo principaliter,lib.2.*
vbi dicit*communem,& repetit communem *col.4.in princ.verſic.* *
*reſtat ergo.*Vide, *Mendicantes quid poſſint habere.Concl.*190.† Et ideo
valet legatum annuum de grano pro hoſtiis,& de vino pro ſacri- 70
ficio Miſſæ,& de pecuniis pro luminaribus, & ſimilibus. Abbas
*dict.conſ.63.n.4.lib.2.*†Item relictum factum pro ſtudio Theolo- 71
giæ, & libris, & aliis neceſſariis ad fauorem particularis fratris,
dicitur factum fauore cultus Diuini,& ideo valet.Abb.*d.conſ.63.*
*n.4.in fin.verſic.ſed relictum annuum,lib.2.*† Contrarium, quod imo 72
legatum annui redditus factum fratribus Minoribus, tanquam
incapacibus habeatur pro non ſcripto, & debeatur hæredi, ſeu
lucro fiat hæredi. Anchar.*conſil.199.in fin.* † Reſtringe;quia non 73
valet legatum annuum,niſi vt veniat pro neceſſitatibus; quia re-
pugnat regulæ,quando eſt pro fratribus; & idem ſi eſſet diurnũ,
vel menſtruum;item ſi legatum annuum non eſt perpetuum,ſed
temporale;quia nõ valet,niſi quatenus neceſſitas imminet.Bart.
*dict.tract.minoric.lib.2.diſtinct.6.nu.32.& ſequen.*vbi *num.36.* exten-
dit,etiam ſi eſſet ſub conditione,vt *hæredem inſtituo,ſi annuum lega-*
*tum ſoluerit fratribus.* † Limita;quia valet legatum factum fratri 74
Minorum ad piam cauſam, puta pro anima, & in remiſſionem
peccatorum legantis;quia dicitur pia cauſa, Abb.*conſ.63.col.3.nu.*
*5.in fi.ver.hoc etiam firmatur.* † Limita;quia valet legatum indiſtin- 75
cte factũ generaliter ſine modi expreſſione; quia intelligi debet
modo licito, vt res prohibita vendatur & pretium diſtribuatur
in neceſſitatibus fratrum,Bart.*dict.tract.minoric.lib.2.diſtinct.4.cap.*
*1.num.19.& c.2.num.20.& ſequent.* vbi, quod interim mortuo te-
ſtatore dominium eſt penes hæredem. †Limita;quia valet lega- 76
tum factum in cauſam licitam,puta pro alimentis,vel veſtimen-
tis Monachorum,pro neceſſitate; ſecus ſi non indigent.Bart.*dict.*
*tract. Minoric.lib.2.diſtinct.3.num.16.& ſeq.* vbi *num.*18. quod valet
de paramentis,etiam ſi alia paramenta habeant. † Limita; quia 77
valet legatum annuum factum fratri Minori, vel Monaſterio
ad vitam Monachi, vel ad aliud tempus non perpetuum. Federi.
de Sen. *conſ.32.Fratres Prædicatores,num.5.*ſequitur Abb.*d.conſil.63.*
*Vt veritas.num.6.verſ.quinimo,lib.2.* † Declara; quia intelligi debet 78
ſecundum Abbatem *dict.conſ.63.col.3.circa finem,verſ.& profecto ha*
*ſunt*,ſub *nu.6.lib.2.*ſi legatum annuum ſit modicum; ſecus,ſi ma-
ximum; item quando fit ad vitam Monachi annoſi; quia in eo
non cadit præſumptio perpetuitatis, vel centum annorum, ſed
imo dicitur ad modicum tempus; quia poteſt quotidie mori.
†Limita; quia bene valet legatum in pecunia factum fratribus 79
pro neceſſitatibus ſuis, dummodo non excedat neceſſitatẽ; quia
induceretur fraus.Bartol.*d.tract.minoric.lib.2.diſtinctio.1.& 3.*dicit,
quod exceſſus iudicatur à miniſtris,& cuſtodibus,& *num.4.& ſe-*
*quent.* quod ſupereſt neceſſitati in alios vſus erogatur,neque i-
pſis debetur,niſi ſuperueniat neceſſitas;& idem, ſi legatum eſſet
de fructibus,ſiue ab vno, ſiue à pluribus factum. † Limita;quia 80
licet non valeat legatum factum fratribus Minoribus; non ta-
men fit caducum, ex quo eſt ad pias cauſas, ſed debet commu-
tari in aliam piam cauſam. Abbas *dict.conſil.63.column.4.poſt med.*
*num.6.verſ.præterea legatum factum*, *lib.2.* Bart. *d.tract.minoric.lib.2.*
*diſt.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

* diſt.2.cap.2.n.10.& hanc eſſe communem*dicit Iaſon in l.apud Iu-
81 lianum,nu.18.ff.de leg.1.†Imo applicatur Romanæ Eccleſiæ quan-
do non valet factum incapacibus. Vide ſupra n.64.ver.& quod fra-
82 tres.†Declara;quia cõmutatio legati pii,quando in eandem piam
cauſam expendi non poteſt,fit ſecundum Bart.d.tract.minoric.lib.
2.in 2.diſtin.c.30.n.13.& ſeq.vide eum;quia plene declarat,per quẽ
83 fieri poſſit. †Limita;quia licet Minores non poſſint habere an-
nuos redditus legatos, bene poteſt eorum ſyndicus habere pro
cultu diuino,& eccleſia,quæ nõ eſt prohibita.Abb.d.conſil.63.col.
84 4.circa finem,verſic.nunc reſtat reſpondere,lib.2.†Limita;quia valet le-
gatum alimentorum factum fratri Minorum;quia ſicuti ſeruus
non poteſt habere aliquid proprium; quia eſt incapax,bene po-
teſt habere alimenta; quia capax eſt. Abbas d.conſil.63.col.4.ver.ad
tertium,cum col.ſeq.in princ.& ſub n.7.lib.2.Bart.in d.tract.minoric.in
85 princ.c.1. † Extende,etiam ſi in legatis pro ſtudio,pro alimentis,
vel in caſibus permiſſis,adeſſent verba,ad habendum,& poſſidendũ;
quia vtile per inutile non vitiatur, ſed conditio contraria regulæ
habetur pro non ſcripta.Abb.d.conſ.63.col.penult.n.7.ver.non obſtat
86 argumentũ,lib.2.†Extende,etiam ſi donans,vel legans ſimpliciter
adderet conditionẽ, ſi non eſt capax, alteri debeatur habili; quia
hæc clauſula nihil operatur;quia tacite inerat.Abb.d.conſ.63.n.7.
87 lib.2.†Limita;quia de conſuetudine præſcripta ſciente Papa ſunt
capaces annuarum obuentionum,& annuorum reddituum,qui
ſoluuntur per Communitates.Feder.d.conſ.12.nu.7.verſ.item ad id
88 arguitur.†Contrarium,ꝙ iſta conſuetudo nõ ſuffragetur.Fulgoſ.
conſ.103.circa fin.& Gemin.conſ.40.circa fi.quod eſt etiam ſubſcri-
89 ptum à multis aliis Doctoribus. † Limita;quia bene valet teſta-
mentum factum ab ingreſſuro Religionem Minorum, etiã ſi ni-
hil relinquat Monaſterio;quia licet ſit loco filii;tamen non rum-
pit teſtamentum;quia non poteſt ſuccedere. Bart. d.tract.minoric.
90 lib.4.diſt.c.1.n.4.& 5.†Et tale teſtamentum ſortitur effectum ſta-
tim,ꝙ eſt profeſſus,non expectata morte naturali.Bart.d.tract.mi-
noric.lib.4.diſt.2.c.2.n.6.non poteſt profeſſus teſtamentum muta-
91 re,vel reuocare ibi c.3.n.7.†Reſtringe;quia ſi nõ fecit teſtamen-
tum,& eſt profeſſus,non poſſet bona ſua diuidere,etiam inter fi-
lios.Bart.d.lib.4.diſtin.2.c.3.ſed bona ſua ſpectabunt ad venientes
ab inteſtato.Bart.ibi diſtin.3.c.1.n.8.vbi apoſtilla dat concordant.
92 †Declara;quia quando bona debent vendi ꝓ neceſſitatibus mo-
nachorum,quis poſſit vendere.Bart.d.lib.2.diſtinct.4.c.3.quis ergo.
n.25.& ſeq.vbi apoſtilla dat concordan.dicens, quod hæres,apud
quem eſt dominium;item exequutores;item Epiſcopus,item iu-
dex ſecularis; item monachi per viam ſupplicationis petere poſ-
93 ſunt. † Si vero bona legantur particulari fratri, debet notificari
Guardiano, qui debet primo diſpenſare in neceſſitatibus eius,
cuius contemplatione fit relictum; poſtea conuentui. Bartol. d.
tract.minoric.lib.2.diſtin.5.cap.1.& 2.num.28.& ſequ. Vide per Ant.
Gabriel.lib.4.tit.de hæred.inſtit.concl.1.Inſtitutio facta de fratribus Mi-
94 noribus.†Tres ordines inſtituit S.Franciſcus:Primus ordo eſt fra-
trum Minorum,qui eſt arctiſſimus,& caret proprio ex regula et-
iam in communi:Secundus ordo eſt monialium S.Claræ,qui pa-
riter eſt arctiſſimus ordo fœminarũ; tamen differt à primo; quia
poteſt habere in communi: Tertius ordo eſt continentiũ,& ha-
bet proprium in ſingulari.Bald.conſ.183.Factum proponitur tale,lib.
5.& conſ.439.Sanctus Franciſcus,eodem lib.5.Zabarell.conſil.17.Caſus
95 poſt factum,in princ.†Et iſti vltimi continentes, qui ſunt Tertii or-
dinis,non ingrediuntur tanquam profeſſi Monaſteria,& ideo nõ
dicuntur ingreſſi,& profeſſi.Alexan.conſ.78.In cauſa,& lite,nu.3.
verſ.item d.inſtrumentum,lib.7.Vide,Fratres Tertij ordinis an ſint Eccle-
96 ſiaſtici.Concl.470.†Religio S.Franciſci fuit confirmata ab Hono-
rio III.Pontifice de anno 1216.quod ſe facturũ Innoc. Papa Præ-
deceſſor promiſerat. Io. Andr.ſuper gloſ.in cap.quorundam,de ele-
ction.lib.6.refert,& ſequitur Anchar.conſ.214.Franciſcus antiquus in
97 princ.†Conſtitutiones habent, quod quis non poſſit puniri,niſi
trina monitio fiat, quod intelligit Feder. de Sen.conſ.105.in deli-
98 ctis ob contumaciã,& leuibus.†Conſuetudinem vero habent,ꝙ
pro delictis grauibus,tam fratrum,quam monialium delinquen-
tes poſſint expelli abſq; monitione,vel proceſſu.Feder.d.conſ.105.
qui loquitur de Monaſteriis Peruſii, quos de pœnitẽtia appellat.
99 †Exempti ſunt ab ordinariis per priuilegium Clementis Papæ,i-
ta vt nõ poſſint compelli ad proceſſiones, neq; excommunicari.
100 Calde.conſ.393.alias 8.de regularib.†Habent Protectorẽ Cardina-
lem,qui habet in eos liberã,ſeu plenã facultatem corrigendi,&c.
vt in priuilegio,ꝙ inſerit Card.Zabar.d.conſ.17.Caſus,poſt factum.
101 †Moniales S.Claræ ſunt ſub gubernio fratrum Minorum,& quã
authoritatem habeat Miniſter Generalis, ſeu Prouincialis circa
viſitationem,& correctionẽ monialium vide plene Card.Zabar.
d.conſ.17.vbi ponit priuilegiũ,& ſuper eo conſuluit,& dicit,quod
poteſt concedere vſum eorũ,quæ habet vna monialis,alteri mo-
niali,poſt mortem primæ,de conſuetudine,& priuilegio.†Sepe- 102
lire poſſunt in eorum Eccleſiis, & cæmiteriis eligentes; ſepultu-
ram in eorundem Eccleſiis.Anch.conſ.214.in princ.

## Fratres Prædicatorum mendicantes, & de quibus ſint capaces, vel non. Concl.468.

FRATRES †ordinis Prædicatorum ſunt mendicantes.Lap.alle- 1
gat.47.per tot.maxime in verb.in contrarium, ſub n.1.& multis ſe-
quent.quod intellige nõ ex regula; quia ipſi profitentur regulam
Beati Auguſtini, ſed ex Conſtitutionibus ſuis à Sede Apoſtolica
confirmatis.Feder.de Sen.conſ.12.Fratres Prædicatores,in princ. & ꝙ
ſint mendicantes.Feder.de Sen.conſ.145.n.7.circa fi.verſi.primo, an
D.Pontius,& in fine col.pen.verſi.pone,quod Prædicatores, & quod ſint
mendicantes, & in arctiſſima paupertate conſtituti de iure com-
muni.Bald.conſil.438.Factum ſic ſe habet,lib.2.in princip & per tot.vbi
ponit verba Beati Dominici in morte, quod nullus inducat poſ-
ſeſſiones in ordine.Alexan.conſ.87.Eximie,n.5.ver.nam Prædicato-
res lib.2.& iſta eſt vera,& cõmunis*opinio. Vide pleniſſime Clar. *
in §.teſtamentum,q.29.per tot.vbi diſtinguit inter mendicantes, ex
regula,vel ex conſtitutione,& quod iſti ſemper ex conſtitutioni-
bus,non ex regula,etiam dicit communem;& magis* commu- *
nem † Et quod fratres Prædicatores profitentur regulam ſancti 2
Auguſtini;& ſunt mendicantes,non ex regula,ſed ex conſtitutio-
nibus ſuis per Sedem Apoſtolicam confirmatis.Feder.de Sen. d.
conſ.12.Fratres Prædicatores,in princ.& verba B. Dominici in vltimo
vitæ ſpiritu ſunt hæc: Fratres chariſſimi,quæ vobis tanquã filijs poſſiden-
da relinquo,charitatem habete,humilitatem ſeruate, paupertatem volun-
tariam poſſidete. Quanta vero poſſum diſtrictione prohibeo, ne quis in hunc
ordinem poſſeſſionem inducat,maledictionem Dei imprecans contrariũ fa-
cienti.Bald.conſ.438.Factum ſic proponitur,lib.2. vbi declarat illa ver-
ba,per totum,& conſ.475.eodem lib.col.2.verſic.in contrariũ. Abb.conſ.
27.Pro clara,colu.2.verſic.eſt & tertia,lib.2. Vide Gabriel.de legitima.
Concluſ.1.nu.33. †Et quia mendicantes dicuntur Prædicatores ex 3
conſtitutionibus Apoſtolicis,vel ſtatutis,non ex inſtitutione re-
gulæ,effici poſſunt nõ mendicantes,ſi Papa faciat cõtrarias con-
ſtitutiones,vel ſtatuta, quod poſſint habere bona; ſecus ſi eſſent
mendicantes ex inſtitutione primæua regulæ;quia difficulter, &
ſine magna cauſa Papa non diſpenſat. Anton. de Butrio conſ.33.n.
3.Abbas conſ.27.Pro clara,col.2.verſ.eſt tertia,lib.2. †Capaces tamen 4
ſunt bonorum mobilium.Bald.conſ.232.Super infra aſcriptis,in prin.
lib.2. † Contrarium etiam circa mobilia tenet idem Bald. d.conſil. 5
438.n.5.in fine verſ.nam B.Dominicus.lib.2. quod eſt Baldi, & Petri,
fratrum,vbi,quod neq; ſunt capaces iurium, & actionũ ex con-
ſtitutione B.Dominici,licet ex priuilegio Apoſtolico poſſint ha-
bere ex delatione hæreditatũ profeſſis de iure competente.†Bo- 6
na ſtabilia habere prohibentur,& tenere ex conſtitutionibus,ſed
dominium ſecus: quia bona,& hæreditates vendunt,& pretium
ſibi retinent,ſeu diſtribuunt.Feder.de Sen.conſ.265.per tot.Bald.d.
conſil.232.Super infraſcriptis,lib.2.& conſil.71.Sciendum eſt,lib.4. vbi,
quod vendunt ſine decreto.Abbas conſ.27.col.2.ver.& eſt tertia,lib.
2.†Intellige ſecundũ Bald. d.conſ.438.lib.2. de hæreditatibus ob- 7
uenientibus profeſſis poſt profeſſionem,ſecus eſt de hæreditate
tempore profeſſionis,ita diſponente priuilegio Apoſtolico. †Et 8
profeſſio in ordine Prædicatorum operatur, vt ſuccedat mona-
ſterium,in quo fit profeſſio,non autem ſuccedunt conſanguinei
profitentis;ſed tamen non poteſt monaſterium retinere hæredi-
tatem, ſed debet illam vendere, & pretium retinere poteſt; quia
non repugnat mendicitati.Calderin.conſil.375.alias 46.de teſtam.
per tot.†Habent priuilegium à Ioan. Papa XXII. vt ſint exempti 9
ab ordinariis,nec poſſunt ad proceſſiones compelli ab Epiſcopis.
Calde conſ.393.alias 8.de regularib.†Mobilia habere poſſunt,licet 10
non poſſideant immobilia.Bald.d.conſ.232.in princip.lib.2.†Priui- 11
legium habent à Nicolao V. Papa,vt poſſint habere hæreditates
delatas ſuis profeſſis, vt illas vendant, & pretium conſequantur.
Bald.d.conſ.438.lib.2.in princ. vbi tenor priuilegii inſeritur, & de-
clarat per totum conſilium priuilegium nõ extendi ad bona,quæ
habent profitentes tempore profeſſionis,& etiam idem priuile-
gium eſt inſertum in conſil.Bald.475.col.1.lib.2.& de eodem priui-
legio Nicolai V.Zabarell.conſil.102.in fine,vbi,quod eſt tranſum-
ptum,& nõ in forma probanti. †Imo aliud habent priuilegium, 12
quod circa interpretationem ſuorum priuilegiorum nullam ha-
beant Epiſcopi, vel alii præter Papam, auctoritatem interpre-
tandi.Bald. dict.conſil.475. Caſus, ſuper quo.colum.2.lib.2. †Et quod 13
fratres ſancti Dominici ſint de regula S. Auguſtini, ſed per mo-
dum additamenti facti à S. Dominico habent diuerſum modum

viuendi, ſed regula eſt eadẽ ſancti Auguſtini; ideo facilior eſt mu-
tatio additamenti, quam originis regulæ. Anchar. 321. *Præmitten-
da ſunt. nu. 3.* Abbas vero *d. conſil. 27. col. 2. ver. eſt & tertia, lib. 2.* dicit,
quod ex regula, quæ eſt S. Auguſtini, poſſunt habere bona in cõ-
muni, ſed ex conſtitutione approbata per Sedem Apoſtolicam
ſunt mendicantes, & viuunt in arctiſſima paupertate, & ita debet
intelligi *c. nimis. el 2. de exceſſib. Prælat. in princip.* vnde dicit, ꝙ ſi ha-
bent priuilegium à Papa, ꝙ poſſint habere dominia, illud ſeruan-
dum eſt. Si vero ceſſat priuilegium Papæ, eſt dubium; quia ſtatu-
tum, vel conſtitutio loquens de dominio, & bonis, non loquitur
de ſucceſſione, & legatis. Vnde poſſunt habere ſucceſſiones, & le-
gata, & bona, vt vendant, & pretiũ in vſus neceſſarios cõuertant.
Item conſuetudo ſeruanda eſt, quæ valet pro interpretatione rei
14 dubię; quia eſt optima legum interpres. † Capaces ſunt legati an-
nui perpetui, & hæreditatũ ex priuilegio, ſecundum Fed. de Sen.
*in dict. conſ. 12.* maxime *in ſin. princ. n. 6.* vbi hoc nõ affirmat, niſi ſub
verbo, *ſi verum eſt*, vbi, quod debent immobilia vendere in hære-
ditate exiſtentia, & quod ſint capaces hæreditatis. Lap. *d. allegat.*
47. vbi ponit caſum, quod cõtentio cõtra quendã iuuenem pro-
feſſum, qui exiuit religionem, erat facta per fratres; quia erat di-
ues, & inſtituerat Monaſterium hæredem, & latius Feder. *cõſ. 20.
circa ſin. ver. & propterea licet non poßit*, vbi, quod ex regula poſſunt
habere in cõmuni, ſed non ex conſtitutione, & quod magis eſt
attendenda regula, quæ non poteſt mutari, quã conſtitutio, quæ
mutabilis eſt, idẽ tenet *conſ. 265. in princ.* & quod poſſint ſuccede-
re in hæreditate ſui profeſſi, & habere ipſam hæreditatem exclu-
ſis agnatis. Calderi. *conſ. 375.* alias *46. de teſtament.* vbi late, & quod
licet ſint mendicantes; poſſunt tamen ſuccedere, nõ vt retineant
bona, ſed vt vendant, & pretiũ conſequantur; quia non repugnat
15 mendicitati. † Item etiã ceſſante priuilegio omnes mendicantes
☞ ſunt capaces legati deputati ad cultum diuinum. Vide, *Mendican-*
16 *tes quid poßint habere. Concl.* 190. † Declara; quia ſunt capaces hære-
ditatis obuentæ iam profeſſo, ſicuti ſi eſſet in ſeculo, vt vendant
ſtabilia; ſecus eſt quoad bona, quæ habent tẽpore profeſſionis, &
hoc ex priuilegio Clementis, & Nicolai Papæ inſerto per Bald. *in
dict. conſ. 438. lib. 2.* vbi *n. 4. verſic. nec priuilegium*, declarat priuilegiũ
17 ita debere intelligi. † De quodam iuuene profeſſo ante annum
probationis, qui exiuit, & quem voluerunt ipſi fratres; quia erat
diues, & profiteri fecerunt, & ſuaſerunt, vt faceret teſtamentum
pro religione, an valeant iſta, vide ſeriem facti per Lapum *dict. al-
18 legat.* 47. † Contrarium, quod nõ ſint capaces hæreditatũ, vel ſuc-
ceſſionum, quę ex ſui natura ſe habent ad cõmodum pecuniariũ,
tenet Feder. expreſſe *d. conſ. 20. n. 4. verſ. item, quod non acquirantur
conuentui*, vbi, quod nõ differunt à fratribus Minoribus per *d. cap.
nimis. de exceſſib. Prælat.* Bald. *d. conſ. 438. per tot. lib. 2.* quod eſt Bald. &
19 Petri fratrũ de Vbaldis. Barbat. *conſ. 51. n. 13. lib. 3.* † Imo, quod ſint
capaces, vt vendant, nec eis obſtet *clement. exiui. de verb. ſignifi.* quia
loquitur in fratribus Minoribus, quæ conſtitutio non habet lo-
cum in aliis, maxime in Prædicatoribus; quia in eis ſeruatur ius
cõmune, vt ſint incapaces ad retinendum bona, ſed ad venden-
dum, & habendum pretium bene ſint capaces. Zabarel. *conſ. 102.*
20 *ver. ad ſecundũ, vſque in ſi.* vbi late. † Et ita de facto ſeruari dicit Gui-
do Pap. *deciſ. 327.* quod ſunt capaces hæreditatum, & valet inſti-
tutio, prout etiã valet facta de fratrib⁹ Minoribus, nõ vt retineãt,
ſed vt vendant, & pretium conſequantur pro neceſſitatibus ſuis;
ideo illis præfigitur terminus ad vendendum, & pretium depo-
nendum pro ſuis neceſſitatibus, & idem tenet Bart. in *d. tract. mi-
noric. in §. de hæreditatibus*, & in aliis locis citatis per Guido. Pap. vbi
21 ſupra. † Declara, quod prohibentur retinere poſſeſſionẽ bonorũ
ſtabilium, ſed nõ prohibentur habere dominium; quia poſſunt
vendere hæreditates, ſecundum conſtitutionẽ, per quã ita eſt in-
ductum. Fede. de Sen. *conſ. 265.* vbi, quod ita de facto ſeruant. Cal-
der. *conſ. 375.* alias *46. de teſtam.* Bald. *conſ. 232. Super infraſcriptis, lib. 2.
in princip.* Petr. Anchar. *conſ. 56. Petitur conſilium, in ſi.* vbi, quod poſ-
ſunt habere, vt vendant, & ita ſeruatur de facto, & ita Card. Za-
barell. *d. conſ. 102. verſi. ad ſecundum.* Barbat. *d. conſ. 51. n. 12. & 13. lib. 3.*
* Feder. de Sen. *conſ. 265. Quando remittetis. in fin.* communem * dicit
22 Alexan. *conſ. 88. Eximie Domine, in princ. lib. 2.* † Et quod poſſint ha-
bere bona ſtabilia, nõ vt retineant, ſed vendant, & pretium in ſuis
* neceſſitatibus expendant, eſt cõmunis * opinio, vt per Clar. *dict. §.
teſtamentum, quæſt. 29. n. 3. verſ. hoc præmiſſo*, vbi, quod dicuntur reci-
pere immobilia, ex quo recipiunt, vt ſtatim vendant, & in ſuis ne-
23 ceſſitatibus conuertant. † Imo idem Clar. *dict. quæſt. 29. in fin. verſ.
caue tamen.* dicit, quod iſta conſtitutio, quod non poſſint habere
ſtabilia, fuit reuocata, & ſic hodie poſſunt habere ſtabilia ex con-
traria conſtitutione, & ex priuilegio Sixti IV. & hodie ita ſerua-
24 tur indifferenter. † Declara tamen, ꝙ fratres Prædicatores etiam
quod non eſſent capaces acquirendi Monaſterio, nec ſibi per re-
gulam; ſi tamen quis eſſet promotus ad dignitatem ſecularem, &
deinde illã dimiſit, propter quos ordinario eſt ſuppoſitus, capax
eſt acquirendi ordinario. Federic. *d. conſ. 20. in ſi. verſ. & ideo diceba-
tur.* † Priuilegium habent à Bonifacio VIII. quod nõ tenentur ad 25
quartam funerum, iuxta formam *clemen. dudum. §. verum, de ſepul-
tur.* ſuper quo conſuluit Bald. *conſil. 232. Fratres Prædicatores, per tot.
lib. 1.* vbi, quod licet priuilegium ſit dubium, eſt ſeruandum; tamẽ
propter poſſeſſionem eorũ, & quia priuilegium Papæ debet ob-
ſeruari. † Et quod capaces ſint fratres Prædicatores bonorũ ſta- 26
bilium, & hæreditatis profitentium, vt vendant, ſecundum * cõ- *
munem opinionem, de qua Alexan. *conſ. 87. Eximie domine, in prin.
lib. 2.* vbi plena apoſtilla *in verb. vt vendant*, citat infinitos, & dicit,
quod de conſuetudine ita ſeruatur, quod eſt notabile dictũ Bal-
di, quem allegat. † Succedunt in hæreditatibus ab inteſtato, & ex 27
teſtamento, vt vendant ſtabilia, quæ retinere non poſſunt, vt in-
de victum acquirant, & Eccleſias reparent. Bald. *d. conſil. 232. lib. 1.
in princ. & conſ. 371. Quidam habuit, in fine, lib. 2. & conſ. 455. lib. 4.* vbi,
quod capaces ſunt ex communi conſuetudine totius ordinis, &
acquirunt, vt vendant, & loquitur in hæreditate profeſſi, & non
habet locum in eis *d. clem. exiui. de verbor. ſignifi.* † Vendere poſſunt 28
ſtabilia ſine decreto, & in hoc differunt ab aliis; quia retinere diu
ſtabilia non poſſunt; quia ſunt mendicantes. Bald. *conſil. 71. ſciendũ
eſt. lib. 4.* † Requiritur tamen, quod conuentus, ſeu repræſentan- 29
tes conuentũ omnes conſentiant in expreſſa venditione, vel ceſ-
ſione, vel omnes ſciant in tacita, vt valeat. Alexan. *dicto conſil. 88. in
princ. verſicu. non obſtat, lib. 2.* † Extende; quia etiam poſſunt paciſci, 30
& tranſigere ſine decreto. Bald. *dict. conſ. 71. in fin. lib. 4.* † Extende; 31
quia poſſunt etiam tacite conuenire, & expreſſe, quod bona pro-
feſſi non deuoluantur ad monaſterium, dummodo omnes de cõ-
uentu hoc faciant. Alexan. *d. conſ. 88. in princ. lib. 2.* vbi, quod ex eo,
quod paſſi ſunt matrem profeſſi poſſidere bona profeſſi, nõ cen-
ſentur illa renunciaſſe. † Declara; quia ſi lædãtur enormiter, poſ- 32
ſunt petere reſtitutionem intra quadriennium. Bald. *dict. conſ. 71.
lib. 4.* † Contrariũ, quod ſint prorſus incapaces ſtabilium, & ſuc- 33
ceſſionum, apoſtilla ad Alexan. *d. conſ. 87. in ver. vt vendant*, vbi ci-
tat in fine Fulgoſ. *conſ. 104. Titius condidit teſtamentum.* Corne. *conſ.
107. lib. 4.* & Gemin. *conſil. 40.* † Amplia; quia fratres Prædicato- 34
res, licet ſint mendicantes; tamen poſſunt habere legatum parti-
culare, vt vendant, ſecundum communem, & magis * commu- *
nem, de qua Gabriel. *tit. de legat. concluſ. 1. nu. 33.* vbi *num. 35.* limitat
non procedere, quando paupertas, & mendicitas eſſet ex regula;
ſecus ſi ex conſtitutionibus. Vide Duen. *reg. 381. in 8. limitat.* vbi in-
finitos allegat quoad Prædicatores, & alios mendicantes, qui
non ſunt ex ordine Minorum. † Extẽde, vt procedat etiam in hæ- 35
reditate delata per profeſſionem ingreſſi. Lap. Abb. *in cap. 1. nu. 7.
& ſequent. de religioſ. domib. lib. 6.* quem ibi ſequuntur Ancharan. *n.
2. in fine, verſicul. quærit.* Gemin. *num. 14.* Franc. *num. 5.* Cardinal.
Zabarell. *conſil. 102. verſ. ad ſecundum*, & communem * dicit Pariſ. *
*in cap. in præſentia, num. 180.* vbi extendit, ſiue adſit conſuetudo,
vel priuilegium, vel inſtitutio capiendi pretium loco ſucceſſio-
nis, ſiue non, *de probatio.* Bero. ibi *num. 539. & ſequent.* vbi, quod
competit officium iudicis, non actio. *num. 541.* Deci. ibi *num. 270.*
vbi dicit * communem Cyn. *in l. Deo nobis. Cod. de Epiſcop. & Cle- *
ric. in fine.* & Felin. *dict. cap. in præſentia, num. 50. & ſequen. vſque num.*
53. vbi apoſtilla, & ipſe plures allegat. Bald. *conſil. 467. lib. 5.* Calde-
rin. *conſil. 375.* alias *46. de teſtam.* communem * dicit Abbas *dict. cap.* *
*in præſentia, num. 62. & ſequent.* communem * etiam dicit Alexan. *
*conſil. 88. in princip. lib. 2.* vbi apoſtill. dat concordan. pro vtraque
parte, & de * communi etiam atteſtatur Dec. *conſil. 559. In caſu, per* *
*totum*, vbi, quod ita etiam ſeruatur de conſuetudine, & eſt com-
munis * opinio, quod credatur. † Extende etiam in minori- * 36
bus, ſi inſtituerentur hæredes ex teſtamento, quando adeſt clau-
ſula codicillaris; quia tenetur hæres pretium reſtituere. Barto. *in
tract. minor. lib. 1. diſtin. 2. cap. 3.* vbi loquitur in Minorib⁹, ſed in aliis
mendicantibus, quod poſſint hæredes inſtitui; quia nõ ſunt pro-
hibiti, prout minores, & pretium conſequi debent, Zabar. *conſil.*
102. *n. 2.* ſequitur Felin. *in d. cap. in præſentia. n. 52. verſ. ſecundo vide.* vbi
apoſtil. dat alios concord. Bald. *conſ. 467. lib. 5. & conſil. 232. n. 1. lib. 2.*
Federic. de Senis *conſil. 12. per totum*, maxime *in fine.* † Contrarium 37
Bald. *in authen. ingreßi. num. 16.* vbi, quod opinio Bartol. eſt ridicu-
la; quia licet hæc clauſula codicillaris faciat valere in vim fidei-
commiſſi, intelligitur de fideicommiſſo vniuerſali, non de par-
ticulari, vt habeat ſymbolum cum inſtitutione, & dicit, quod
ſi pretium debetur, eſſet particulare; ergo ex clauſula hoc non
operatur, ſi vniuerſale, ſunt incapaces; quia habentur pro hæ-
redibus. † Declara; quia hæreditas delata profeſſo S. Dominici; 38
& men-

&mendicantium, qui non ſint Minorũ Ordinis, poſt profeſſio-
39 nem acquiritur, non ante. Bald.*conſ.*438.*n.*4.*li.*2. vide eum. † Item
contrarium videtur dicere in inſtitutione directa, ſine clauſula
codicillari, vt per Bart.*d. tract. minoric. lib.*1.*diſtinct.*1.*c.*2. vbi, quod ſi
habent cohæredem, vel ſubſtitutum, non eſt nullum teſtamen-
tum, ſed habent ſuccedere cohæredes, ſi nõ habent cohæredem,
vel ſubſtitutum, eſt nullum, & ſuccedunt venientes ab inteſtato,
* &idem dicit Fede. de Sen.*conſ.*20.*in princ.*& eſt communis *opi-
40 nio. Roman.*conſ.*296. † Extende idem in hæreditate legata ab hæ-
rede, vel per fideicommiſſum ſtante clauſula codicillari. Bart. de
primo iure legati *dict. tract. lib.*1.*diſtinct.*2.*cap.*4. de ſecundo ibid. *c.*3.
41 qui pariter loquitur in minoribus. † Contrarium, quod fratres
Prædicatores non poſſint habere hæreditates titulo vniuerſali,
plene Bald. in *l. ſi quæ mulier, n.*6.*C. de ſacroſan. Eccleſ.* vbi ꝓbat; quia
ipſi fratribus Minoribus æquiparantur de iure; & quia repugnat
mendicitati; item dicit, quod ſi non poſſunt habere dominium,
non poſſunt habere pretium; item, quia in acquiſitionibus titulo
vniuerſali non poſſunt deſinere eſſe hæredes per venditionem.
42 † Vide eundem Bald. ſibi contrarium, quod imo poſſint habere
*conſ.*232.*Super infraſcriptis, lib.*2. vbi, quod acquiritur dominiũ Ro-
man. Eccleſiæ, vt poſſint vendi hæreditates, & bona, & pretium
43 conſequantur. † Extende; quia nedum poſſunt Prædicatores, &
Mendicantes habere ſucceſſiones, vt vendant, & pretium conſe-
quantur, ſed multo magis, vt alteri cedant, vel reſtituant. Dec. *cõ-
ſil.*559.*In caſu, per tot.* vbi, quod non curatur de dominio, quod ha-
bere non poſſunt per modicum tempus, &maxime, quando alte-
* ri ceſſerunt; & dicit *communẽ, & de hæreditate valide ceſſa per
* iſtos Prædicatores, Alexan.*conſ.*88.*in princ. lib.*2. qui dicit * cõmu-
44 nẽ. † Extende; quia Eccleſia prohibita habere emphyteuſim, be-
ne ſuccedit in ea, ſi hæres inſtituatur, vt nõ retineat, ſed vt vendat,
45 Alexan.*conſ.*120.*Super eo, n.*4.*lib.*1. † Reſtringe in fratribus minori-
bus. Zabar.*conſ.*102.*verſic. ad ſecundum*, vbi, quod iſti ſunt incapa-
ces ſucceſſionum vniuerſalium, ſed non alii Mendicantes, in qui-
bus habet ſolum locum *cap.*1.*de religioſ. domibus.* Pariſ. in *cap. in præ-
ſentia, n.*179.*& ſeq. de probation.* Bero. ibi *n.*539. Dec. ibi *nu.*270. vbi
* dicit *communem in aliis Mendicantibus; ſecus in Minoribus,
46 qui non poſſunt habere titulo vniuerſali. † Declara, & intellige,
vt quod dicitur, ꝙ poſſunt vendere poſſeſſiones, habeat locum
in poſſeſſionibus, & hæreditate delata iam profeſſo, ita dictante
priuilegio Clementis Papæ, & Nicolai Papæ; ſecus eſt quoad bo-
na, quæ habet profitens tempore profeſſionis; quia ſunt incapa-
ces, & ſpectant venientibus ab inteſtato; quia priuilegium, prout
loquitur, debet intelligi. Bald.*conſ.*438.*per tot.* maxime *n.*4.*circa fi.*
47 *ver. nec priuilegium Apoſtolicum, lib.*2. † Imo etiam de hæreditate, quã
habebat tempore profeſſionis, loquitur Bald. *d. conſ.*371.*lib.*2.*&*
455.*lib.*4. vbi, quod competit interdictum ex edicto D. Adriani.
48 † Declara; quia fratres prædicatores licet æquiparentur in mul-
tis mendicantib⁹, *clemen. dudum, de ſepultur.* tamen incapacitas bo-
norum ſtabilium prouenit ex conſtitutionibus, non ex regula o-
riginali; & ideo poſſunt habere proprium ex conſuetudine; quia
licet conſtitutiones ſint confirmatæ à Sede Apoſtolica; tamen de
facili poſſunt mutari; quia ſunt ex accidenti; ſecus ſi ex regula ori-
49 ginaliter. Petr. Anchar.*conſ.*56.*in fin.* † Teſtes eſſe poſſunt in teſta-
mento fratres Prædicatores, & alii fratres. Zabar.*conſ.*97.*in princ.*
50 † Extende, etiam ſi inſtituatur Monaſterium; vel Religio propria
Prædicatorum; quia teſtes idonei ſunt fratres Prædicatores. Za-
bar.*conſ.*102.*in fin.*

## Fratres ordinis Seruorum, & eius inſtituta. Concluſio 469.

1 FRATRES † ordinis Seruorum ſunt ſub regula B. Auguſtini.
Lap.*alleg.*62.*in princ.* Cald.*conſ.*400. alias 15.*de regular. & conſil.*
402. alias 17.*eodem tit.* & ꝙ ſint ordinis Sancti Auguſtini, habetur
in priuilegio eis conceſſo à Papa Vrbano, de quo Bald.*conſ.*270.
*in princ. lib.*4. incipit, *Vrbanus Epiſcopus.* & Anchar.*conſ.*321. *Præmit-
tenda,* vbi *n.*5. quod vidit eorum priuilegia conceſſa à Papa Bene-
2 dicto. Anton. de Butrio *conſ.*26.*in princ.* † Declara; quia licet ſint
ſub regula Beati Auguſtini; tamen *clemen. dudũ, de ſepultur.* extenſa
ad fratres Sancti Auguſtini non comprehendit fratres Seruorũ;
3 quia eſt exorbitans. Anto. de Butr. *d. conſ.*26.*in fi.* † Et hodie reda-
cti ſunt adinſtar Mendicantium ponderata veritate, idem Lap. *d.
allegat.*62.*num.*6.*ver. in iſta materia,* vbi, quod propterea eſt ar-
ctior ordo, quam ſit ordo Sancti Bendicti, licet non audeat fir-
mare, & Fede. de Sen.*conſ.*145.*nu.*8.*ver. item alia ratione,* vbi, quod
fuerunt mendicantes per 40 annos, & per tempus immemora-
4 bile. † Contrarium, quod imo non ſint mendicantes; quia licet



per accidens contingat mendicitas; tñ regula eorũ mendicitatem
non inducit; ideo non dicuntur mendicantes; ſicuti in caſu con-
trario, licet vere mendicantes propter oblationes veniant ad ſta-
tum, vt actu non mendicent, tamen nõ deſinunt eſſe mendican-
tes. Feder. de Sen.*conſ.*145.*n.*6.*ver. ſi ordo Seruorum.* & latius *in fin. col.
pen. ver. nam ordo Mendicans,* vbi, ꝙ ordo Seruorum nõ eſt fundatus
in mendicitate, licet actu mendicent, ſed tñ ordo non eſt mendi-
cans, & quod ita communiter *tenetur, & latius Calderin. *conſil.* *
400. alias 15.*de regular.* vbi, quod ante annũ poſſunt profiteri ex-
preſſe, & tacite, & poſſunt habere in cõmuni; ideo nõ ſunt men-
dicantes, & latius *conſ.*402. alias 17.*de regularibus,* vbi in fine, ꝙ ita
fuit declaratum per Papã, Anchar. plene *conſ.*321.*n.*4.*& ſequ.* vbi,
quod ſunt mendicantes; quia non habent, ſed poſſunt habere; &
quia licet ex conſtitutionibus non poſſent habere, ſecus ex regu-
la B. Auguſtini, quæ debet attendi; quia alia ſunt additamenta,
quæ ceſſant. † Exempti ſunt fratres Seruorum Ciuitatis Fauen- 5
tiæ ab ordinario, & illius correctione, & viſitatione; ideo nõ poſ-
ſunt etiam viſitari ab Archiepiſcopo Rauennaten. nec ab eis poſ-
ſunt exigi procurationes, ſed in omnibus ſubſunt ſuo Generali ex
priuilegio Alexan. Papæ. Calder.*conſ.*453. alias 11.*de cenſibus,* quod
eſt Io. Calder. Theobal. & Gaſparis Calderini, & idem tenet *conſ.*
452. alias 10.*eodem tit.* † Priuilegium habent, quod gaudeant ple- 6
na exemptione ſuarum Eccleſiarum, quas habent, & in futurum
habebunt; & ideo ſi adipiſcantur nouiter Eccleſiam, quæ erat ſe-
cularis, non tenentur ad collectas, neque ad alia onera dictæ Ec-
cleſiæ, niſi ſint onera realia; vt ſunt cenſus pro rebus Eccleſiæ de-
biti. Calder.*conſ.*403. alias 18.*de regular.* quod duplicatur *conſ.*451.
alias 9.*de cenſibus.* † Priuilegium exemptionis ampliſſimũ habent à 7
iuriſdictione ordinariorum pro ſe, & locis ſuis præſentibus, &
futuris ab Vrbano Papa, quod ponit Bald.*conſ.*270.*Vrbanus Epiſco-
pus, lib.*4. vbi examinat plenam eorũ exemptionem, & an tenean-
tur ad quartam funerum, &quando, & in illo priuilegio multum
cõmendantur iſti Religioſi, tanquam præſtãtiores aliis circa fu-
gem in beneficium Sedis Apoſtolicæ, vbi cõcludit Bald. ipſos te-
neri ad quartã funeralem relictorum verſus parochialem pro iis,
qui eligunt ſepulturã in Eccleſia d. ordinis; ſed tamen non tenen-
tur ad quartã Epiſcopalem; quia exempti ſunt. † Succedunt pro- 8
feſſi, ꝓut laici, & acquirunt Monaſterio huius ordinis, Anchar. *d.
conſ.*321.*n.*3.*in fi. & ſeq.* † Non tamen poſſunt intitulari particula- 9
res fratres in Capella dotata in eorũ Eccleſ. quia propriũ in parti-
culari habere non poſſunt, ſed dos acquiritur Eccleſiæ Monaſte-
rii. Ant. de But. *conſ.*26.*verſ. item legatum, circa princ.* † Et per totam 10
Italiam, vbi poſſident Monaſteria, habent bona ſtabilia; ideo re-
ceſſum eſt à mendicitate, quod facere potuerunt; quia non con-
tradicit regulæ, ſed conſtitutionibus additis, Anchar. *d. conſil.*321.
*per tot.* maxime *in fin.*

## Fratres Tertii Ordinis an ſint Eccleſiaſtici, & ſubſint Epiſcopo, vel non. Concl. 470.

FRATRES † Tertii Ordinis non ſubſunt Epiſcopo, & licet ſint 1
priuilegiati à vexationibus ſecularibus, & ſint Religioſi; tamẽ
non ſunt eccleſiaſticæ perſonæ. Fed. de Sen.*conſ.*150.*in princ.* incip.
*Cum aliqui boni viri.* ſequitur Cardin. Zabar.*conſ.*13.*In ciuitate. in fin.*
concordant Calderin. *conſ.*121. alias, 7.*de iudic.* Abbas *cõſ.*31.*Ad cla-
ram deciſionem, per tot. lib.*1. † Contrarium, quod imo ſint eccleſia- 2
ſticæ perſonæ, & nõ ſubſint iudici ſeculari, licet non ſint profeſſi,
& poſſint cõtrahere, tenet Angel.*conſ.*218.*Viſa narratione, in princ.*
vbi dicit quod ita conſuluerunt Guido de Bayſio, Dynus Muſel-
lus, & alii Aduocati Romanæ Curiæ, vt refert Bart. in *l. ſemper. §.
quibuſdam, ff. de iure immunit.* vbi tamen dicit hoc eſſe verum, quod
ſunt eccleſiaſticæ perſonæ ſumpto late vocabulo. † Declara; quia 3
non ſunt proprie eccleſiaſticæ perſonæ de iure cõmuni; quia non
habent regulam, ideo corã ſeculari conueniri poſſunt; ſed tamen
quoad multa ſortiuntur priuilegium eccleſiaſticarũ perſonarum,
etiam de iure communi; quia ſunt mixtæ perſonæ, ita Corne. *con-
ſil.*205.*per totum, lib.*1. vbi dicit, quod habent immunitatem ab o-
neribus; ideo ſunt exempti, ne poſſint grauari per Communita-
tes, neque valet ſtatutum Communis Triuii, per quod bona effi-
ciuntur tributaria in præiudicium iſtorum fratrum tertii Ordi-
nis. † Declara; quia ſi ſunt oblati; quia obtulerunt ſe, & bona ſua 4
loco pio, licet ſint laici, ſubſunt eccleſiaſtico; ſi vero ſunt heremi-
tæ laici, & miſerabiles perſonæ, ſunt ſub protectione eccleſiaſti-
ci, ſed tamen ratione cõtractus, vel delicti poſſunt conueniri ſub
iudice ſeculari. Caſtrenſis *conſil.*351. *Quæritur. verſic. tertius caſus,
per tot. lib.*1. † Declara; quia ſunt Deo deuoti, & eccleſiaſticæ per- 5
ſonæ, ſed ſeculares; & quia non habent continentiam, neque

paupertatem; ideo non poſſunt dici neque monachi, neq; regu-
lares, neq; clerici, maxime, q̃n eſt militia, & milites deferũt arma,
& exercent, & vagantur, neq; deferunt coronam, prout milites
de la Scala, Templarii, & ſimiles, Abbas *conſil.104.per tot.lib.1.*
6 †Declara; quia ſi per fraudem obedientiã promiſiſſent, tunc non
liberarentur à iuriſdictione ſæculari. Angel.*conſ.218.in princip.ver.*
7 *& ſi talem.*† Declara, prout dicitur de beghinis, & pizocaris in *ver.*
*Beghinæ.Concl.32.* Vide in *ver.Eccleſiaſticæ perſonæ quæ dicantur. Con-*
8 *cluſ.27.cum Concl.ibi prox.ſeq.*† Declara; quia bene ſubſunt Epiſco-
po in caſu denegatæ iuſtitiæ, & in cauſa appellationis poſſunt iſti
fratres ad Epiſcopum appellare. Bald.*conſ.272.Super eo, ꝙ quæritur.*
9 *n.4.ver.nunc videamus.lib.1.* † Declara; quia religioſi nõ ſunt ſtricte
ſumpto vocabulo, ſed potius dicuntur habere quendam modũ
viuendi, quam ꝙ habeant regulam. Gemin.*conſ.41.n.2.ver.eſt dare*
10 *etiam ſpeciem.* Card. Zabarell.*conſ.17.n.3.ver.tertius ordo.* † Amplia;
quia Epiſcopus non habet quartam de relictis factis dictis fratri-
11 bus, Feder.de Sen.*conſ.150.in princ.* vbi eſt caſus.† Amplia, vt ꝙ di-
citur de fratribus tertii Ordinis, idem ſit de mulieribus tertii or-
dinis, quæ appellantur Pizocaræ, ſeu amantellatæ tertii ordinis;
quia non ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, vel religioſæ, ſed ſæculares,
& poſſunt conueniri corã iudice laico, & iudicari, & ligantur ſta-
tutis laicorum circa ſucceſſionẽ, & alia. Socin. *conſ.230. col.penult.*
12 *ver.circa ſecundam.lib.2.*† Amplia; quia de conſuetudine conueniri
poſſunt coram ſecularibus iudicibus. Federic. *d.conſ.150.in fi.ver.*
*igitur cum non ſint.* Calder.*conſ.121.per tot.* alias 7.*de iudic.* Bald. *conſ.*
*272.n.2.& ſeq.ver.ſed an perſonæ, & per tot.lib.1.* & clarius *nu.4.verſi.*
13 *nunc videamus.* † Reſtringe; quia in caſu iniuſtitiæ, vel appellatio-
nis ſunt de foro eccleſiaſtico, & appellant ad Epiſcopũ, vel Papã,
tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Bald.*d.conſil.272.nu.4.ver.*
*nunc videamus.lib.1.* vbi tenet, quod ſi eſt appellatum ad ſæcularẽ,
14 bene valet appellatio, & eccleſiaſticus eſt excluſus. † Amplia;
quia non gaudent priuilegio fori, neque reputantur eccleſiaſticæ
perſonæ quoad collectas, & eorum bona, neque in eis habet lo-
cum *cap.ſi quis ſuadente diabolo.17.quæſt.4.* vt late per Calderin. *conſ.*
121.*An fratres de pœnitentia,* alias 7.*de iudic.& foro compet.* ꝙ duplica-
15 tur *conſ.389.* alias 4.*de regular.* † Declara; quia faciunt tertiam ſpe-
ciem, quæ participat de vtroque, videlicet laicali, & eccleſiaſtico,
ſecundum Bald. qui adducit iura pro vtraque parte, & tandem ita
16 concludit *d.conſ.272.n.2.& ſequ.ver.ſed an perſonæ.lib.1.* † Extende;
quia eorum religio non eſt approbata à Sede Apoſtolica, & ſunt
ſicut locuſtæ, ſine Rege, & ſine rectore, contrahunt matrimo-
nium, retinent propria, & non habent tria ſubſtantialia religio-
nis. Calderin.*dict.conſ.121.ver.item quod dictorum fratrum, circa med.*
17 alias 7.*de iudic.*† Contrarium, quod regula iſtorum ſit approbata
per Nicolaum Papam IV. atteſtatur Calderin. *conſil.455.* alias 13.
*de cenſib.* vbi ponit verba priuilegii, & quod ſit ordo ſpecialiter ap-
probatus, & collegiũ eccleſiaſticum, plene Bald.*d.conſ.272.Super*
*eo, quod quæritur, in princ.lib.1.& conſ.60.lib.5.num.2.* vbi atteſtatur ſe
vidiſſe priuilegium Nicolai Papæ approbantis hanc regulam, &
de eadem approbatione Nicolai III. teſtatur Card. Zabarell.*con-*
*ſil.17 nu.3.* & quod ſit ordo eccleſiaſticus, & ſint eccleſiaſticæ per-
18 ſonæ quoad bona Congregationis. Fulgoſ.*conſ.241.in fin.* † Am-
plia; quia habent liberam poteſtatem viuendi more laicali, præ-
terquam quoad duo; quia obediunt ſuo ſuperiori, & ſecundum
eorum modum viuendi regulantur, in aliis ſunt omnino liberi;
quia matrimonio vtuntur contracto, habent proprium in parti-
culari, exercent publice artificia tanquam laici, & propterea ma-
gis participant cum laicis; ideo non ſunt religioſi. Gemin. late
19 *conſ.40.num.2.& 3.ver.& iſti proprie.*† Limita prædicta omnia, niſi
haberent priuilegium à Sede Apoſtolica, quod religioſi eſſent;
quia eſſet ſeruandum. Calderin.*dict.conſ.121.in fin.ver.ſi tamen præ-*
20 *dicti,* alias 7.*de iudic.* ex præmiſſis facias regulas ſequentes. † Ordo
& Religio fratrum tertii Ordinis ſancti Franciſci eſt approbatus
à Sede Apoſtolica, & propterea eſt ordinatio, & collegium eccle-
ſiaſticum. Bald.*d.conſ.272.in princ.lib.1.* & Fulgoſ.*conſ.241 in fine,* v-
bi, quod emittunt profeſſionem, & quod promittunt obedien-
tiam ſecundum regulas tertii Ordinis, ſed paupertatem, & caſti-
tatem non vouent. Vide, *Fratres Ordinis Minorum. Concl.467.* † Et
21 ſunt inſtituti à Sancto Franciſco, & appellantur continentes, qui
ſunt tertii ordinis; quia Sanctus Franciſcus tres Ordines inſti-
tuit; primus eſt fratrum Minorum in arctiſſimo ſtatu; quia etiam
in cõmuni non poſſunt aliquid habere; ſecundus eſt Monialium
S. Claræ, qui etiam eſt arctiſſimus; tamen in communi poſſunt
habere ſtabilia; tertius eſt continentium, qui etiam poſſunt ha-
bere proprium. Bald. *conſil.183.Factum proponitur, & conſil.439.S.*
22 *Franciſcus.lib.5.* † Perſonæ quoad multa ſunt laicæ, quoad multa
ſunt eccleſiaſticæ, & ſic participãt de vtroq; diuerſis reſpectibus;
vnde tertia ſpecies mixta perſonarum efficitur; quia nec abſolute
ſeculares, nec abſolute eccleſiaſtici dici poſſunt. Bald.*d.cõſ.272.n.*
*2.verſ.ſed an perſonæ, lib.1.& conſ.60.Quædam ſoror.n.2.lib.5.*† Et con- 23
ſequenter debet eſſe locus præuentioni, prout in iis, quæ ſunt
mixti fori, niſi dicamus, quod mixtura in perſonis operetur, ꝙ
magis dignum trahat ad ſe minus dignum, vt in *ver. Dignum ma-*
*gis.Concluſ.435.* † Exemplo heremitæ, qui licet ſit laicus; tamen
gaudet priuilegio fori, vt in *ver.Heremita gaudet priuilegio fori. Con-* 24
*cluſ.90.*† Forum ſortiuntur ſeculare, & in euentum iniuſtitiæ, ſeu 25
appellationis, Epiſcopum, vel eccleſiaſticum poſſunt adire, ſi vo-
lunt, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Bald. *dict.conſil.272.*
*n.4.v.videamus de foro, lib.1.*† Et quod conueniri poſſint etiam co- 26
ram iudicibus ſecularibus. Abbas *conſ.31.Ad claram.colu.2.verſic.nec*
*per iſtam fraternitatem, lib.1.*† Declara tamen; quia prædicta omnia 27
pendent ex priuilegiis, & arbitrio Viſitatoris Apoſtolici, qui po-
teſt iſtos fratres pro voluntate ſua regulare, Baldus *dict.conſ.272.*
*num.4.ver.ſed hoc eſt arbitrio, lib.1.*† Extende; quia ſi delinquunt, vel 28
contrahunt coram ſeculari, poſſunt conueniri ex priuilegio Ni-
colai Papæ. Bald.*dict.conſ.60.nu.2.ver.non tamen ſunt, lib.5.* † Non 29
tenentur ſoluere quartam Epiſcopo de legatis ſibi factis; quia
ſunt laici, & exempti; & quia pia cauſa eſt illorum congregatio.
Abbas *d.conſil.31.per tot.lib.1.* Vide, *Concluſ.prox.ſequen.* Vide, *Beghi-*
*næ an ſint eccleſiaſticæ perſonæ, vel non. Conclu.32.* Vide, *Eccleſiaſticæ per-*
*ſonæ quæ ſint, & gaudeant priuilegio fori. Concluſ.27.& Concluſ.ibi pro-*
*xima ſequente.*

### Fratres Tertii Ordinis, & eorum priuilegia. Concluſ. 471.

FRATRES † Tertii Ordinis alii ſunt Ordinis S. Franciſci, alii ve- 1
ro ordinis Humiliatorum appellantur, & omnes poſſunt ha-
bere proprium. Calderin.*conſil.391.* alias 6.*in princip.de regularib.*
† Eorum Religio eſt approbata à Nicolao Papa IV. vt atteſtatur 2
Calderin.*conſ.455.* alias 13.*de cenſib.* vbi ponit verba priuilegii. Bal-
dus *conſ.272.n.2.& ſequen.lib.1.& conſ.60.n.2.lib.5.* vbi, quod vidit
priuilegia approbationis, & quod ſint approbati per Nicolaum
III. Cardin. Zabarell.*conſ.17.num.3.* & idem dicit Fulgoſ.*conſ.241.*
*in fin.*† Viſitari debent à fratribus S. Franciſci ex particulari priui- 3
legio Innoc. III. prout idem Calderin.*d.conſil.455.* alias 13. *de cen-*
*ſib.* vbi ponit tenorem priuilegii, & tenet ius viſitandi ex dicto
priuilegio competere ad fauorem iſtorum tertii Ordinis, non
contra eorum voluntatem. † Birretum in capite poſſunt portare 4
diuerſum, prout ſibi libet, dummodo non ſit album, neque ni-
grum, ſed humile; quia in eorum libro hoc non eſt prohibitum.
Gemin.*conſ.41.Pro clariori, n.4.ver.ſed ſi legatur;* vbi dicit, quod Fer-
rarię portant birretum pelliceum, Mutinę caputium reuolutum
habens conſutam pellem agninam, Bononiæ caputium cum pel-
liceo birreto, Florentiæ caputium magnum tegens ſpatulas, &
totum caput. † Habitum tenentur deferre de panno vili, cum 5
mantello longo clauſo, & quod habeant manicas rotundas ſine
bottonibus. Gemin.*dict.conſil.41.num.3.ver.ſed ſi recte.*† Alexander 6
Papa IV. conceſſit priuilegium, quod teneantur ad collectas pro
bonis patrimonialibus; ſed tamen non poſſunt compelli ad mu-
nera publica perſonalia. Baldus *d.conſ.272. Super eo, quod quæritur,*
*num.2.verſ.ſed an perſonæ,* vbi refert verba priuilegii, *lib.1.* † Teſtari 7
poſſunt de bonis ſuis ex priuilegio Nicolai Papæ. Bald.*conſ.60.n.*
*2.ver.item eis eſt permiſſum, lib.5.* † Imo ex conſtitutionibus tenen- 8
tur facere teſtamentum intra tres menſes, poſtquam ſunt effecti
de iſto ordine, ne contingat eos decedere inteſtatos. Card. Zaba-
rell. *conſ.17.num.3.verſic.tertius ordo.*† Extende; quia poſſunt etiam 9
contrahere inter ſe non obſtante ſolemnitate ſtatuti, quod eos
non ligat; quia ſicut libere poſſunt teſtari; ita libere poſſunt con-
trahere, Bald. *dict.conſ.60.circa finem, lib.5.* † Eccleſiaſticæ perſonæ 10
ſunt quoad hoc; quia non ligantur ſtatutis laicorum, quin poſ-
ſint libere contrahere, & teſtari, & ſolemnitas requiſita à ſtatuto
non ligat eos; item non tenentur ad ſuper indicta laicalia. Bald.
*dict.conſ.60.num.2.ver.ego dico vſque in fin.lib.5.* Vide Concl. prox.
præcedentem.

### Fratres Mendicantes, & Monachi non poſſunt habere aliquid proprium, & quando ſecus. Concl. 472.

FRATRES † omnes maxime Mendicantes prohibentur aliquid 1
proprium habere ratione adminiſtrationis dũtaxat, Gemin.
*conſ.40.in fi.verſ.nec obſtat,* quod eſt Anchar. Io. de Imol. & alio-
rũ. † Amplia in monachis; quia ſunt incapaces proprietatis ratio- 2
ne iuris proprii. Gemin. *conſil.80.numer.4.verſ.in contrarium vide-*
*tur.*

3 tur.† Amplia in tantũ, vt nec valeat conſuetudo cõmunis,& to-
lerata in contrarium;quia tanquã irrationabilis,nutritiua pecca-
ti,& contra ſubſtantiam voti,non tenet. Calderin. *conſ.386.* alias
4 *1.de regularibus,& conſ.42.* alias 4.*de conſuet.* vbi duplicatur.†Exten-
de etiam in Mendicantibus, qui non poſſunt habere propriũ in
generali,& cõmuni,& cõſuetudo contraria nõ valet.Geminian.
in *d.conſ.40.in fi.ver.nec obſtat*, quod eſt etiam Petri de Anchar.Io.
5 de Imola,& Bernardi Zambeccar. †Amplia,vt nec valeat diſpẽ-
ſatio ſuperioris,neque vlla tolerantia eiuſdem. Calder.*dict.conſil.*
*386.in princ.*alias 1.*de regularib.in fin.verſ.& ex iſto infertur*,quod du-
6 plicatur *conſ.42.*alias 4.*de conſuetud.*†Amplia,vt neq; Papa velit i-
pſe diſpenſare,*cap.cum ad monaſterium,de ſtatu regular.*quem textum
ad hoc allegat Calderin.*dict.conſ.386.in princ.*quaſi quod Papa nõ
velit poſſe diſpenſare,alias eſt 1.*de regular.*quod duplicatur *cõſ.42.*
7 alias 4.*de conſuetud.*†Amplia,vt nedum monachus non poſſit ha-
bere proprietatẽ ratione iuris proprii , quia eſt incapax propter
votum paupertatis , ſed neq; poteſt habere vſumfructum rerum
temporalium quantum ad hoc, vt ſibi quæratur iſtud ius inabdi-
cabiliter etiam ex voluntate Abbatis.Gemin.*conſ.80.num.4.& 5.*
8 *verſic.& pro declaratione.* †Reſtringe, vt ampliatio nõ procedat re-
ſpectu vſusfructus pro victu ſuo,non inabdicabiliter,ſed tantum
de tolerantia Abbatis;quia poteſt habere talẽ vſumfructum.Ge-
9 min.d.conſ.80.*n.6.verſ.ſi quæritur.* † Amplia;quia fratres minores
S.Franciſci non poſſunt in particulari, neque in generali eſſe in
iudicio pro rebus temporalibus,neque conſtituere ſyndicũ, niſi
ad recipiendũ ea, de quibus ſunt capaces, & ad diſtribuendum;
qui tamen non poterit agere nomine fratrum. Bart. *conſil.5.Viſa*
10 *quadam,n.4.verſic.quarto dubitatur.li.1.* †Limita;quia bene poſſunt
habere pro ſua neceſſitate de licentia ſuperioris libros, veſtes,&
pecuniam pro vſu ſuæ neceſſitatis , nõ autem quod dicantur ha-
bere dominium talium rerum, neque vſumfructum , ſed ſimpli-
cem vſum pro neceſſitate. Calderin. *conſil.387.*alias 2.*de regularib.*
11 Gemin.*d.conſ.80.n.4.& ſeq.verſ.in contrarium,& num.8.*†Extende;
quia etiam fratres Ordinis Minorum poſſunt habere vſum rerũ,
& ideo poſſunt habere vſum cellæ,& cameræ propriȩ;item vten-
ſilium,& aliorum bonorum,& de licentia ſuperioris poſſunt illũ
vſum donare cauſa mortis, Card.Zabarel.*cõſ.17. Caſus poſt factum,*
*n.9.vſque in fin.ver.licet autem*,vbi loquitur in monialibus S.Claræ,
12 & aliis Religioſis.†Limita;quia imo etiam ceſſante fraude,& de
licentia ſuperioris poteſt habere frater annuam prouiſionem à
conuentu pro veſtibus,& neceſſitate ſua,vltra neceſſitatem vero
ipſi omnino ſunt incapaces.Calderin.*dict.conſ.387.circa fin.*alias 4.
13 *de regularib.*Gemin.*d.conſ.80.nu.8.*†Declara,vt quod dicitur de li-
centia ſui ſuperioris poſſe eos habere libros & neceſſaria ; intel-
ligitur de ſuperiore immediato, niſi conſtitutio, vel conſuetudo
aliter diſponeret.Calderin.*conſ.388* alias 3.*de regularib.* vbi etiam
excipit,niſi profeſſio eſſet facta in manibus Generalis,vel in ma-
nibus alterius recipientis nomine Generalis. Vide, *Monachus*
*quicquid acquirit,acquirit monaſterio.Concl.316.*

## Fraudulentum inſtrumentum quis dicere poſſit, vel non. Concl.473.

1 ALIVD†eſt dicere contractum factum in fraudem, aliud eſſe
2 fictitium.Bart.*conſ.65.Petrus Nicolæ,in princ.lib.1.*† Fraudulen-
tum contractum non poteſt dicere donator.Bar.*d.conſ.65.in prin-*
*cip.lib.1.*Ancharan.*conſ.27.n.6.*Alexan.*cõſ.141.n.2.lib.3.*dicit com-
* munem,*& conſ.Bart.eſt inſertum per Rotam in *nouiſ.deciſ.vni-*
3 *ca.de donation.*†Extende;quia neque hæres extraneus poteſt di-
cere contractum defuncti fraudulentum.Bart.*d.conſ.65. col.1.in fi.*
4 *ver.ſi vero,lib.1.* † Reſtringe in hærede, cui tenetur ex neceſſitate
teſtator relinquere;quia bene poteſt allegare fraudem defuncti.
Bart.*dict.conſ.65.in princip.ver.ſi vero lib.1.* vbi apoſtill. in *ver.libertus*
5 *patrono.*dat concordan.†Reſtringe in extraneo non hȩrede,pro-
ut in creditore; quia poteſt dicere contractum in fraudem ſui fa-
6 ctum,Bar.*dict.conſ.65.in prin.ver.ſi vero hoc vellet,lib.1.*†Limita;quia
bene poteſt donans , & hæres eius dicere de ſimulatione dona-
tionis, & alterius contractus ab eo facti. Bart.*d.conſ.65.nu.1.verſic.*
*circa primum.lib.1.*

## Fraus & dolus nemini patrocinatur. Concl.474.

1 FRAVS†& dolus nemini patrocinari debet.Oldrad.*conſ.257.n.*
*41.prope fin.ver.fraus inſuper,vſque in finem conſilij.*Vide,*Dolus non*
2 *debet patrocinari doloſo.Concl.581.* † Amplia in tantum,vt licet do-
lus adhibitus in contractu faciat contractum ipſo iure nullum,
quando dolus dedit cauſam contractui , ita vt nõ valeat volente
decepto ; tamen bene valet in præiudicium adhibentis dolum,
qui non poteſt allegare nullitatem ex dolo ſuo,ne ſentiat cõmõ-
dum.Feder.de Sen.*conſ.89.Puto agenti,& conſ.90.* vbi loquitur de
clerico trahente alium clericum coram ſeculari,vt licet ſententia
lata non valeat;valet tamen in odium trahentis,& doloſi.† Am- 3
plia;quia laicus præuentus pro crimine coram ſeculari ſi fiat cle-
ricus,vel eccleſiaſtica perſona per dolum, vel fraudẽ, quæ in du-
bio præſumitur,poteſt condemnari,& fieri exequutio cõtra eum
etiam perſonalis per ſecularem;quia fraus ipſum non tuetur.Fe-
der.de Sen.*conſ.97.in fi.verſ.& quamuis,& conſ.235.circa med.verſ.ſe-*
*cundo quæritur.* † Amplia;quia licet vaſallus alienans feudum ſub 4
cõditione non cadat a feudo non exiſtente conditione; tamen ſi
in fraudem adhibuit conditionem,ſed reuera alienauit,& poſſeſ-
ſionem etiam cum reſeruatione tradidit, non debet excuſari per
figmenta,ſed ex dolo puniri ; quia non releuat bene cantare, &
male ruſpare Bald.*conſ.9. n princ.lib.1.verſ.cum autem non adeſt.nu.1.*
*& nu.3.* † Amplia in religioſis per fraudem relinquentibus fora- 5
men in ſua Eccleſia, ne de legatis ſoluant quartam ; quia ex tali
fraude non iuuantur.Geminian.*conſ.22.n.6.in fin.verſic.ad quod fa-*
*cit.*† Amplia;quia licet bannimenta matrimonii contrahendi fa- 6
cta in Eccleſia operentur,quod proles ſit legitima, etiam ſi poſt-
ea detegatur impedimentum dirimens matrimonium.*c.cum inhi-*
*bitio.§.1.de clandeſt.deſponſat.* ſi tamen ſcientes impedimentum fa-
ciant bannimenta, non conſequentur commodum bannimenti,
ex quo doloſe fecerunt,& fradulenter *dict.cap.cum inhibitio §.1.in*
*fin.*† Amplia;quia dolus & fraus in tantum obſtant fraudanti, & 7
doloſo, vt etiam non poſſit iuuari ex contractu , & acquiſitione
doloſa.Baldus *conſ.76.Factum tale eſt,Dominus Nicolinus,in fine,lib.1.*
vbi,quod fideicommiſſarius vniuerſalis , qui tenetur ad legata,
non liberatur,licet repudiet hæreditatem, & illam velit obtinere
ex donatione hæredis;quia donatio eſt fraudulenta. † Amplia; 8
quia licet quilibet poſſit inuitum , & ignorantem in iudicio tue-
ri; tamen non animo nouandi ; quia non poteſt quis pro fratre,
qui tenetur compromittere ex forma ſtatuti, velle iudicium in ſe
aſſumere,vt euitet compromiſſum;quia fit fraus ſtatuto. Fulgoſ.
*conſ.185.Suppoſito ſtatuto.* †Et iura non ſubueniunt fraudanti, imo 9
iure ſuo priuatur faudator.Crauetta *conſ.764.n.6.* †Et clericus 10
retinens concubinam , licet eam appellet ſororem , non euitat
pœnam,ſed grauiorem meretur.Alexan.*conſ.49.Paucis.num.6.in*
*fin.lib.4.* vbi allegat multa ſimilia de vſurario , qui vſuram pœ-
nam vocat , & nomine pœnæ fingit , & pignus venditionem ſi-
mulat.†Et plus peccat, qui in fraudem legis aliquid facit , quam 11
is,qui aperte facit contra legem;ideo *cap.debitores,de iureiur.* quod
compellit iurantem ſoluere vſuras promiſſas, non habet locum
in eo , qui voluit in fraudem dicti capituli vſurã ſolui vt pœnam.
Alexan.*dict.conſil.49.num.17.in fine.verſicul.dic ergo.lib.4.& num.18.*
*cum ſequen.* † Amplia;quia licet ſcientia & patientia non inducat 12
conſenſum in præiudicialibus ; fallit tamen , ſi taceat quis cum
fraude.Iaſ.in *l.quæ dotis.numer.8.verſ. quintus caſus.ff. ſolut.matrim.*
†Amplia;quia ſtatutum , quod mulier non nubat extra territo- 13
rium forenſi cum hæreditate, licet ſit odioſum ; habet tamen lo-
cum in prælegato facto , per quod abſorberetur quaſi tota hære-
ditas propter fraudem euitandam, Cephal.*conſ.191.per tot.* † Ex- 14
tende;quia vt occurratur fraudibus , materia odioſa late inter-
pretatur. Vide , *Fraudibus via non eſt aperienda. Concluſ.proxim.ſe-*
*quen.* † Amplia; quia minor & mulier,ad quorum fauorem an- 15
nullantur obligationes eorum , niſi certa ſolemnitate ſeruata,
bene obligantur , ſi animo decipiẽdi doloſe cõtraxerint,& ſe ob-
ligauerint,puta tacendo rem eſſe dotalem,vel exprimendo falſo,
quod ſit alterius , vel alias decipiendo contrahentem ignarum;
ſeu non ſcientem, ita plura Alexand. *conſil.109.num.10.& ſequen.*
*lib.4.* vbi dat plura exempla de hoc. † Amplia; quia licet valeat 16
prohibitio ad certum tempus,ne filia nubat; intelligitur tamen,
dummodo non in fraudem; quia poſt dilationem non eſſet apta
reperire maritum. Aretin.*conſ.67.in princ.*Vide; *Dolus non debet pa-*
*trocinari.Concluſio 581.*

## Fraudibus via non eſt aperienda, ſed illis eſt obuiandum. Concl.475.

FRAVDIBVS†via non eſt aperienda.*c.porro,de diuort.* Lap. *alleg.* 1
*55.n.2.in princ.* qui loquitur in exceptione vſuraria ſublata , vt
quis fraudulenter iterum non audiatur. Calder.*conſ.294.circa me-*
*dium.ver.item ſi contrarium.*alias 2.*de rerũ permut.* vbi, quod Epiſco-
pus non poteſt præcipere patronis, vt conſentiant permutationi
beneficiorum patronatus,alias, quod conferent; quia aperiretur
via fraudibus. *l.cum ij.§.ſi cum lis.ff.de tranſaction.l. qui ſub prætextu.*

C.*de Sacroſ.Eccl.*vbi text.clar.Ant.de Butr.*conſ.5.n.2.& conſ.42.n.2.*
2 Alex.*conſ.*108.*Viſo.n.3.& 4.lib.*4.† Et vt occurratur fraudibus, ius
admittit latam interpretationem; & facit diſpoſitionem fauora-
3 bilem;quia fraudibus occurritur.Crauett.*conſ.*764.*n.*6.† Et non
4 eſt danda materia delinquendi.Io.de Anan.*conſ.*70.*n.*2.† Et ſtatu-
tum, quod mulier non poſſit agere;niſi caueat, habet locũ, licet
mulier requiſita ad cauendũ obtulerit cauere;ſed non cauit;quia
alias fieret fraus ſtatuto,etiam ſi ſtatutũ dicat, mulierem negantẽ
cauere. Alexan.*conſ.21.in fin.lib.*1.ſequitur Socin. Iun. *conſ.*34.*n.*12.
*lib.*1.qui dicunt, quod redderetur eluſorium ſtatutum, ſi oblatio
5 ſufficeret.† Amplia;quia quod vna via prohibetur, per circuitus
non debet admitti;ideo ſi eſt permiſſa locatio bonorum Eccleſiæ
de quinquennio in quinquennium, ne fiat propterea alienatio,
non poteſt fieri locatio multiplicata, & ſucceſſiua pro pluribus
6 quinquenniis.Lap.*alleg.*12.*in princ.*† Extende; quia quod eſt pro-
hibitum directe,cenſetur per ſimile,ne fiat fraus; ideo prohibiti
piſcari cũ inſtrumento,per quod piſces omnes capiuntur,prohi-
betur per ſimile inſtrumentum,quod idem operetur.Bald.*conſil.*
7 492.*Inter magnificos.n.3.ver.tertio quæritur.lib.*5. † Amplia;quia ne-
dum via non eſt aperienda,ſed occurrendũ,ne fiant fraudes. De-
8 cian.*conſ.4.nu.33.lib.*1.† Amplia;quia quando aliquid directe pro-
hibetur à lege,ſi fiat per obliquum;dicitur fieri fraus legi, ꝙ non
eſt admittendum,*l.ꝙ conditionis implendæ cauſa.ff. de donation.cauſa
mortis.*Federic.de Sen.*conſ.4.num.5.verſic.præterea ſi poſſet.*& ideo vt
tollatur fraus,non admittitur aliquid fieri etiam per indirectum.
Federic.de Sen.*conſ.84.in fi.*& latius *conſ.94.in princ.* vbi,quod qñ
aliquid prohibetur,non eſt licitũ alia via per fraudes,vel figmen-
ta,tacite, vel per obliquum id admittere, maxime contra eccle-
9 ſiam,Signorol.*conſ.71.n.7.& ſeq.*† Et tutor,qui non poteſt aliena-
re bona minoris, neq; poteſt locare de anno in annum, ita quod
duret locatio in hæredes,& ſucceſſores cõductoris;quia cenſen-
tur omnia in fraudem.Alexan.*conſ.165.in princ.verſ.& ideo.lib.*2.vbi
10 ponit multa ſimilia,quæ videas. † Extende;quia licet appellatio-
ne venditionis non veniat permutatio;ſi tamen ſit ſtatutũ, quod
vendere non poſſit, niſi conſortibus, & alias facta venditio non
valeat, non requiſito conſorte, ſtatutum non habet locũ in per-
mutatione; niſi permutatio fieret in fraudem;quia ſimulate per-
mutatur;quia tunc ſtatutum habet locum, Alexan. *conſ.197.nu.3.*
11 *ver.quid imo.lib.*7. † Amplia;quia in dubiis opinionib⁹ illa eſt am-
plectenda,per quam fraudibus obuiatur.Federic.de Sen.*conſ.7.n.*
*5.ver.iſta pars videtur.& conſ.93.nu.6.* vbi, quod accuſatus à clerico
coram ſeculari nõ debet admitti coram eccleſiaſtico ad accuſan-
dum clericum per fraudem, vt faciat eum deſiſtere à iudicio cæ-
12 pto;quia iſta fieri conſueuerunt. † Amplia;quia ſtatutum prohi-
bens omnino,& generaliter magnatem non poſſe acquirere ceſ-
ſionem bonorum contra popularem,licet de eccleſia non loqua-
tur;tamen ligat,ne ab eccleſia ceſſio acquiratur, ne fiat fraus legi
ex intentione,& ſic extenditur ſtatutum ob fraudem euitandam.
Fede.de Sen.*conſ.84.in fin.*& idem,ſi prohibet ceſſionẽ fieri con-
tra popularem;quia nec valebit facta generaliter contra omnes,
non expreſſis popularibus,propter fraudẽ,quæ adhiberetur. Fe-
13 der.de Sen.*conſ.85.nu.3.verſic.nam qui vniuerſaliter.* † Amplia;quia
confeſſio voluntaria vnius non debet nocere tertio;quia alias eſ-
ſet aperta via fraudibus. Ant. de Butr. *conſ.5.n.2.verſic.contra puto.*
14 † Amplia; quia ſtatutum prohibens appellari, dici de nullitate,
vel ſupplicari aduerſus lauda,&c. non habet locũ,ſi ferantur per
dolum arbitri, vel arbitratoris;quia dolus futurus non eſt remiſ-
ſus,ne aperiatur via fraudibus,Bald.*conſ.187.In cauſa præſenti,lib.*2.
☞ Vide, *Dolus futurus non poteſt remitti, & quando ſecus,* Concluſ.588.
15 † Amplia;quia ſtatutum prohibens fieri aſſicurationes mercium,
habet locum etiam in aſſicuratione nauiũ, ne aperiatur via frau-
dibus,& reddatur fruſtratorium; quia omnes facerent aſſicura-
tiones nauium, & per indirectum fieret fraus legi. Caſtrenſ. *conſ.*
16 251.*Viſa quadam,per totum,& in fin.verſic.maxime quia,lib.*1. † Am-
plia;quia laicus præuentus, & citatus pro crimine coram ſecula-
ri poteſt condemnari,etiã ſi fiat clericus, ſed non poteſt exequu-
tio perſonalis contra eum fieri; ſi tamen per fraudem fuit ꝓmo-
tus,vt euitet iudicium ſecularis,poteſt fieri exequutio cõtra eum
realis,& perſonalis, non obſtante clericatu per iudicẽ ſecularem
propter fraudem,quæ in dubio præſumitur.Feder.de Sen.*conſil.*
*97.in fin.ver.& quamuis,* & ſic priuilegium clericatus non tuetur
17 fraudulentum,nec aperit viam fraudibus.† Amplia;quia ſoluens
aliquid falſo procuratori carenti penitus mandato non excuſatur
vllo modo;quia alias aperiretur via fraudibus.Ang.*conſil.370.col.*
18 *2.circa med.verſic.vnde ſi ſolutio.* † Amplia; quia Doctores non de-
bent conſulere in caſibus,in quibus aperitur via fraudibus.Ioan.
Andr.in ſuo *reſponſo ad Federic.de Sen.in fine,conſil.Federic.*98.vbi di-
cit, ꝙ ex conſcientia nõ potuit cõſulere ſuper caſu ſibi tranſmiſſo
per Federic.quod debitor, qui præuenit creditorẽ ſuum corã iu-
dice eccleſiaſtico ſuper cõtractu vſurario,& inhibuit iudici ſecu-
lari,debeat tueri pendente appellatione,ne creditor illum cõue-
niat coram ſeculari pro credito,poſtquã iudex eccleſiaſticus pro-
nunciauit inſtrumentum bonum;quia hoc modo aperiretur via,
ne debitor ſoluat,& concord.Lap.in *addit.ad conſil. Federic.ibi in fi.*
vbi idẽ dicit,quãdo præbetur occaſio mali,vel fraudis.† Amplia; 19
quia vbi aperitur via fraudibus, prout ſi beneficiatus poſſet anti-
cipatas ſolutiones bonorum locatorum in præiudicium ſucceſ-
ſoris recipere,hoc non eſt concedendum,etiam in caſu, quod li-
cita ſit locatio.Anchar.*conſ.116.Secundum ordinem.nu.*4.† Amplia; 20
quia licet ſtatutum Capituli factum pro augmento cultus diuini
valeat;tamen ſecus ſit, ſi fiat in fraudem habentium priuilegium
contrarium à Papa,vel in fraudem tertii; quia fraudibus via non
eſt aperienda.Ant.de Butr.*conſ.42.verſic.contrarium nu.2.& per tot.*
vbi,qualiter probetur fraus. † Amplia;quia licet Prior generalis 21
poſſit transferre Monachum ſuum de monaſterio ad monaſte-
rium; tamen non poteſt hoc facere in fraudem Viſitatoris Apo-
ſtolici, maxime,quando viſitatio eſſet cæpta. Feder.de Sen.*conſil.*
145.*n.3.circa fin.verſic.ſed pone quod vere.*† Amplia;quia ſtatutum, ꝙ 22
fiat compromiſſum inter conſanguineos,ſi petatur intra certum
terminum,dicitur arctatum ad obuiandum fraudibus;ideo poſt
terminum non habet locum. Caſtr.*conſ.321. Quod in cauſa appella-*
*tionis,col.2.lib.*1.† Amplia; quia licet in matrimonio contrahendo 23
non poſſit pœna ſtipulari,ſi non ſequatur;quia matrimoniũ non
eſſet liberum;tamen arrhæ poſſunt dari, quæ perdantur, vel re-
ſtituantur duplicatæ;ſed ſi ſolæ arrhæ ſint promiſſæ,& non datæ,
non etiam valet confeſſio tanquam facta in fraudem loco pœnæ,
quia intelligitur de arrha vera tradita,alias fraudes poſſent com-
mitti.Federic.de Sen.*conſil.169.in fin.& per tot.& conſ.194.In dubiis*
*matrimonialibus,in princ.*† Amplia;quia confeſſio cum hypotheca 24
in præiudicium inſtrumenti non admittitur ex ſola apocha;quia
eſſet aperta via fraudibus,& malitiis; ideo præſumitur data falſa,
ne noceat tertio. Caſtr.*conſil.337.Si prima duo,in princip.lib.*2. Vide,
*Scriptura priuata non concurrit cum inſtrumento, niſi trino teſte ſubſcri-*
*pta Concluſ.*79.† Amplia;quia vbicunque lex,vel ſtatutum eſt fa- 25
ctum ad obuiandum fraudibus,& malitiis,tunc fit extenſio,vbi-
cunq; via malitiis aperiretur; Ideo ſtatutum loquens de præter-
ito includit futura, vbi malitia induceretur in illo caſu. Gemin.
*conſ.18.n.2.verſic.ſed ad primum.* † Amplia;quia vbicunque aperi- 26
retur via fraudibus, & dolo in præiudicium tertii, argumentum
& diſpoſitio interpretatiua reiicitur. Gemin. *conſ.42.nu.11.verſ.eſt*
*ergo iſtud.* † Amplia;quia vbi lex aliquid prohibet tanquam illici- 27
tum, fit extenſio diſpoſitionis, ne aperiatur via ad eludendam le-
gem: ideo pater, qui prohibetur inſtituere filium ſpurium, pro-
hibetur etiam inſtituere nepotem ex ſpurio;quia alias aperiretur
via fraudibus.Bald.*conſ.67. Quæſitum eſt,n.3.verſ. & ſi diceremus, lib.*
dicium fiſci. Abb. *conſil. 102. Circa perſonarum, col. 3. nu. 3. ver. aut illi*
*debitores, lib. 2.* vbi loquitur in donatione. †Et quando alienatio eſt 17
facta ex laudo lato eadem die compromiſſi inter coniunctos, et-
iam ex cauſa oneroſa, præſumitur in fraudem, niſi doceatur de
cauſa oneroſa aliter, quam per dictum laudum ſuſpectum, ꝙ non
fuerit cognitum. Caſtr. *d. conſil. 68. nu. 2. ver. breuiter, lib. 1.* vbi vi-
detur tenere idem, ſi laudum eſſet ex interuallo, niſi probetur a-
liunde creditum. †Extende; quia non reuocatur donatio facta in 18
fraudem quartæ debitæ vxori poſt mortem mariti; quia non re-
petitur per dictum remedium. Corne. *conſil. 178. per totum lib. 2.* v-
bi, quod non competit, niſi condictio ex lege, quæ eſt perſonalis,
& non competit querela inofficioſi, quæ competit filiis, parenti-
bus, & per extenſionem fratribus inſtituta turpi perſona; item
non competit Fauiana, vel Caluiſiana, q̃ competit patrono con-
tra bona liberti in fraudem alienata, quę actiones licet extendan-
tur ad filios adoptatos, vel legitimatos; non tamen ad vxorem.
Vide, *Donatio quando dicatur in fraudem creditorum, & reuocetur. Con-*
*cl. 658.* † Declara totam iſtam materiam; quia ſi fiat alienatio in 19
fraudem creditorum ex cauſa oneroſa, req̃ritur ſcientia, & fraus
ex parte alienantis, & acquirentis, & quid ſi ſciuit poſt contra-
ctum fraudem adfuiſſe in cauſa lucratiua, non requiritur ſcientia
ex parte acquirentis, plene Iaſon *in d. §. item, ſi quis in fraudem. nu.*
*33. & ſeqq.* vbi videas.

## Fraudulenter facta valent, & quando non; ſecus, ſi ſunt ſimulata, & in quibus differant. Concl. 482.

FACTA † fraudulenter, & in fraudem differunt à factis ſimula- 1
tis; quia actus ſimulatus eſt nullus, *l. emptor. ff. de aqua pluu. ar-*
*cen. l. nuda. ff. de contrahen. empt. l. imaginaria. ff. de reg. iuris.* & ideo non
agitur reuocatoria, item is, qui habet ex ſimulatione, non facit
fructus ſuos, & tenetur ad illorum reſtitutionem. Cæpol. *de ſimu-*
*lat. contract. char. 2. col. 2.* † Secus, quando facta dicuntur in frau- 2
dem, quia mero iure ſunt valida, & neceſſariæ ſunt actiones reuo-
catoriæ. Bartol. in *l. poſt contractum, in fin. col. 2. ff. de donat.* item facit
fructus ſuos, Cæpol. vbi ſupra, & eſt communis *opinio. Clar. §. *
*fin. q. 78. n. 20. in fin.* †Et procedit etiam in fiſco, quia non reuocat 3
alienata in fraudem poſt delictum, vel poſt accuſationem via exe-
quutiua, ſed debet prius intentare actionem reuocatoriam via
ordinaria. Clar. *d. §. fi. q. 78. n. 20. in fi.* vbi de *cõmuni. †Et procedit * 4
etiam, quando fiſcus vult agere, vt auferat ab indigno; quia prius
debet agere criminaliter contra indignum, anteq̃ agat ciuiliter, &
ſic prius reuocatoria. Alex. *conſil. 172. Super caſu, per tot. li. 5.* †Con- 5
trarium, quando lapſum eſſet tempus fiſco agendi criminaliter.
Alex. *d. conſ. 172. lib. 5. per tot.* †Amplia igitur; quia regula eſt, quod 6
non poteſt agi contra eum, in quem eſt facta donatio, vel aliena-
tio, quæ prætenditur in fraudem ꝑ creditores donantis, vel alie-
nantis, niſi prius egerit reuocatoria, & obtinuerit. *l. æris alieni*, vbi
gloſſa, quæ communiter *approbatur. *C. de donat.* Bart. in *l. à D. Pio.* *
*§. ſi ſuper rebus, n. 7. ff. de re iudic.* Rom. *conſil. 246. n. 6.* vbi apoſt. in ver.
*reuocatoria.* citat Curt. Sen. *conſil. 72. Magnifice vir, col. 3. n. 6. in 9. li-*
*mitat.* Oſaſch. *dec. Pedem. 65. per totam.* Crauet. *conſil. 235. n. 2.* allegat
Socin. *conſil. 13. in pr. lib. 4.* †Ratio; quia prius agendum ſit reuoca- 7
toria contra eum, in quem fraudulenter facta fuit alienatio, eſt;
quia ſi ageretur de exequutione ſententiæ contra alienantem, is,
qui emit, exciperet de alienatione, actor replicaret de dolo, quæ
exceptio req̃rit altiorem indaginem; ideo non admittitur in iu-
dicio exequutio. Rom. *d. conſ. 246. n. 10. ver. vlt. reſpondetur*, vbi, ꝙ
eſt verum hoc dictum. † Sed ſi vtrunq; iudicium eſſet ordinariũ, 8
bene intẽtando petitionẽ rei cenſetur intentare reſciſſionẽ cõtra-

ctus, vel pœnam incurſam per neceſſarium antecedentes. Alex.
9 *conſil.52. Viſo, in fin. n.7. & 8. lib.2.* vbi ponit plura ſimilia. †Declarat
Io. Imola *conſil.112. n.3. in fin. ver. item non obſtat.* quia ſi agitur perſo-
nali actione, prius agendum eſt reuocatoria; ſi vero agitur reali;
ſecus eſt, quia poteſt legatarius agere contra eum, qui poſſidet ex
fraude rem ſibi legatam, vel hypothecatam, ſed quia eſt contro-
uerſia in hoc, declara, vt in *ver. Alienatio facta in fraudem qualiter re-*
10 *uocetur. Concl. 268.* †Et quod non competat, niſi prioribus credi-
toribus, non autem poſterioribus. Aretin. & Iaſ. in *§. ſi quis in frau-*
11 *dem, Inſt. de act.* †Reſtringe, vt non ꝓcedat, quando non reperitur
hæres donantis, vel alienantis debitoris; quia tunc poſſunt cre-
ditores agere contra eum, in quem eſt facta donatio, vel aliena-
tio, abſq; eo, ꝙ primo reuocare teneantur propter æquitatem, ad
12 euitandos circuitus. Guido Pap. *dec.* 105. †Reſtringe, quia ſi eſt
ſtatutum, ꝙ dos ſpectet ad filios matris, non ad auum maternum,
& auus maternus emancipet filiam, q̃ facit teſtamẽtum ad fauo-
rem patris, poterunt filii non obſtante teſtamento fraudulento
conditione ſtatuti reuocare hæreditatem matris ab auo. Caſtr.
13 *conſil.339. Ad primum, ver. ad ſecundum, lib.2.* †Reſtringe; quando is,
qui fraudulenter alienauit, reperitur in poſſeſſione rei donatæ,
ſeu alienatæ; quia licet alleget poſſidere ex conſtituto nomine
emptoris, vel donatarii; tamen ex quo conſtat de fraude, non o-
pus eſt reuocatoria contra eum, in quem alienauit. Roman. *conſil.*
14 *246. Clariſſime, n.6. ver. ſecundo vero obiicitur.* †Reſtringe, quia vbi-
cunq; obſtat dolus, ſiue excipiendo, ſiue replicando, ei, qui poſſi-
det, non eſt opus, reuocatoria. Roman. *d. conſil. 246. num.7. ver. ſe-*
*cundo reſpondetur, cum ſeq.* Vide Concluſionem proximam ſeq.

## Fraudulenter facta non valent, & quando ſecus. Concluſ. 483.

1 EMANCIPATIO †filiæ proximæ morti, vt quia erat apoſtata fa-
cta p patrem, vt neptis ex filia emancipata ſuccedere non poſ-
ſit auo, pſumitur facta ab euentu mortis, & quia auus infanti ſub-
ſtituit alium, q̃ illum, qui ab inteſtato ſuccedebat; ideo tanquam
fraudulenta eſt nulla. Anch. *conſil.430. Fuiſſet expediens, per tot.* Vide
2 *Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur. Concl.268.* †Contrarium,
ꝙ imo facta in fraudem valeant; quia ſunt reuocanda, non au-
tem ſunt nulla. Vide ſupr. Concl. prox. præced. †Extende idem, ſi
3 modicum tempus intercedit inter teſtamentum patris, ſeu filiæ,
& emancipationem filiæ. Io. de Anan. *conſil.23. Licet prima facie,* &
idem tenet ibi Bologn. quia ex vicinitate actuum arguitur fraus,
& clarius Caſtr. *conſil.339. Ad primum, in princ. lib.2.* vbi quod eman-
cipatio filiæ facta, quæ fecit eadem die teſtamentum, & inſtituit
4 patrem, dicitur in fraudem filiorum ipſius emancipatæ. †Exten-
de, quia acquiſitio ex euentu proximo in vnum, ſi deriuatur in a-
lium, videtur fieri in fraudem *l. filiæ meæ. ff. ſolut. matr.* Anch. *d. conſ.*
5 *430. ver. ſic in contrarium.* †Extende, quia quando quis ſcit ſe obli-
gatum, & bona ſua non ſufficiunt creditoribus, & alienat, non va-
let alienatio etiã titulo oneroſo. gl. *in §. item ſi quis in fraud. Inſtit. de*
*act. in verſ. in fraudem,* vbi Iaſ. *n.27.* & maxime quando eſſet facta in
coniunctam perſonam, vt ibi Iaſ. *n.* 41. & nedum, quando omnia
bona alienauit, ſed etiam quando maiorem partem, vt ibi Iaſ. *nu.*
6 36. †Extende; quia imo ad fauorem proprium non videtur, quod
quis poſſit impedire ſpem de proximo tertio competentem, quin
7 faciat fraudem. Anchar. *d. conſil. 430. verſ. in contrarium.* †Extende;
quia de proximo accingendus habetur pro accincto. Vide, *Accin-*
8 *gendus de proximo habetur pro accincto. Concl.* 83. †Et quando facta in
fraudem futurorum creditorum nõ valeant, vel ſint reuocanda.
9 Caſtr. *conſi.291. Viſis ijs, quæ n.6. lib.1.* †Amplia, quia pater inſtituen-
do Regem Franciæ, quatenus veniat in Italiam ad adeundam hę-
reditatem, & interim fecit adminiſtratorem filium teſtatoris
ſpurium, videtur factum in fraudem, & non valet. Corne. *conſil.*
10 *217. Quiriacus de Ancona, per tot.* maxime *nu.7. lib.3.* †Quando geſta
in frandem creditorum futurorum ſint reuocanda, vel non, ple-
11 ne Iaſ. *Inſtit. de actio. d. §. item ſi quis in fraudem.* †Reuocatio fraudu-
lenter alienatorum per debitorem fit hoc modo; quia primo de-
bet actor volens reuocare declarare ſuum creditum cum debito-
re, & poſtea obtinere immiſſionem in bonis debitoris, & facere
excuſſionem, poſtea in ſubſidium agit contra tertium reuocato-
ria, gl. in *d. §. item ſi quis in fraudem, in ver. poſſeſſionis,* & ibi DD. *Inſt. de*
12 *actio. l.1. & penult. C. de reuocand. ijs, quæ in fraudem credit.* †Ratio eſt;
quia hæc actio datur in ſubſidium, vbi aliter à debitore non po-
teſt ſequi ſatisfactio. *l. ait Prætor. §. ita demum ff. de ijs, quæ in fraudem*
*creditor. l.1. & penult. C. eodem.* Bald. *in rubric. C. eodem,* vbi addit ratio-
nem rationis, videlicet quia fraus accipitur hic pro damno; ſed ſi
13 debitor eſt ſoluendo, ceſſat damnum; ergo ceſſat fraus. †Et al-
terum de quinq; modis fit alienatio in fraudem, & propterea ſunt
prodita quinq; remedia reuocatoria, de quibus Iaſon plene in *l. ſi*
*is, qui temporali. §. ſed & ſi quis in fraud. ff. de iureiur.* quem omnino vi-
deas. †Amplia, quia licet creditor non hypothecarius non poſſit 14
agere contra tertium poſſeſſorem, bene poteſt, quando alienatio
facta fuit in fraudem. *d. §. item ſi quis in fraud. Inſtit. de act.* †Amplia; 15
quia ſententia lata ſup factis in fraudem legis, ex quo partes non
oppoſuerunt coram iudice, vt legi fraus fieret ſuper prohibito,
eſt nulla, & dato, ꝙ validetur quo ad ius partis non appellantis;
tamen poteſt quandocunq; retractari etiam ab eo, q non appel-
lauit, & eſt caſus ſingularis ſecundum Alex. *conſil.* 82. *Viſo proceſſu,*
*n.4 & ſeq. ver. ad idem, lib.3.* vbi plura ſimilia. †Amplia; quia ſtante 16
ſtatuto, ꝙ vicinus teneatur vendere vicino, ſi vicinus vendat do-
mum in parte non vicina, poſtea vendat vicinam, vt pariter em-
ptor primæ partis dicatur vicinus, cenſetur p fraudem eo modo
vendidiſſe; ideo ius retrahendi debet habere locum. Anch. *conſil.*
*160. Præſupponitur in them. nu.5. ver. contrarium in ſimili.* Corn. *conſil.*
*29. n.17. lib.3. & per tot.* Tiraq. *de retract. lignag. §.1. glo.9. n.26.* †Am- 17
plia in delinquente; quia ſi alienat bona ante delictum, & conſtat
de fraude p coniecturas, ſit reuocatio alienationis via ordinaria,
Clar. *§. fin. q.78. n.16. & ſeq.* vbi late ponit coniecturas fraudis, &
quid ſi alienatio fiat titulo oneroſo, vel facta ſit poſt delictum, q̃a
valet, niſi quando ipſo iure erat facta confiſcatio, vel p rem iudi-
catam. †Amplia; quia ſi teſtator habens vxorem, & ſpurium, le- 18
gat vxori vſumfructum omnium bonorum ſuorum, deinde illam
inſtituit hæredem, & ipſo moriente induxit fideicommiſſum in
omnibus bonis, & hæreditate p eam hæredem non alienatis, cen-
ſetur accommodata fides de reſtituendo ſpurio; ideo ſi vxor ce-
dit hæreditatem ſpurio, reſeruato vſufructu, inducitur fraus, &
poteſt fideicomiſſarius agere ad bona, & hæreditatem, tanq̃ ve-
nerit conditio; quia licet haberet licentiam alienandi, intelligi-
tur in pſonas non ꝓhibitas. Io. de An. *conſil.13. Viſis, quæ in proceſſu,*
*per tot.* & ibi Bologn. vbi in fin. ꝙ fiſco acquiritur, ſed ſi fiſcus nihil
dicat, nullus opponit de iure fiſci. †Contrarium Iaſ. *conſ.110. Ego in* 19
*præſenti, colu.1. ver. ſed prædictis omnib. lib.1.* ꝙ debet probari fides ac-
commodata. †Declara; quia adhoc, vt contractus dicatur factus 20
in fraudem creditorum, debent apparere aliqua indicia, ex quib.
fraus poſſit pſumi. *l. ſed & ſi maritus. ff. qui & à quib.* Bart. *authent. ſed*
*iam neceſſe. C. de donat. ante nupt.* & fraus non pſumitur, niſi ꝓbetur,
cum ſit ſpecies falſitatis. *l. creditor.* vbi gl. & Salyc. *C. de falſis.* †Am- 21
plia; q̃a proximus decoctioni, & fallimento, ſi confitetur dotem,
præſumitur in fraudem creditorum; & idem, ſi magnam quanti-
tatem confitetur, vel ſi ſtatim poſt confeſſionem dotis magna
debita contraxit, quia pſumitur, vt fraudet. Crau. *conſil.44. in prin.*
& idem tenet Vrſill *in addit. ad dec. Afflict.402. n.1. in fin. & n.2.* †Ex- 22
tende multo magis in iam fallito marito, quia fallitus etiam con-
fitendo dotem promiſſam non poteſt creare hypothecam. Vrſill.
in *d. addit. ad Affl. dec.402. n.6. in fi. & n.7.* †Reſtringe tamen, quan- 23
do ceſſant coniecturæ fraudis; q̃a magnum tempus intercedit;
quia non conſideratur fraus ita à longe, licet pueñerit poſtea cre-
ditor ad decoctionem, plene Crauet. *conſil.44. n.2. & ſeq.* vbi ponit
exempla. †Reſtringe, quando concurrit veriſimilitudo ſumpta à 24
communiter accidentibus, quia faciens actum, prout communi-
ter fieri ſolet, in loco, prout confeſſio dotis in actu matrimonii,
ceſſat fraus. Crauett. *conſil.40. nu.2. & ſeq. & d. conſil.44. in fi.* †Am- 25
plia; quia licet habens hypothecam præferatur habenti perſona-
lem anteriorem, tamen ſecus eſt, quando hypotheca eſſet in frau-
dem. Caſtr. in *l.1. in fin. ff. ſolut. matr. dec. Peruſiana 66. n.32.* †Limita; 26
quia licet permutatio beneficii facta ſpreto patrono, vel alias di-
catur fraudulenta, tamen valet, ſed debet annullari. Maſc. *Concl.*
*178. in princ. Beneficii permutatio.* †Limita, quia debitor, cui eſt dela- 27
ta hæreditas, ſi non vult adire, non dicitur facere in fraudem cre-
ditorum. *l. qui autem, in princ. ff. de ijs, quæ in fraudem,* quia ſi repudiat
creditum ſibi oblatum, non fraudat, *d. l. qui autem.* Dec. *conſil.260.*
*Quæritur breuiter, in princ.* †Limita; quia imo geſta in fraudem iu- 28
dicii mutandi cauſa valida ſunt, ideo poſſeſſio tranſlata ex vendi-
tione in fraudem valet, ſecus; ſi eſſet ſimulata, vel fictitia. Ioan. de
Imol. *conſil.55. In caſu præmiſſo.* †Extende; q̃a ius exequibile nõ eſt 29
in actione pſonali contra eum, qui emit à debitore pendente lite,
ſed agendum eſt prius reuocatoria via ordinaria. Bart. in *l.3. n.23.*
*C. de pign. dec. Pedemont. 65. per totam.* vbi de communi. *†Limita; *30
quia pater licet non poſſit ſpurio legare, niſi alimenta, vel dotẽ,
q̃ ſit loco alimentorum. Menoch. *de arbitr. caſu* 31. tamen ſi pater
det filiæ ſpuriæ, & ꝓ ea marito vltra alimenta, nõ reuocatur à ma-
rito, q habet ex cauſa oneroſa. Bar. in *l. fin. §. ſi à ſocero. ff. de his, quæ in*
*fraudem credit.* Rip. in *l.1. n.64. ff. ſolut. matrim.* Vide, *Dolus dans cau-*
*ſam cõtractui multa* [illegible] oncl.583. Vide, *Metus cauſa geſta tenent,*
ſed

31 *ſed ſunt reſcindenda, & quando. Concl.*221. † Facta in fraudem cre-
ditorum an poſſint allegari per creditores nedum præſentes,ſed
etiam per creditores,qui fuerunt poſt illum contractum, qui di-
citur factus in fraudem, vide Bart.in *authen. ſed iam neceſſe. C. de do-
natio.ante nupt.* Angel.*conſil.*48.*Ex themate.* Alexand.*conſil.*87.*Læta-
tus ſum.lib.*7.*& in l.*1.vbi Bart *C.de iure fiſci,& in l.ait Prætor.§.ita de-
mum,*vbi Bart.*ff.de his,quæ in fraud.credit.*

## Fructuum appellatione quid contineatur, vel non. Concl.484.

1 FRVCTVVM †appellatione quid veniat, & quid ſit fructus, quid
redditus, quid prouentus,quid obuentiones, & quid emolu-
menta, item pedagia, vectigalia, an, & quando comprehendant
2 regalia, & ſalinas? Vide Cum. ꝙ ſic, *conſil.* 162. †Et fructuum ap-
pellatione venit glans; qa appellatione glandis venit omnis fru-
ctus.*l.qui venenum.§.glandis.ff. de verb.ſignif.* & habetur in *l.*1 *.ff.de gl.*
3 *leg.*facit *l.ſylua* *§.glans.ff.de verb.ſignif.*† Fructus appellatione venit,
4 ꝙ naſcitur,& renaſcitur gl.& Abb.in *c.ſalubriter,de vſuris.*† Et pro-
pterea quercus dicitur arbor fructifera, ꝙ facit ad materiã ſtatu-
5 ti, vt per Corſet. in *ver.fructus*, vbi, ꝙ ita Bononiæ obtinuit. † De-
clara,niſi probaretur communis vſus loquendi,qui debet attendi
in omni materia, & præfertur propriæ ſignificationi. Abb. in *c.* 2.
* *in* 2. *not.de arbitr.* & eſt cõmunis*opinio,de qua Bart. Alex.& Mo-
der. in *rubr.ff.de noui oper. nunciat.* ideo ſi probaretur, ꝙ ſecundum
communem vſum loquendi arbor fructifera intelligitur de pro-
ducente fructum ad vſum humanum, non animantium bruto-
6 rum; qa non veniret quercus. †Habitatio domus dicitur fruct9.
*l.ſi is qui.§.*1.ꝯ ibi Bart. *ff. de pign.cum glo.* Papien.*in libello rei vendicat.*
7 *in ver.cum fructib.in fi.* allegat *l.apud Iulian.§.*1.*ff.de leg.*1. †Declara, vt
ꝑ Iaſ. in *l.diuortio.in* 3.*not.ff. ſolut.matr.* vbi, quod in materia ſtricta
8 non veniunt penſiones appellatione fructuum.†Palea & fœnum
dicitur fructus, *l.vſufructuarius meſſem.ff.quib. mod. vſusfr.amitt.* not.
9 in *l.cum manuſata.* §.1.*ff.de contrah. empt.* †Harundo & ſylua cædua
ſunt fructus. *l.qui fundum.§.cum fundum.ff. de contrah.empt.* & idem
10 de qualibet arbore cædua. Abb.*c.ſalubriter,in fin.de vſur.*† Aues &
feræ ſolitæ capi in fundo,ſi nullus alius fructus ſolet ex tali fundo
ꝑcipi. Bart.*in l.cum in plures.ff.locat.*ꝑ *l.item ſi fundi.§ aucupatione.ff.de*
11 *vſufr.*†Appendicię extraordinarię, prout par capponum, ſeruitia,
operæ, oua, plauſtrum lignorum, & ſimilia, q̃ pro auantigiis præ-
diorum ſolent præſtari, Iaſ. *in l.diuortio.§.quod in anno.col.*1. *ver. vl-*
12 *timo pondera.ff.ſolut. matr.*†Fructus etiam non maturi veniunt ap-
pellatione fructuum. *l.ſi conſtante.§.fin.ff.de vſufr.l.pen.ff.de vſufr. leg.*
13 *l.ex ſylua, cum gloſ. ff. de vſufruct.*† Amplia; quia appellatione fru-
ctuum iuriſdictionis veniunt condemnationes, & confiſcatio-
nes, quæ dicuntur pendere, donec ſit facta exactio. Bald.*conſ.*307.
14 *Punctus quæſtionis.lib.*4.†Imo, quando adſunt verba, *fructus curiæ*, in-
telligitur neceſſario de iuriſdictionalibus; qa curiæ verbum hoc
neceſſario infert. Caſtr.*conſil.*418 *.col.*2.*in pr.ver.tertio ex verbo.lib.*1.
15 †Item veniunt in tantũ fructus iuriſdictionis, vt ſalinæ, pedagia,
& alia ſimilia veniant in conceſſione Principis. Cum.*conſ.*162.*Vi-
ſa copia.*†Amplia; qa fructus, introitus, & ꝓuentus, &c. compre-
hendunt omne emolumentum qualitercunq; prouenicns, etiam
ratione iuriſdictionis. Caſtr.*d. conſ.*418.*Quod dicti redditus, col.*2.*in*
17 *pr.ver ſecundo ex illis verbis.lib.*1.† Amplia, vt etiam appellatione fru-
ctuum veniant penſiones, & ideo vſufructuarius omnium bono-
rum debet etiam habere penſiones. Petr.de Anch. *conſil.*3.*Non eſt
dubium,in pr.* vbi, ꝙ etiam veniunt impropriè fructus, puta rerum
18 vſus, quæ vſu conſumuntur.†Et q habitauit domum, dicitur fru-
19 ctus ꝑcepiſſe.*d.l.ſi is, qui.§.*1.*ff.de pign.*†Et ꝙ penſiones affictus do-
morum, quæ ſunt fructus ciuiles, licet non ſint naturales, tamen
regulantur ad ſimilitudinem naturalium. Alex.*conſ.*181.*In cauſa &*
20 *lite.n.*6.*ver.& conſtat.lib.*2.† Amplia; qa iſta verba fructus, introi-
tus, redditus, prouentus, obuentiones, ac emolumenta, impor-
tant, vt veniant omnia regalia in conceſſione vicariatus. Cuma.*d.
conſ.*162.*per tot.*vbi, qd importent dictæ dictiones, maxime, quan-
21 do adeſt dictio, *quocunq; nomine cenſeantur.*†Et veniunt etiam pen-
ſiones, quæ ꝑcipiuntur mediante conductore, ſeu colono. Caſtr.
22 *conſil.*114.*in pr.lib.*2.†Extende, quia redditus & prouentus impor-
tant omnem vtilitatem, ideo feudatarius habebit venam auri, ar-
23 genti, & lapidicinæ. Caſtr.*conſil.*354.*n.*2.*lib.*1.†Extende; qa etiam
habebit redditus ſalis, licet ſit de regalibus; quia fructus, reddi-
tus, prouentus, & emolumenta ſunt adeo vniuerſalia, vt compre-
hendant ſalem. Caſtr.*conſil.*63.*Quod dicti redditus,cir.fin.ver.quintum*
24 *etiam. lib.*1.†Amplia; quia fructus collationis eſt ipſa collatio, &
fructus electionis eſt ipſa electio. Vide, *Collatio beneficiorum eſt fru-*
25 *ctus collationis. Concl.* 421. † Amplia; quia appellatione fructuum
intelliguntur fructus, deductis expenſis, maxime q̃ fiunt in cul-
tura, & colligendis fructibus. Tiraq. *de retr.lignag.§.*15.*gloſ.*1. *in pr.*
vbi infinitos allegat. Menoch. *de recuper.in* 15 *.rem.q.*40.*n.*578. qui
loquuntur in omni diſpoſitione legali. Pariſ.*conſ.*96.*n.*25.*lib.*2. &
eſt communis*opinio. *Pedemont.dec.*83.*n.*7.†Declara, vt per Iaſ. *in*
*l.fructus. ff. ſolut. matr.* †Intellige ſolum de impenſis temporalibus * 26
gratia fructuum factis. Pariſ.*conſil.*94.*n.*25.*lib.*2. Afflict. *dec.* 252.*n.* 27
7. qa tanto minores ſunt fructus, quanto maiores ſunt expenſæ.
Affl. *dec.*44.*n.* 32.†Declara; qa intelligitur de expenſa implicata,
non autem deſtinata in fructibus; ideo ſi empti ſint boues, & ꝑ- 28
diti, licet gratia fructuum ſint empti, non deducuntur, tanquam
expenſa. Crem.*ſing.*134.*Tuſcus, ꝙ fructus.*†Et ꝓcedit concluſio, ſiue
fructus ſint creſcentes, ſiue etiã non creſcentes, ꝓut ſunt piſcatio- 29
nes, aucupationes, & ſimiles.†Et idem in penſionibus.†Declara,
quia ſemp expenſæ deducuntur ex fructibus, quando indetermi- 30
nate de fructib. diſponitur, alias ſecus; & eſt ratio; quia non di- 31
citur in fructu, ꝙ eſt expenſum, ſic videtur declarare Capic. *deciſ.*
20.*nu.*14. & 15.†Et ideo obligatus reſtituere fructus deducit ex- 32
penſas ſeminum, & factas gratia ipſorum fructuum. *l.fundus,qui.ff.
fam.hercìſc.l.ꝙ in fructus.ff.de vſur.l.fructus.ff.ſolut.matr.* vbi, ꝙ etiam
deteriorationem bonam deducit. † Extende etiam in contractu 33
pignoratitio; qa ꝙ dicitur computari fructus in ſortem, intelligi-
tur deductis expenſis; ideo habens caſtrum pignoratum deducit
expenſas cuſtodiæ, maxime, quando ita fuit conuentum. Cuma.
*conſil.*19.*Quidam nobilis.n.*4.*ver.ad ſecundum.* item deducit expenſas
laborum, & operarum. Boer.*dec.*44.*n.*24.†Extende; quia fructus 34
leuandi cum labore intelliguntur deducto labore; & ideo pretiũ
operarum debet deduci ab iis, q operas ꝑſtiterunt. Boer.*dec.*44.*n.*
23.*ver. & ita.*†Extende etiam in malæ fidei poſſeſſore. Tiraq. vbi 35
ſupra.§.15.*gloſ.* 1.*de retr. lignag. in pr.* †Declara; quia licet deducat 36
melioramenta, & expenſas ex fructibus; non tamen ex re; quia
compenſat melioramenta ꝓpria cum fructibus. Boer.*d.dec.*44.*in
pr.*†Imo in prædone. Tiraq.*d.*§.15 *gl.*1.*n.*2.*de retr.lignag.*†Extende 37
idem in diſpoſitione Principis, q eſt lex animata. Capic. *dec.*20.*n.* 38
6.*& ſeq.*†Extende in diſpoſitione hominis. Tiraq. *de retr.lignag.§.* 39
15.*gl.*1.*n.*2.*in fin.* Bart. *in l.fructus.ff.ſolut.matr.n.*7. vbi ſi de penden-
tibus non deducuntur expenſę, de futuris deducuntur, & ſequun-
tur Caſtr.*n.*7. Alex.*n.*4. Iaſ.*n.*18. Imola, Aret.*n.*5. Soci.*n.*8.†Exten- 40
de, etiam ſi quis eſſet obligatus reſtituere omnes fructus; quia
intelligitur deductis expenſis. Capic. *d. dec.* 20.*n.*13. *& ſeq.* vbi, ꝙ
alias quis cum aliena iactura lucraretur.†Bald. vero in *d. l. fructus.* 41
*ff. ſolut. matr.* diſtinguit, aut contractus eſt lucratiuus, vel vltima
voluntas, & intelligitur deductis impenſis; aut oneroſus, & ſe-
cus; ꝙ non eſt verum, niſi conſtet de mente. Alex. ibi *n.* 4. vbi la-
te, & Aret.*n.*5. dicit Bartol. vno verbo hoc dixiſſe, dum dat exem-
plum de colono, ſub exceptione, niſi aliud conſtet de mente.†Si- 42
milia multa ponit Tiraquel. vt ſi agatur de æſtimanda actione, de-
beat æſtimari, deductis expenſis litis, ſi de pretio rei, idem, & de
donatione inſinuanda vltra quingentos, deductis expenſis, de ga-
bella ſoluenda in valore beneficii exprimendo, & in bonis alicu-
ius eſſe, vel Eccleſiæ, ſemp deduci impenſas miniſtrorum, *de retr.
lignag.§.*15.*gl.*1.*n.*3.*& ſeq.*†Extende in reſcripto Principis, & bullis 43
reſeruationis penſionis fructuum; qa ſemper intelligitur, dedu-
ctis expenſis. Caſtr.*conſil.*339.*Exceptiones, per tot.* maxime *n.*4. *lib.*1.
†Extende, etiam ſi ſit dictum, *integros fructus*; quia intelligitur, de-
ductis expenſis. Tiraq. *d.§.*15.*gl.*1.*n.*8.†Contrarium tenẽt plures, 44
quos citat idem Tiraq. ibi *n.* 9. Alex.*conſil.*133. *Super quæſitis, nu.*4. 45
*ver.ſimiliter in propoſito, lib.*1. †Amplia; quia pecuniæ appellatione 46
cum ſigno vniuerſali continentur fructus. Ang.*conſil.*331. *An in re-
ſtitutione, col.* 2. *ver. quarto fallit.* †Limita; quia bonorum appella- 47
tione etiam cum ſigno vniuerſali non continentur fructus; ideo
hæres grauatus reſtituere omnia bona teſtatoris quomodocun-
que, & qualitercunq; ꝓuenientia, non reſtituit fructus ꝑceptos.
Ang.*d.conſil.*331 *per tot.* vbi caſus.†Limita; quia fructus ꝓprie non 48
cadunt in pecunia, ideo debitor, licet teneatur ad fructus in reali
à die litis conteſtatæ; tamen ſecus eſt, ſi tenetur in pecunia; quia
in pecunia non cadit fructus naturalis, niſi ex negociatione pro-
betur intereſſę. Bald. in *conſil.*22. *Quædam Domina, in fin.lib.*5. Vide,
*Redditum appellatione quid veniat. Concl.*66.

## Fructus diuerſi generis eſſe dicuntur, & quales. Concluſ. 485.

INDVSTRIALES †penſiones, q̃ obuentiones dicuntur, ſunt fru- 1
ctus induſtriales. Bald. *conſil.*118. *Benedictus, & Codeus in fin. lib.*1.
†Et dicuntur induſtriales; qa induſtria hominis acquiruntur, & ſi- 2
ne induſtria non habentur. Bar.*in l.ex diuerſo.ff.de rei vend.* pleniſſi-
me Aret.*Inſt.de rerum diuiſ.§.ſi quis à non domino.* Bald. in *l.ſi traditio,*

3 *in 12.q.C.de act.empt.*Alex.*conſil.*18 o.*lib.*2.Aret.*conſil.*159.† Amplia,
quia ſegetes, & vinum dicuntur fructus induſtriales. Bart. *conſil.*
4 125.*Quæſtio talis eſt,lib.*1.† Amplia in oliua, quia dicitur fructus in-
duſtrialis,quia hominis induſtria requiritur. Bart.*d.conſil.*125.*n.*2.
5 *lib.*1.vbi apoſt.dat conc.in *ver.oleo.*† Amplia in lacte,lana,& ſimili-
bus,quia ſunt induſtriales,ex quo plurimum requiritur hominis
induſtria.Bart.*in d.l.ex diuerſo n.*2.*ff. de rei vend.* ſequitur apoſt. vlti-
6 ma,ad Bar.*d.cōſ.*125.*li.*1.† Generaliter induſtriales fructus dicũtur,
quos hominis cura cooperante natura parat, prout ſegetes, oli-
7 ua,vinum,& ſimilia. Alex.*conſ.*56.*In præſenti.n.*8.*&* 9.*li.* 4.† Vſuræ
etiam largo modo ſunt induſtriales; quia proueniunt ex nego-
8 ciatione,& induſtria. Alex.*conſil.*144 *Circa primum,n.*7.*lib.*5.† Ci-
uiles fructus, prout penſio domus, vectura nauis,& animalium,
ſunt induſtriales,quia conſiſtunt in induſtria.Bart.*d.l.ex diuerſo. in
princ.ff. de rei vend.* vbi, ꝙ ex prouiſione hominis quæruntur, & ꝑ-
cipiuntur,Bald.*in d.l.ſi traditio.in* 12.*q. C. de act. empt.* Alex. *d. conſil.*
18 o.*lib.*2. Aret.late in *d. §.ſi quis à non Domino, Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi
multum diffuſe diſtinguit. Alex.*conſil.*56.*n.*9. *lib.*4. vbi, ꝙ penſio-
nes,& obuentiones,quæ occaſione rei percipiuntur,ſunt fructus
9 ciuiles.† Et de iſtis fructibus ciuilibus,qui ſunt affictus,iudicatur
ſicut de penſionibus,vt percepti ſpectent ad venditorem, perci-
piendi v.ſpectent ad emptorem.Cum.*conſil.*2 o.*Magiſter Anton.per*
10 *tot.* † Et magis ſequuntur naturam fructuum naturalium iſti fru-
ctus ciuiles,quam ꝙ ſequantur naturam vſurarum. Alex *d. conſil.*
11 144.*n.*7.*lib.*5.† Amplia; quia is, qui habitauit domum, dicitur ꝑ-
12 cepiſſe fructus domus,q ſunt ciuiles, *l. ſi is, qui.§.*1.*ff. de pign.*† Na-
turales fructus dicuntur,in quibus induſtria hominis non eſt ne-
ceſſaria.Bart.*d.conſil.*125.*lib.*2.& exemplificat in pyris,pomis,& a-
liis,in quib. parua induſtria verſatur,*in d.l.ex diuer.in pr.ff.de rei vēd.*
& dat exemplum in pomis,& ſimilibus. Bal. *in d. l. ſi traditio.in* 12.
*q.C.de act.empt.*Alex.*d.conſil.*18 o.*lib.*2.plenius,quam alius.Aret.in
*d.§.ſi quis à non Domino,Inſtit.de rerum diuiſio.*Aretin.*conſil.*159.*Lon-
ga eſt illa conſultatio.* Bald. *in l.*1.*C.de vſur.& fruct.leg.* Alex.*conſ.*56.*In*
13 *præſenti,n.*9.*li.*4.† Et in fętibus animalium, quia dicuntur fructus
14 naturales. Alex. *d.conſil.* 56.*n.*8. *&* 9.*lib.*4.† Amplia; quia operæ
ſeruorum ſunt fructus naturales. Bart. *d. conſil.* 125.*in fin.lib.*1.

Fructus ſequuntur dominum rei, & quando ſecus.
Concl.486.

1 BONA† legata patri pro filiabus,donec pater viuit,ipſe pater lu-
cratur fructus, eo mortuo ſpectant fructus bonorum ipſorũ
ad filias,pro quib. cantat legatum.Bald.*conſ.*23.*Quidam Salimbene,*
2 *n.*3.*ver.ſuper tertio,lib.*4.† Amplia,quia fructus bonorum recogni-
torum ab aliquo ſpectãt ad illum,à quo ſunt recognita. *l.ſi liqueat.
ver.nam quod vxor.C.de inoff.donat.*cum ibi not. ꝑ Bald.& Salyc. vbi
3 hoc expreſſe dicunt.† Extende,qa ſi colonus recognoſcat tenere
ad mei fauorem bona pro me, etiam ꝙ de fructib. nihil fuerit di-
ctum, intelligitur tamen promiſiſſe de fructib. reſpondere; quia
recognoſcens tenere pro alio cenſetur in conſequentiam pro eo
poſſidere,*l.ꝙ meo.ff.de acq.poſſ.* & conſequenter ſe obligare ad fru-
ctuum conſignationem,ꝙ eſt commodum poſſeſſionis,arg.*l.*3.§.
4 *ex contrario.ff.de acqu.poſſ.*† Amplia; qa dominus rei nũquam con-
demnatur ad fructus eiuſdem rei legatos,donec ſit requiſitus, id-
eo vſufructuarius non conſequitur fructus,ſi non petiit, neq; ca-
uit.Bald.*conſ.*342.*Statuto cauetur,lib.*3.*circ.med.ver.ſed ijs non obſtant.*
5 † Extende in alio legatario; qa non conſequitur fructus rei lega-
tæ,niſi poſſidens ſit in mora,& conſtet de dominio legantis.Alex.
6 *conſ.*39.*Viſis,in pr.lib.*2.† Extende; qa poſſidens rem legatam alteri
non tenetur ad fructus,ſi ignorat ꝓbabiliter legatum, qa ad con-
ſumptos non tenetur,ſed ſolum ad extantes. Alex.*d.conſ.*39.*in pr.*
7 *ver.de fruct.autem,lib.*2.† Reſtringe in filia, cui pater legauit minus
legitima cum onere,ꝙ plus non poſſit petere, quia ſi acceptat le-
gatum,& poſtea petat ſupplementum,debet etiam habere fruct⁹
ex mora re ipſa,ex æquitate *l. curabit.C.de act. empt.* ita Alex.*conſil.*
8 69.*n.*3.*&* 4.*lib.*1.† Amplia, quia domino competit rei vendicatio
ad fructus extantes, qui non p̃ſumuntur conſumpti intra trien-
nium,& commixti non dicuntur conſumpti.Alex.*conſil.*102. *Viſo*
9 *themate,n.*8,*& ſeq.ver.& ſi dicatur,lib.*6.† Extende, quia etiam fru-
ctus ꝑcepti, & conſumpti à malæ fidei poſſeſſore peti debent rei
vendicatione,ſecus ſi eſſent conſumpti cum bona fide. Alex.*dict.*
10 *conſ.*102.*n.*10.*ver,& tunc ſi mala fide,lib.*6.† Amplia,quia frater,qui
debet habere portionem bonorum hæreditatis, debet etiam ha-
bere fructus ſuæ portionis pro tempore,quo alii illos ꝑceperunt,
niſi donaſſet,ꝙ non p̃ſumitur.Bald.*conſ.*239.*Certo certius,circ.fi.lib.*
11 4.† Amplia,quia ꝙ naſcitur ex re mea,meum eſt.*§.qua ratione.Inſt.*
12 *de rer.diuiſ.*† Amplia in creditore agente poſt litem conteſtatam,
ſi pro eo feratur ſententia.*l.ſi fundus.§.in venditione.ff.de pign.l.fi.§.vt
fructus.ff.de his,quæ in fraud.cred.*Dec.& alii *in l.cum fundus ff.ſi certum
petat.*† Amplia,quia fructus ſequuntur dominum,Ang.de Peruſ. 13
*conſil.*9.*Item quod quicunque,n.*3. allegat *l. pecudum. ff. de vſur.* & ideo
ille, qui tanquam dominus conſequitur rem, conſequi debet et-
iam fructus rei à malæ fidei poſſeſſore. Ang.*conſil.*308.*Portio hære-
ditatis,in princ.*† Et ꝙ fructus rei ſint eius, cuius eſt dominium rei, 14
*l.*1.*&* 2.*C.de pign.act.l Iulianus.§.fructus.ff.de act.empt.*Afflict.*dec.*138.
*nu.* 2. quia ſunt acceſſorii ad dominium & proprietatem, *l.*1.*C.de
condict.indeb.l.debitori,in princ.ff.eodem.*Bart.& alii *in l.in fideicommiſ-
ſaria.ff.ad Trebell.*& idem Bart.*in l.*1.*col.*5.*ver.item reſpectu naturalium
acceſſionum.ff.de acquir.poſſ.*Ceph.*conſil.*181.*n.*14.*& ſeq.& conſi.*63.*&
conſil.*131.*n.*14.vbi late.*l.in fundo.§.ex diuerſo.ff.de rei vend.* Tiraquel.
*de retract.conuentio. §.*1.*gloſſ. vnic. n.* 34.*circa fin.ver.nam illud regulare
eſt.*† Extende in caſu notabili,teſtator legat vxori ſuæ viduæ, & fi- 15
liabus ſuis viduis habitationem domus, & vſum,& poſt mortem
vxoris, & filiarum legauit domum loco pio, fuit domus locata,
penſiones non poſſunt ſpectare ad filias; quia ſunt nuptæ,non vi-
duæ; non ad locum pium; quia ſub conditione mortis filiarum;
ergo ad hæredem ſpectant ratione dominii. Caſtr. *conſil.*115.*Viſo
teſtamento. nu.*3.*ver. ſecundo dubitatur,lib.*1.† Amplia; quia effectus 16
dominus rei ex titulo habili ad tranſlationem ſequuta traditio-
ne, prout in venditione emptor facit fructus ſuos. *l. qua ratione,in
princ.ff.de acquir.rer.dom.*Soc.*conſil.*17 o.*In præſenti conſultatione,n.*5.
*ver.ex quibus omnib.lib.*2.*l.fructus,*& ibi Bald.*C.de act.empt.*Vide,*Fru-
ctus pendentes rei venditæ ſpectant ad emptorem, & quando ſecus.* Concl.
495. † Extende,vt procedat etiam in promiſſione de vendendo, 17
quando eſt facta traditio,& ſolutum pretium,quia ſicuti habetur
fides de pretio; ita de cauſa,ſi habetur fides,transfertur dominiũ
ſequuta traditione.Soc.*d.conſil.*170.*in pr.lib.*2. Vide,*Venditio ex qui-
bus dicatur perfecta,* Concl.44.† Contrarium Alex.*conſil.*121.*n.*5.*lib.*4. 18
vbi *n.*9.dicit procedere, quando promiſſio de vendendo eſt non
ſimplex, ſed poſt certum terminum, puta 10. annorum, & idem
tenet Alex.*conſil.*119.*eodem lib.*4.ꝙ eſt conſilium Cumani 184.A-
lex.*conſil.*120.*In propoſita quæſt.lib.*4 *& conſil.*73.*col.*2.*lib.*2.† Imo et- 19
iam ſi non eſſet tranſlatum dominium, tenetur tamen venditor
ad damna,& intereſſe à die moræ, & interpellationis,damna au-
tem ſunt fructus hoc caſu.Soc.*d.conſ.*170.*n.*10.*ver.ſecũda principa-
lis,lib.*2.† Extende, quia venditor, q ſibi reſeruauit dominium rei 20
venditæ, donec ſoluatur ſibi pretium, debet habere fructus rei
venditæ pro rata pretii non ſoluti.† Reſtringe in venditione con- 21
ditionali; qa ſi conditio añullat contractum,fructus medio tem-
pore ꝑcepti non debentur emptori,*l.neceſſario,§.ꝙ ſi pendente.ff.de
peric.& commodo rei vend.*ratio eſt; qa conditio trahitur retro.Soc.
*d.conſ.*170.*n.*9.*ver.ad tertium.lib.*2.† Declara, vt non ꝓcedat reſtri- 22
ctio, quando venditio eſt pura, non conditionalis, & ex ea tranſ-
fertur dominium; qa licet cauſa ex poſt facto reſoluat contractũ;
interim tamen emptor facit fructus ſuos. Soci. q loquitur in caſu
ꝓmiſſionis de vendendo,& eſt facta traditio,& ſolutio pretii,ita
ꝙ bona ponantur ad cridas, & ſi impediretur venditio, fiat reſti-
tutio hinc inde, quia iſto caſu fructus debentur emptori. *d. conſil.*
170.*n.*9.*ver.aliquando,& ſecundo lib.*2.† Declara; quando ſtetiſſet ꝑ 23
venditorem, ꝙ conditio non impleretur; quia emptor conditio-
nalis conſequitur fructus. Socin. *d.conſ.*170.*n.*9.*ver.præterea.lib.*2.
† Declara; qa venditio facta ꝓ pretio declarando ꝑ Titium, & ſi 24
moriatur,ꝑ Vicarium Poteſtatis,dicitur pura, ex quo pretium eſt
certum ꝑ declarationem,& re tradita ꝑ venditorem lucratur em-
ptor fructus.Io.de Anan.*conſ.*19.*n.*12.*& ſeq.*vbi Bolog.*n.*21.*& ſeq.*
† Reſtringe; qa emptor non lucratur fructus ꝑceptos ante ꝑfe- 25
ctam venditionem,quia ſunt venditoris,*l.*2.q̃ incipit,*venditi.C.de
act.empt.*Alex.*conſ.*121.*n.*9.*lib.*4.† Declara, vt ꝑ Soc.*d.conſ.*170.*n.*5. 26
*ver.ſed præmiſſis*, vt procedat, quando non eſt ſolutum pretium,&
non tranſlatum dominium,alias ſecus,*li.*2. Vide, *Aliud eſt venditio,
aliud promiſſio de vendendo.* Concl.310.† Amplia,quia fructus bono- 27
rum debitoris debentur creditori à die adiudicationis. Affl.*deciſ.*
188.*ſi conuenitur*, & eſt ratio; quia ꝑ decretum adiudicationis fuit
tranſlatum dominium in eum, *l.*3.*C.de iure dom.impetr.l.ordo.C.de
exequut.rei iud.*ſicut in ſimili ſpectant ad emptorem poſt venditio-
nem,*l.fructus.*& ibi Bald.*C.de act.empt.*† Amplia; qa dominus ob- 28
ligatus dare, vel reſtituere alteri ſub conditione lucratur fructus
pendente conditione,nec tenetur illos reſtituere, gl. *in l.emptor.v.
ſuperfluum,in fi.ff.de rei vend.*quam ſingularem dicit Bald.*in l.domos.
ff.de leg.*1.*& in l.ſi Inſulam.§.*1.*ff.ſol.matr.*† Extende, vt ꝓcedat nedũ 29
in contractibus,ſed in legatis conditionalibus,*l. Licinnius Lucuſta,
in pr.*& ibi Bar.*ff.de leg.*2. *l.filium.* & ibi Bar.*ff.de opt.leg.*Bar.*in l.cũ fil.*
*§.Lucio Titio.ff.de leg.*2.† Reſtringe,niſi dies,vel cõditio ſit appoſita 30
fauore legatarii; qa trahitur retro. Bald.*in leg.*2.*§.ſed quia.C.comm.
de legat.*

31 de legat.Bald.& Im.in d.l.domos.ff.de leg.1.Amplia; quia emptor, cui
facta eſt traditio rei, lucratur fructus, ſi habita eſt fides de pretio,
& dicitur habita fides,ſi ſine ſolutione pretii fit traditio, vel ſi ap-
ponitur terminus ad ſoluendum.Lud.Bolog.in addit.ad conſil.Io.de
32 Anan.19.n.21.ver. circa vero.†Extende,etiam ſi venditio facta ſit ꝑ
pretio declarando per Titium, vel Titio mortuo per Vicarium
Poteſtatis, qa ſi eſt facta traditio,dicitur pura, & lucratur emptor
fructus rei traditæ,plene Io.de An.d.conſ.19.n.12.& ſeq.vbi Bolog.
33 n.21.vbi extendunt, etiam ſi poſt annum fiat declaratio.† In con-
trarium, ꝙ poſt añum expiret tale compromiſſum, Vide, Compro-
34 miſſum quando, & qualiter expiret.Concl.531.†Declara,qa in caſu du-
bitabili erit locus l.curabit.C.de act.empt.& ideo forte male conſu-
luit Io.de An.d.conſ.19.Cum tibi.apoſtil.Bolog.in fin.ver.ſecus.ſi non
adeſſet contentio de anno lapſo, vel forte, quia ibi conuentum e-
35 rat poſt añum, procedat extenſio.†Amplia in eo qui eſt grauatus
alteri reſtituere ſub conditione, quia ante euentum conditionis
facit fructus ſuos, & habens cauſam ab eo dicta conditione pen-
36 dente,nec compenſat in melioramentis.d.l.domos.ff.de leg.1.†Am-
plia in fideicomiſſario facta reſtitutione facto, vel verbo,aut non
facta,neq; expectata aliqua reſtitutione, quando bona fuerunt ꝑ
grauatum alienata; qa poteſt agere rei vendicatione,& eſt domi-
nus.l.vnic.§.ſin autem auaritiæ.C.com.de leg.Rūn.conſ.28.n.2.lib.5.
Bero.conſ.129.n.15.lib.2.Soc.Iun.conſi.129.n.16.lib.1.Pariſ.conſ.12.n.
37 115.lib.2.Crau.conſ.19.n.12.Meno.conſ.43.n.15.†Amplia; quia em-
ptor cum pacto retrouendendi quandocunq; facit fructus ſuos,
antequam retrouendat; quia interim eſt dominus.l.Herenn.Mode-
ſtin.ff.de vſur.& licet dicatur, cum pacto reſolutiuo, quando fit re-
trouenditio, non fit reſolutio primæ venditionis, ita vt retrotra-
hatur,ſicut dicimus in pacto legis comiſſoriæ.l.ſi res.§.ſi.cum l.ſeq.
ff.de in diem adiectio.ſed illa retrouenditio eſt noua venditio.l.pacta
conuenta.ff.de contrah.empt.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis.& ideo omnes
fructus percepti ante litem conteſtatam ſuper promiſſione de re-
trouendendo ſunt emptoris,nec computantur in pretio.l.Iulian.
38 §.ſi fructibus.ff.de act.empt.Angel.conſil.55.Ex pacto.in fin.†Reſtringe,
quando pactum de retrouendendo iunctis aliis redderet emptio-
nem vſurariam,ſeu ſimulatam, l.1.C.de pign.act.Cæpoll.de ſimulat.
39 contract.char.2.col.2.†Reſtringe in fructibus pendentibus; quia ſi
venditor offert pretium, quando fructus omnes pendent, fit di-
uiſio pro rata temporis.Cum.in l.qui Romæ,in pr.ff.de verb.obligat.&
in l.1.ff.de iure fiſci, vbi,quod de iure ſpectant ad offerentem emere
rem,& pretium, ſed de æquitate debent diuidi pro rata anni, ſe-
* quitur Iaſ.in d.l.qui Romæ, in fin.princ.& ibi*omnes moderni,qui
40 tuentur ab impugnatione Alex.& maxime Soc.ibi.†Contrarium
Alex.in d.l.Qui Romæ, ff.de verb.oblig.quia fructus pendentes ſunt
pars rei,l.fructus pendentes.ff.de rei vend.Iaſ.in l.cum filio.ff.de legat.1.
vbi allegat text.in l.penult.ff.quæ in fraud.credit. vbi, ꝙ pendentibus
fructib.vna res eſt tantum,non duæ; ergo ſi per oblationem pre-
tii fit retrouenditio fundi neceſſario cum fructibus, dicendum
eſt,pendentibus,ſed æquitas Cuman.non eſt ſcripta in hoc caſu;
igitur non eſt attendenda. Cyn.Bald.Alex.& Iaſ.in l.placuit.C.de
iudic.& quod æquitas debeat eſſe ſcripta in illo caſu, non deſum-
41 pta ex diuerſo.Bart.in l.ſi fideiuſſor.§.quædam.ff.mand.†Declarari
poſſet, ꝙ ex quo ſunt pendentes tempore emptionis, ſunt pars
rei; ideo declaratio procedat, vt infra, Concl.proxima ſeq.n.6.& ſeq.
42 †Declara multos caſus,vt per Boer.conſil.23.per tot.vbi caſus plu-
43 res facit.† Limita; quia emptor,qui non ſoluit pretium rei em-
ptæ,licet ſit dominus rei,tenetur ad ratam fructuum pro quanti-
tate pretii non ſoluti; quia æquitas non ſuadet, ꝙ habeat rem, &
44 pretium, l.curabit.C.de actio.empt.†Extende,vt procedat,etiam ſi
venditor promiſit dare fideiuſſorem de euictione, & ſit in mora,
Bald.in l.2.ver.denuo.C.de vſur.quem ſequitur Alex.conſil.31.in fin.
45 lib.6.†Contrarium tenet Bald.in l.1.n.5.C.de bonis mater.& Socin.
46 conſil.88.n.17.lib.4.dicit dubiam eſſe concluſionem.†Declara;
quia etiam ſi venditor ſit in mora, æquitas habet locum, ita Ca-
☞ gnol.in d.l.curabit.C.de action.empt.n.31.& ſeq.Vide plenius,Emptor
47 non debet habere rem & pretium.Concl.127.num.44.& ſeq.†Extende;
quia imo emptor, cui res fuit per conſtitutum tradita, ſi non ſol-
uit pretium,poteſt conducere à venditore rem emptam certo af-
fictu conuento, donec ſoluat pretium, & valet talis conductio.
l.ſicut emptio.§.1.ff.locati.ita Alexa.conſil.121.Viſis & ponderatis, in
princ.& per tot.lib.5.vbi, quod eſt caſus ſpecialis, in quo claudicat
contractus,& quod præualet locatio ea durante; quia licet con-
tradicant iſti duo contractus; quia conductor non eſt dominus,
neq; poſſeſſor; emptor vero cum conſtituto eſt dominus,& poſ-
ſeſſor,ſed ſuſpenditur dominium,& poſſeſſio durante locatione,
& n.4.dicit,quod iſta locatio ſubſtinetur ex ratione, d.l.curabit.C.
48 de act.empt.†Extende; quia d.l.curabit.C.de act.empt.non habet lo-
cum,quando emptori data eſt ſolutionis dilatio, tamen ſecus eſt,
quando conuentum eſt, ꝙ durante dilatione ſoluat aliquid pro
fructibus,ita Alex.conſil.121.n.4.ver.ad hoc bene facit, lib.5.†Exten- 49
de; quia in rebus ſtabilibus non cadit vſura,ſi carius vendantur,
dato termino, quia ſunt fructuoſæ; ſed in iis,q̃ conſiſtunt in pon-
dere,numero vel menſura, bene cadit vſura, ſi vendantur carius,
propter dilationem pretii. Alex.d.conſil.121.nu.4.& 5.ver.confirmo
per id,quod,lib.5.vbi apoſtill.in ver.carius,& in ver.concludit.dat con-
cord.†Extende; quia imo lapſo termino prorogationis ſoluendi 50
pretii, vel ſoluendi affictum pro fructibus, cenſetur facta proro-
gatio eodem modo,vel ſaltem tenetur emptor ad intereſſe, ex d.
l.curabit.C.de act.empt.ſiue non ſoluerit pretium,ſiue ſoluerit par-
tem; quia pro rata debet ſoluere intereſſe, vel affictum conuen-
tum.Alex.d.conſil.121.nu.6.lib.5.vbi nu.5. ꝙ abſurdum eſſet, ꝙ em-
ptor gauderet re,& pretio.†Contrarium tenet Abb.conſil.5.lib.1. 51
quando facta locatione fuiſſet poſtea facta venditio, & venditor
confeſſus eſt habuiſſe pretium; qa ſi ſoluit affictum,eſt vſura,vel
ſaltem ineſt ſuſpicio vſurarum,& ſic eſt caſus diuerſus, vt dicit A-
lex.d.conſ.121..in fin.lib.5.†Declara,imo Alex.d.conſ.121.in fi.lib.5. ꝙ 52
conſilium Abbatis 5.lib.1.non ſubſtinetur, imo apoſt.ad Alex.ibi
in ver.Abbas,dicit Abbatem male conſuluiſſe.†Extende,vt proce- 53
dat in caſu conuerſo; qa ſi emptor ſoluit pretium totum, vel par-
tem, tenetur venditor ad ratam fructuum, ſeu intereſſe, ſi rem
non tradidit. Soci.conſil.170.n.13.lib.2.†Extende,vt procedat,et- 54
iam ſi mota ſit lis emptori in limine contractus; quia donec reti-
net rem,& pretium,tenetur ad fructus pro rata pretii non ſoluti,
Cagnol.d.l.curabit.n.31.& ſeq.C.de act.empt.vbi dicit*comunem, *
licet alleget multa in contrarium, quæ videas.†Extende in dote; 55
quia ſi maritus ſuſtinuit onera matrimonii, tenetur debens do-
tem ad ratam pretii non ſoluti ad fructus,ſeu damna,& intereſſe.
Soc.d.conſil.170.in princ.& fin.lib.2.†Extende; vt per Cagnol.in d. 56
l.curabit.C.de act.empt.n.31.vbi ponit ſeptē ampliationes,& quin-
que limitationes.†Reſtringe; quia non habet locum d.l.curabit. 57
C.de act.empt.in pacto de vendendo.Dec.conſil.183.in fin.†Con- 58
trarium Soci.d.conſil.170.lib.2.†Declara; quia ſi pactum eſt ſim- 59
plex de vendendo,procedit dictum Socini, vt habeat locum d.l.
curabit.ſecus ſi pactum ſit de vendendo poſt 10.annos,vt loquitur
Alex.d.conſil.121.n.9.lib.4.Cuman.conſil.184.per tot.†Reſtringe in 60
emptore domus; quia ſi nec locauit,nec habitauit, licet pretium
non ſoluerit, non tenetur ad fructus, neque ad ratam fructuum.
Socin.conſil.132.lib.1.n.12.& ſeq.†Reſtringe quinq; modis de qui- 61
bus Cagn.in d.l.curabit.n.31.& ſeq.vbi ponit regulam cum ſeptem
ampliationibus, & quinq; limitationibus.†Limita; quia hæres 62
putatiuus, ſi percepit fructus hæreditatis ad eum non pertinen-
tis,non tenetur illos reſtituere,quando non eſt effectus locuple-
tior,vt quia illos conſumpſit in pios, vel alios vſus, ex quibus ni-
hil ſibi acquiſiuit. Bart.conſil.97.Factum proponitur,in fin.lib.2.

## Fructus rei petitæ non veniunt in condemnatione,niſi ſint petiti,& quando ſecus. Concl.

VIDE Socin.Reg.20.Fructus quando quis rem ſibi reſtitui petit,&c.
vbi limitat quinque modis.

## Fructus augent proprietatem, & quando non. Concl. 487.

FRVCTVS†hæreditatis augent hæreditatem, quia eſt quid vni- 1
uerſale. Soc.conſil.93.Circa primum,n.14.lib.1.†Reſtringe; quia 2
hæres grauatus reſtituere ex fideicomiſſo, quidquid ad eum per-
uenit, non tenetur reſtituere fructus perceptos medio tempore
poſt aditam hæreditatem,communem*dicit Surd.conſi.128.n.27. *
& ſeq.†Amplia, vt idem ſit in dote; quia dos eſt quid vniuerſale, 3
Soc.d.conſ.93.n.14.lib.1.†Amplia in legitima, vel ſupplemento le- 4
gitimæ, quia debentur fructus etiam à bonæ fidei poſſeſſore exi-
ſtente in mora re ipſa,& augent legitimam. Alex.conſ.69.n.3.lib.3.
†Amplia,quia vbicunque fructus ſunt pendentes,dicuntur pars 5
rei. Vide infr. proxime & in ver. Fructus pendentes rei venditæ ſpectant ☞
ad emptorem.Concl.495.†Amplia,quia fructus pendentes ſunt pars 6
rei, l.fructus.ff.de rei vendic.Iaſ.in l.cum filiofamilias,ad fin.ff.de legat.1.
Bart.in l.in Falcidia placuit.ff.ad l.Falcid.Caſtr.conſil.132.Videtur di-
cendum, in princ.lib.1.& plenius, conſil.266.Et dicendum, lib.2.†Et 7
per fructus pendentes redditur fundus maioris valoris.Bart.in d.
l.in Falcid.ff.ad leg.Falcid.†Extende,quia fructus pendentes in tan- 8
tum ſunt pars rei, vt ſi extet ſtatutum, ꝙ bona banniti deſtruan-
tur,debent deſtrui fructus pendentes,etiā pro parte coloni,licet
ſibi debeant refici.Boer.conſ.23.n.14.†Extende,quia fructus pen- 9

dentes in tantum ſunt pars rei, vt dicantur eſſe domini, donec pendent, non autem coloni. Signor. *conſil.84.In quæſtione,n.6.ver. prætereafructus*, vbi in princ. dicit hoc procedere, ſiue colonus ſit partiarius, ſine numis conducat, facit ad hoc *l. non ſolet.ff.locati.* ꝙ res locata remanet in dominio locatoris, & periculum fructuum pendentium eſt locatoris, *l.damnum.C.eod.*vbi Bartol.ad prædicta omnia. Ceph.*conſil.181.per tot.* & plenius Caſtr. *conſil. 266.per tot.*
10 *lib.2.* † In tantum eſt verum, ꝙ conductor non eſt dominus fructuum, anteq̃ perceperit eos, vt neq; poſſit ꝓ eis agere, niſi actione furti contra ſubtrahentem furto illos. Alex.*conſ.184.In cauſa &*
11 *lite, n. 6. & ſeq. lib. 6.* † Et ꝙ creditor habens hypothecatã rem & fundum habeat etiam obligatos fruct⁹ recollectos ex bonis hypothecatis, eſt tex.*in l.3.C.quib. ex cauſis pign.* Bart. *in l.aßiduis.C.qui potior.in pign.l.1.& 3.*& ibi Caſtr. *C.de pign.act.* Abb. *in c. 1. de vſuris.*
☞ Vide Concl.proxim.ſeq.vbi declaratur quoad fructus naturales.
12 †Reſtringe, poſtq̃ ꝑcepti fuerunt à tertio; quia in eis non datur hypotheca, neque aliquod interdictum ſine prædio. Alex.*d.conſil.*
13 *184.n.5.lib.6.*& declara, vt *in Concl.prox.ſeq.n.4. & ſeq.* † An autem dicantur pars rei ad hoc, vt includantur in ſtipulatione rei, tanq̃ rei, tam in actione perſonali, quam reali. Bart.& DD.in *l.ſi filius.§.*
14 *cum fundum.ff.de verb.oblig.*†Extende in tantum fructus pendentes dici partem fundi, vel rei, vt licet pars coloni dicatur ad eum ſpectare, tamen donec pendent, nullum ius in eis habet, qa ſunt pars rei; ideo non poſſunt ſequeſtrari ꝓ debito coloni, & ꝓ portione aliqua coloni; quia ante ſeparationem à ſolo, & diuiſionem non ſunt in aliqua parte coloni, *l.cum plures.§.meſſem ff.locati.* per quem tex.ita dicit Alex.*d.conſ.184.In cauſa.n 5.lib.6.*& Salycet.*in d.l.cum plures.§.meßem.ff.locati.*dicit, ꝙ fructus non efficiuntur coloni partiarii, donec fuerint diuiſi, & ſeparati à ſolo; & ideo non poſſunt ſequeſtrari, donec pendent, quia non ſunt ſui, ſed rei pars dicuntur.*l.fin.§.pen.ff.quæ in fraud.cred.l.ſi vſufructuarius meſſem.ff.quib.mod.*
15 *vſusfr. amitt.*†Extende; qa colono partiario non datur condictio furtiua, neq; alia condictio contra colligentem fructus ꝑdictos,
16 *d.§.meſſem.*ſed datur ſoli domino, *l.1.ff. de condict. furt.* † Reſtringe; quia bene datur colono actio furti; quia illa competit etiam ei, q non eſt dominus, cuius tamen intereſt furtum nõ fuiſſe factum.
17 *l.is, cuius.ff.de furt.l.ſi apes. in fin. & l.fullo.§.fragili.ff.de furtis.* †Reſtringe; quia ſi fiat furtum de ancilla, vel equa prægnante, bene datur actio furti, tam pro ancilla, quam pro partu. Caſtr.*conſil.132.*
18 *col.1.ver.in contrarium,lib.1.*†Reſtringe in partu ancillæ, quia non eſt partus pars ancillæ, niſi quoad edictum *de ventr.inſp.*ſed tamen operatur, quod ancilla carius emitur, ſed non dicitur pretioſior, prout fundus cum fructibus. Bart.*d.l.in lege Falcidia placuit.ff.ad le-*
19 *gem Falcid.* vbi dicit tenendum menti. †Reſtringe, quia licet fructus pendentes ſint pars rei, & propterea dum pendent, non dicantur res mobiles actu; tamen habitu dicuntur mobiles; quia de proximo ſperantur effici mobiles, & ad hoc ſunt deſtinati ſecundum ſuam naturam propriam; & ideo deſtinatio facta ad id, quod primo fuit, habetur pro facto. Caſtr. *d.conſil.132.col. ſecunda.*
20 *ver. Breuiter ego puto contrarium, lib.1.* † Item poſſunt fructus pendentes ſequeſtrari; quia de proximo reddituri ſunt ad ſuam pri-
ſumptos ante triennium, quo durare præſumuntur, incumbit onus probandi; quia in dubio intra triennium non præſumuntur conſumpti. Alex. *conſil.102.n.9.& ſeq.lib.6.& in l.pen.in col.fin.ff.ad leg. Falcid.*† Reſtringe reſpectu moræ, & augmenti æſtimationis contra moroſum; qa ſi debentur fructus in genere, tenetur moroſus ad augmentum æſtimationis vltra triennium. Vide, *Intereſſe totale, vel quanti plurimi Concl.307.n.16.& ſeq.*†Reſtringe; quia allegantí conſumptionem incumbit onus probandi. Alexan.*conſil. 102.n.9.lib. 6.* qui debet intelligi intra triennium, vbi dicit, quod per immixtionem non fit conſumptio fructuum.†Amplia; quia fructus triennii vſucapione acquiruntur, gl. in *l.ſequitur.§.fructus.* & ibi Bart.*ff.de vſucap.*idem Bart.in *l.3.C. quod met. cauſa.* Alex.Iaſ. & alii in *l.ſi me, & Titium.ff.ſi certum petat.* Curt.Sen. *conſil.71.col.5.* & eſt Balbus in *tract præſcript.in 4.parte quintæ partis princ. quæſt.35.* & eſt *communis opinio, & procedit ex ſolo titulo pro ſuo, nec alius titulus eſt neceſſarius, vt per Couarru. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 3. ver. quarta concluſio.* Roman. *conſil. 149. Concluſionem. in princip. col. 2.* vbi apoſtilla in *verbo, teneantur,* citat plurimos, & dicit communem, quod præſcribuntur triennio fructus acceſſorii, & ſuffi-

19 ſufficit pro bona fide titulus pro ſuo.† Amplia in pecunia, quia eſt
de iis, quę ſeruando ſeruari non poſſunt. *l. lex, quæ tutores. C. de admi-*
20 *niſtr. tutor.* Docto. in *l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell.*† Extende; quia
per lapſum triennii pecunia præſumitur conſumpta. Corn. *conſil.*
21 105. *Viſis col. fin. lib. 3.*† Extende in tantum, quod is, qui dicit non
conſumptam lapſo triennio, probare debet. Alex. in *l. non omnis. §.*
22 *ſi pupillus. ff. ſi cert. petat.*† Aliquando fructus non extant; quia ſunt
conſumpti; & tunc ſuccedit obligatio ad æſtimationem & valo-
rem ipſorum. Pract. Papien. *in forma libelli, in actione reali, verſ. & ſi*
*non extant in valore.* Pariſius *conſil. 113. lib. 4.* Baldus in *d. l. diuortio. §.*
*ob donationes, in fin. ff. ſoluto matrim.* Bart. in *l. ex diuerſo. §. vbi autem, in*
*fin. ff. de rei vendica.* & quando fuit probata quantitas fructuum &
valor eorum, iudex debet taxare ſecundum probata. Felin. in *c.*
*licet Heli. col. fin. de ſimon.* Alexan. *conſil. 6. & conſil. 34 & conſil. 62. lib.*
23 † E conuerſo, ſi ſpecifice debentur fructus, non venit æſtimatio,
niſi probentur conſumpti, vel quod illi fructus dari non poſſint,
arg. *l. nulli. C. de erog. milit. annon. lib. 12.* per Alex. *conſil. 72. Viſo proceſ-*
*ſu, col. 2. n. 3. lib. 5.* Bart. & alii in *d. l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut. ma-*
*trim.* Alex. *conſil. 102. Viſo ſupradicto, col. 2. ad med. lib. 6.* & ideo ſi te-
ſtator ſpecifice reliquit fructus talis prædii, illi debentur, dedu-
cta impenſa culturæ, quæ fit in colligendis fructibus. *l. fructus.* vbi
24 late Socin. *ff. ſolut. matrim.* † Limita; quia regulariter non præſu-
muntur fructus conſumpti ante lapſum triennii; ideo qui vult
inniti in conſumptione, vt ſit locus compenſationi, debet allega-
re, & probare conſumptionem. Bald. quem citat, & ſequitur Ne-
guſ. *de pignor. in 5. memb. quintæ partis, n. 213.* text. & ibi gloſs. in *l. cre-*
*ditor. § ſi inter, in verb. negetur. ff. mand.* per quam ita conſuluit Alex.
25 *d. conſil. 102. Viſo themate, li. 6. n. 9.*† Limita; quia fructus mixti non
dicuntur conſumpti. Alex. *d. conſil. 102. n. 10. lib. 6.* Vide, *Bona con-*
*ſumpta eſſe naturaliter qualiter probentur.* Maſcard. *Concl. 197.*

## Fructus fideicommiſſi ad quem ſpectent. Concl. 493.

1 FRVCTVS † percepti ante reſtitutionem fideicommiſſi ad gra-
uatum, vel eius hæredem ptinent, non autem ad ſubſtitutum,
niſi grauatus fuerit in mora. *l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.* vbi Bart.
& Caſtr. vbi, quod fructus non debentur negligentia non peten-
tis, niſi fideicommiſſarius interpellauerit grauatum, ſi præſens
fuerit, & ſi abſens, niſi proteſtatus fuerit, *l. omnibus. §. ſi ſeruum, qui*
*eſt §. l. ibi ſeq.* & ibi Alex. *ff. ad Treb.* idem Alex. in *l. in fideicommiſſaria.*
*col. 2. ver. in ea gloſſa,* ibi, *quando negligentia. ff. ad Trebell.* Corne. *conſil.*
*158. circa fin. lib. 3.* Caſtr. plene *conſil. 214. n. 3. ver. breuiter, lib. 2.* vbi,
quod ratio eſt, ne grauatus compellatur fungi officio procurato-
2 ris pro fideicommiſſario. † Et dicuntur percepti per grauatum,
quando ipſe fecit quietantiã colono debitori, nec tenetur hæres
grauati reſtituere. Caſtr. *d. conſil. 214. col. pen. n. 4. ver. circa quartum,*
3 *lib. 2.* † Extende, quia fructus fideicommiſſi non ſunt reſtituendi
in odium, & culpam negligentis petere. Corne. *conſil. 60. In hac*
4 *conſultatione, col. 1. ver. licet enim, lib. 4.* † Declara plene, vt per Caſtr.
*d. conſil. 214. Super primo. lib. 2. per tot.* maxime *n. 3. ver. breuiter.* vbi, ꝙ
grauatus pure reſtituere lucratur in odium non petentis fructus,
in quibus aliqua induſtria interuenit, vel contrahendo, vel exi-
gendo; quia eſt lucrum odioſum; ideo non lucratur, vbi indu-
ſtriam non fecit; ſi vero eſt grauatus ſub conditione, vel in diem,
5 illos lucratur iudicio teſtatoris. † Declara, vt plene per Ang. *conſil.*
6 331. vbi ponit regulam cum ſuis declarationibus. † Extende; quia
hæres grauatus reſtituere, lucratur fructus, & penſiones ꝑ colo-
nos debitas, licet dies ſolutionis nondum venerit, quando fruct⁹
ſunt recollecti ꝑ colonos, ne ſit deterioris conditionis, q̃ eſſet v-
ſufructuaria, q̃ lucraretur. Caſtr. *conſil. 214. n. 3. ver. breuiter, lib. 2* vbi
loquitur, etiam ſi teſtator dixit, quod diſponat de ꝑceptis fructi-
bus; quia non ſequitur, ſi non exegit, non diſponat, quando non
7 ſtetit per eam; & loquitur quando pauperes ſunt ſubſtituti. † Ex-
tende; quia ad euadendam fructuum condemnationem non ſo-
lum ſufficit bona fides, ſed etiam ꝙ abſit mala fides. Affli. *dec 240.*
Felin. in *c. de quarta, de præſcript.* Bald. in *l. Celſus. ff. de vſucap.* imo ti-
tulus erroneus excuſat à fructibus. Curt. Iun. *conſil. 28. col. 2. in fin.*
8 † Declara; quia fideicommiſſarius lucratur fructus ꝑceptos poſt
aditam hæreditatem, ſi non fuit in mora reſtituendi; fructus vero
perceptos ante aditam hęreditatem, vel exiſtentes tempore mor-
tis teſtatoris, reſtituit. Rom. *conſ. 276. Viſis dubijs. n. 5. ver. quoad ſex-*
9 *tum.* † Reſtringe in legatis, & fideicommiſſis particularibus; quia
debentur à die mortis grauati. *l. à Titio. ff. de furt.* etiam ſi legatarius,
aut fideicommiſſarius particularis non petierit. *l. Herennius. la pri-*
*ma. ff. de vſur.* vbi Bart. Ang. & Salyc. & declarat Corne. *conſ. 200. n.*
*6. & ſeq. lib. 4.* Soc. Iun. *conſ. 182. nu. 19. ver. de alia etiam nunc quæri-*
10 *tur. lib. 2.* † Declara; quia fructus rei legatæ debentur à die aditæ
hæreditatis, *d. l. Herennius la prima. ff. de vſur.* Corn. *d. conſil. 200. n. 7.*
*lib. 4.* Bero. *q. famil. 62. n. 3.* Pariſ. *conſ. 49. n. 34. lib. 2.* † Declara reſtri- 11
ctionem, quando hæres grauatus ignorauit legatum; vel fidei-
commiſſum; quia propter bonam fidem, & iuſtam ignorantiam
excuſatur. gl. in *d. l. Herennius.* per tex. in *l. quæſitum. ff. de acq. rer. dom.*
& ſequitur ibi Salyc. & Soc. *d. conſil. 182. nu. 21. lib. 2.* Corn. *in l. fi. C.*
*de vſur. & fruct. leg.* † Et in dubio præſumitur ignorantia fideicom- 12
miſſi in eo, ꝗ ſucceſſit ab inteſtato ipſi grauato. DD. in *l. qui Romæ.*
*§. duo fratres. ff. de verb. oblig.* & propterea non tenetur ad fructus,
niſi à die litis conteſtatæ. † Limita; quia fructus fideicomiſſi be- 13
ne debentur à die litis conteſtatæ; quia ab illo die fideicommiſ-
ſarius fuit in mora grauatus reſtituere, & in mala fide, *d. leg. in fidei-*
*commiſſaria. ff. ad Treb.* & malæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutio-
nem fructuum, *l. 2.* vbi Bar. & alii. *C. de fruct. & lit. expen. l. videamus.*
*§. 1 ff. de vſuris.* Affl. *dec. 188. ver. dicebatur. l. 1. & fin. C. de vſur. & fruct.*
*leg.* Ang. *conſil. 131. Pro conſultationis, in princ.* Socin. *conſil. 42. Pro deci-*
*ſione, ad fin. lib. 3.* Aretin. *conſil. 155. Diligenter viſis, in fin.* † Extende; 14
quando fuit in mora reſtituendi grauatus. *l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad*
*Treb.* vbi Bart. & Caſtr. † Extende; ꝗa imo à die porrectæ petitio- 15
nis debentur; quia tunc magis dicitur ꝑcepiſſe mora non reſtitu-
entis, q̃ negligentia non petentis. Bart. *conſil. 53. Picaredus, in fi. lib. 1.*
allegat *l. fin. § ſi ei. ff. ad Trebell.* † Extende; quia per litis conteſtatio- 16
nem efficitur malæ fidei poſſeſſor, qui tenetur ad reſtitutionem
fructuum indiſtincte. *l. certum. C. de rei vendic.* † Contrarium, quod 17
eo ſolo, quod retinet grauatus bona ſine titulo, debet reſtituere
fructus fideicommiſſi. Caſtr. *conſil. 197. in fin. lib. 2.* quod eſt Sallu-
ſtii de Monte Murcino, & Abb. Siculi, ſed neceſſario intelligi de-
bet à die moræ; niſi dicas, prout idem Caſtr. *conſil. 199. col. 3. in pr.*
*lib. 2.* quia percipiens fructus rei alienæ ſine titulo videtur perci-
pere nomine Domini, prout vendens rem alienam. Vide, *Fidei-*
*commiſſarius quando teneatur reſtituere fructus perceptos. Concl. 277.*

## Fructus feudi ad quem ſpectent, & quem ſequantur. Concl. 494.

FRVCTVS † feudi, ſi ſunt à fundo ſeparati, ſunt allodiales, & ſpe- 1
ctant ad ſuccedentes ab inteſtato, nõ ſecundum naturam feu-
di, in qua coniunctio materna non attenditur, ſed ſecundum na-
turam aliarum ſucceſſionum, in qua attenduntur vtrinq; coniun-
cti. Bald. *conſil. 170. Ad euidentiam, n. 3. ver. donec tamen ſciatur. lib. 2.*
Sign. *conſil. 12. In caſu per vos, in pr.* † Extende; quia fructus recolle- 2
cti per defunctum ſunt hæreditarii, & non regulantur ſecundum
naturam feudi, ſed tranſeunt ad quoſcunq; ſuccedentes. Signor.
*d. conſil. 12. in prin.* † Extende in penſionibus debitis occaſione fru- 3
ctuum feudalium iam perceptorum; quia licet nondum venerit
dies ſolutionis, tamen ſpectant ad hæredes feudatarii, non ad do-
minum feudi, ad quem feudum reuertitur. Petr. Anch. *conſil. 193.*
*Subtiliter, & plene.* † Extende, etiam ſi extet ſtatutum, ꝙ fructus 4
feudi debeantur hæredi feudatarii mortui poſt Cal. Martii, vſque
ad menſem Auguſti; quia adhuc penſio ꝓ fructibus ꝑceptis ꝑ co-
lonum, licet ſit longe poſt menſem Auguſti maturata, debetur
hæredibus; quia fingitur percepta, & debita tempore fructuum,
quorum cauſa debetur. Anch. *d. conſ. 193. per tot.* vbi multa. † Exten- 5
de; quia imo de iure feudorum fructus ſpectant ad hæredes feu-
datarii defuncti poſt Cal. Martii, vt eſt tex. in *c. 1. §. vaſallus, in ſecun-*
*co caſu. tit. hic finitur lex, deinde incip. conſuetud. Regni.* plene Ang. Aret.
*conſ. 41. In hoc artic. in fin. n. 37. ver. quantum ad aliud.* † Amplia in con- 6
ceſſione feudi; quia veniunt condemnationes, & confiſcationes
non exactæ; quia ſunt fructus iuriſdictionis. Bald. *conſil. 307. Pun-*
*ctus quæſtionis, per tot.* maxime *in fin. lib. 4.* † Limita in fructibus pen- 7
dentibus, prout ſunt confiſcationes non exactæ, quæ dicuntur
pendentes; ideo ſpectant ad inueſtitum de feudo cum omnibus
iuribus, Bald. *conſi. 306 n. 307. Punctus quæſtionis, li. 4.* † Extende, vt 8
idem ſit in fructibus omnibus feudalibus recollectis per obitum
feudatarii; quia illi ſpectant ad eos, ad quos ſpectat feudum, non
autem ad hæredes defuncti. Signor. *conſil. 12. n. 2. ver. ſecundo caſu,*
*vſq; in fin.* † Declara; quia ſi feudatarius moriatur ante Cal. Mart. 9
& feudum ad dominum deuoluatur, vera eſt extenſio; ſi v. mo-
riatur poſt Cal. Martii, omnes fructus colligendi vſq; ad Calend.
Auguſti ſunt hæredum. Cuman. plene *conſil. 100. Quædam poſſeſſio.*
*in fin. ver. ad vltimum,* vbi plene declarat; ſed extenſio procedit,
quando non deuoluitur feudum, ſed continuat in alios inueſti-
tos. † Extende, quia confiſcationes factæ ante conceſſionem feu- 10
di, & non exactæ ſpectant ad feudatarium. Crauett. *conſil. 128. n. 5.*
Vide, *Feudatarius eſt vtilis dominus, & ad eum ſpectat vtilitas feudi. Con-*
*cl 208.* Vide, *Fructus pendentes rei venditæ ſpectant ad em-*
*ptorem, & quando ſecus. Concl. prox. ſeq.*

Fructus

## Fructus pendentes rei venditæ ſpectant ad emptorem, & quando ſecus. Concl. 495.

1 FRVCTVS † pendentes rei venditæ ſpectant ad emptorem; quia
quicquid eſt tempore traditionis in re vendita, efficitur em-
ptoris, in quem transfertur dominium. *l. fructus. ff. de rei vend. l. Iu-
lianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt.* Bart. in *l. fin. §. fin. ff. de iure fiſci. ver.
& ideo dic.* plena apoſt. ad Roman. *conſil.* 10. *Quæſtionis propoſitæ, per*
* *tot.* vbi apoſti. magna dat concord. & dicit* communem. Iaſ. in *l.
cum filiusfam. n.* 179. *ff. de leg.* 1. Alex. *conſil.* 184. *In cauſa, & lite, in prin.*
2 *lib.* 6. † Extende, vt idem ſit in redemptione; quia tenetur reuen-
dens ad fructus extantes, ſed pro rata temporis. Boer. *conſil.* 23. *per*
3 *totum*, vbi declarat multos caſus. † Extende, etiam ſi ſint maturi
4 quantumcunque. *d. l. Iulian. § ſi fructib. ff. de act. empt.* † Extende; qa
mortuo emptore tranſeunt ad eius hæredem tam pendentes,
quam poſtea collecti; quia augent hæreditatem defuncti. *l. item
veniunt. §. non ſolum. ff. de pet. hæred.* Bart. in *l. ex diuerſo. ff. de rei vendic.*
5 Bald. *in l.* 1. *n.* 12. *C. de vſuris.* † Amplia; quia fructus pendentes di-
cuntur pars rei. Vide, *Fructus augent proprietatem. Concl.* 487. *n.* 6. *&*
6 *ſeq.* † Amplia, vt procedat etiam in venditione facta via iudiciali
7 iure creditoris. Cum. *conſil.* 20. *Magiſter Anton. in pr.* † Amplia; quia
procedit in diuiſione; quia diuiſis bonis fructus ſequuntur præ-
8 dium; in quo pendent; quia diuiſio eſt ad inſtar alienationis. Vi-
de, *Diuiſio quid ſit proprie, & large, & quid importet. Concl.* 521. † Am-
9 plia in fructibus ciuilibus, hoc eſt, in affictibus; quia iudicatur de
illis, ſicut de fructibus, quorum occaſione ſoluitur penſio, vt pro
fructibus pceptis debeantur affictus venditori, pro percipiendis
debeantur emptori. Cum. *d. conſil.* 20. *M. Anton. per tot.* ꝙ intellige
in emptore à priuato, in quem non tranſit ius coloniæ. Bart. in *l.*
* *fin. §. in fin. ff. de iure fiſci*, & communem* dicit ap. ad Rom. *conſil.* 10.
10 *in ver. veritas.* † Declara; qa imo habens loca montium, ſi illa tranſ-
ferat in collegium, cenſetur tranſtuliſſe cum omnib. acceſſionib.
non exactis p transferentem, ita vt etiam præteritæ acceſſiones
ſpectent ad collegium. Rom. *conſil.* 135. *Circa deciſionem.* vbi allegat
tex. in *l. nomen debitoris, in pr. & in ver. item. ff. de legat.* 3. & apoſtill. ad
11 Rom. ibi in *ver. caſus, quem.* dat concor. † Amplia in retrouenditio-
ne, q̃ fit ſtante pacto de retrouendendo, ꝙ declara, vt ſup. *Fructus
12 ſequuntur dominum rei, & quando ſecus. Concl.* 486. † Amplia in fru-
ctibus induſtrialibus, puta ſeruorum; quia ꝓ operibus preteritis
commodum eſt emptoris, ꝓ futuris poſt venditionem commo-
dum eſt emptoris. Bart. *d. l. fin. §. fin. verſ. quandoq; ex re. ff. de iure fiſci.*
13 † Amplia in reſtitutione fideicommiſſi; quia fructus pendentes
veniunt in reſtitutione, ex quo ſunt pars rei. Ang. *conſil.* 331. *An in*
14 *reſtitutione, in princ. verſ. fallit autem.* † Amplia in conceſſione feudi
cum omnibus iuribus; quia veniunt condemnationes, & confi-
ſcationes non exactæ, ex quo ſunt fructus iuriſdictionis penden-
tes. Bald. *conſil.* 307. *Punctus quæſtionis lib.* 4. *per tot.* maxime *in fi.* Vide,
15 *Fructus feudi ad quem ſpectent. Concl. prox. præced.* † Amplia; quia non
debet venditor gaudere re, & pretio, & idem in emptore. *l. cura-
bit. C. de act. empt.* & eandem legem ad venditorem extendit Soc.
*conſil.* 170. *n.* 13. *ver. ſecundum principale. lib.* 2. Vide, *Fructus ſequuntur
16 dominum rei, & quando ſecus. d. Concl.* 486. † Extende, vt procedat etiã
ratione patris pretii ſoluti, quia ratam fructuum lucratur emptor
ſoluens. Alex. *conſil.* 121. *in pr. lib.* 4. ꝙ duplicatur *conſil.* 73. *lib.* 2. Vide
plenius p Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de empt. & vend. Concl.* 3. *Emptor, qui par-
17 tem pretii.* † Extende, vt procedat tam in venditione, quam in pro-
miſſione de vendendo ſoluto pretio; quia non debet venditor
habere rem & pretium, ſed fructus ſunt emptoris ex æquitate, et-
iam ſi dominium non eſſet translatum. Soc. plene *d. conſil.* 170. *nu.*
18 13. *vſq; in fin. lib.* 2. † Extende, vt procedat in eo, qui emit nomine
ſuo, & fratris, ſeu ſocii; quia p̃ſumitur de ſuo ſoluiſſe pretium; &
ideo ſi poſt multos annos frater, vel ſocius petet rem cum fructi-
bus, poteſt ab eo peti rata pretii pro eo ſoluti, & intereſſe, ex *d. l.*
* *curabit. C. de act. empt.* cõmunem* dicit Alex. *conſil.* 77. *Viſo proceſſu,*
19 *per tot.* maxime *n.* 12. *ver. nunc reſtat. lib.* 6. † Extende imo; quia vnus
filius, qui recuperat pecuniam à patre defuncto, ſi rediens petit
diuiſionem bonorum, & ratam ſuam bonorum, ex quo tenetur
cõmunicare pretium habitum, tenebitur etiam pro rata ad inter-
eſſe in compenſationem fructuum ex *d. l. curabit. C. de act. empt.* a-
20 poſt. ad Alex. *d. conſil.* 77. *n.* 12. *in ver.* ꝙ *ſic. lib.* 6. † Extende; quia in
omnibus caſibus, in quib. maritus lucratur fructus dotis tam an-
te matrimonium, quam poſt, quando onera ſubſtinuit; ita lucra-
tur emptor ante pfectam venditionem, vel poſt, ſi ſoluit pretiũ;
21 quia à pari procedunt. Socin. *d. conſil.* 170. *n.* 13. *vſq; in fin. lib.* 2 † Re-
ſtringe, vt non procedat ante pfectum contractum, quando non
præceſſit cauſa, vel titulus habilis, prout promiſſio de vendendo
non ſimplex, ſed inde ad decem annos. Alex. *conſil.* 121. *Viſo thema-
te ſupradicto, per totum*, maxime *nu.* 9. *lib.* 4. Cum. *conſil.* 184. *incip.*
1359. *die* 5. *Aprilis*, quod eſt repetitum per eundem Alex. *conſil.* 119.
*lib.* 4. † Reſtringe in pignore; quia non lucratur fructus. Alexan. 22
*d. conſil.* 121. *n.* 2. *ver. in contrarium. lib.* 4. *& conſil.* 120. *per totum*, vbi,
quod potius effectus, quam verba, debet inſpici. *l.* 1. *&* 2. *C. de pign.
actio.* † Reſtringe in venditione feneratitia, vel in fraudem vſura- 23
rum. Alex. *conſil.* 121. *n.* 2. *ver. in contrarium. lib.* 4. Cum. *d. conſil.* 184.
*per tot.* quod eſt repetitum ab Alexand. 119. *eodem lib.* 4. † Amplia; 24
quia fundo vendito nulla alia facta reſeruatione per venditorem
omnes fructus veniunt in venditione etiam quoad partem co-
loni. *l. Iulianus. §. fructibus*, & ibi Doct. *ff. de act. empt.* Rom. *conſ.* 309.
*Videtur prima facie.* Vide, *Colonus partiarius dicitur ſocius, & qualiter
fructus diuidat. Concl.* 464. Vide, *Conductor an poſſideat, & quam poſ-
ſeſſionem habeat. Concl.* 604. † Extende; quia in venditione veniunt 25
fructus etiam pro parte coloni, quando non adeſt colonus etiam
ſi venditor ſibi reſeruaſſet partem coloni; quia ſi non adeſt co-
lonus, reſeruatio nihil releuat. Angel. in *l.* 4. *§. ſi in venditis. ff. quibus
mod. pign. vel hypoth. ſoluitur.* † Reſtringe, niſi emptor ſciuiſſet in re 26
empta eſſe colonum partiarium; quia tunc venditor intelligitur
vendidiſſe ſolum ius, quod habet in fructibus pendentibus, & ſic
ſolum partem ſuam, vt declarat Iaſ. in *l. cum filiofam. in fin. ff. de leg.* 1.
ſecus ſi ignorabat, & in dubio præſumitur ignorantia, vt ibi per
eum. † Declara tamen; quia eo caſu, quo emptor percipit omnes 27
fructus, competit colono actio perſonalis pro ſocio contra ven-
ditorem ex conducto pro medietate ſua, q̃ non poteſt compete-
re contra emptorem; quia eſt ſingularis ſucceſſor. *l. fin. §. ſi cum ſi-
milib. ff. de contrah. empt.* tradit Iaſ. *in d. l. cum filiofam. in fin. ff. de legat.* 1.
† Amplia etiam in re incorporali vendita; quia fructus penden- 28
tes ſunt emptoris, & fructus percepti venditoris, prout in vendi-
tione decimarum loquitur Alex. *d. conſil.* 184. *in princ. lib.* 6. † Am- 29
plia; quia fructus iuriſdictionis, & qui renaſcuntur, aſſimilantur
pendentibus, licet ſit facta condemnatio; quia donec ſint exacti,
ſunt pendentes. Bald. *conſil.* 307. *Quia Apoſtolicus in fin. lib.* 4. vbi, ꝙ
ſpectant ad ſucceſſorem, & quod non dicantur ſeparati à ſolo, i-
dem Bald. *conſil.* 419. *Dominus Noſter Papa, eod. lib.* 4. ſequitur Crau.
*conſil.* 128. *n.* 6. † Extende, vt idem ſit in fructibus, quos occupans 30
bona Eccleſiæ tenetur reſtituere ex condemnatione facta; quia
donec ſint exacti, dicuntur pendentes, & non ſpectant ad hære-
des defuncti, ſed ad ſucceſſorem exigentem, ſecundum p̃dicta.
† Extende idem in omnibus emolumentis, puta prothocollorũ; 31
qa ſi non exacti ſunt, pendentes dicuntur, & debẽtur ſucceſſori.
Soc. *conſil.* 100. *per tot. lib.* 1. † Limita; quia fructus rei venditæ per- 32
cepti ante pfectum contractum ſpectant ad dominum. *l. venditio-
nis, la prima, in fi. C. de act. empt.* Soc. *conſ.* 170. *col.* 3. *v. primum* ꝙ. Alex.
*d. conſ.* 184. *In cauſa, & lite, in princ. li.* 6. † Extende, etiam ſi emptor, 33
qui ſolum partem pretii ſoluit, omnes fructus percepit; quia te-
netur ad intereſſe pretii non ſoluti. Vide plene; *Emptor non debet
habere rem, & pretium. Concl.* 127. † Reſtringe, quando pretium, vel 34
pars illius eſſet ſoluta p emptorem, licet contractus non eſſet p-
fectus, & nondũ tradita poſſeſſio; quia pro rata ſoluti pretii debet
fructus conſequi, licet non acquiſiuerit dominium. Bar. in *l. ſi ſtu-
las. §. qui fundum ff. de act. empt.* per *l. fin. ff. de fundo dotal.* Fulg. *d. §. qui
fundum.* Bart. in *l. Iulianus. §. afferri. ff. de act. empt.* Bald. late in *l. ſi tra-
ditio, vndecima quæſt. C. eodem.* vbi, quod lucratur, non ex dominio,
non ex mora, non ex poſſeſſione, ſed ex generali æquitate, ne ven-
ditor locupletetur cum iactura emptoris. † Limita in affict. h. q. 35
ſoluuntur ꝓ fructibus; quia ſi ſunt fructus leuati, licet penſionis
ſoluendæ dies non venerit; tamen ſunt venditoris; ſi vero ſunt
pendentes, ſunt emptoris, ita apoſt. ad Roman. *conſil.* 10. *Quæſtionis
propoſitæ*, dicit* communem, plene Alexand. *conſil.* 28. *in princ. lib.* 1. *
& communem* dicit Couarr. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 15. *n.* 12. Ferret. *
*conſil.* 118. *col. fin, & conſil.* 151. *in fin.* † Contrarium tenet Roman. *d.* 36
*conſil.* 10. *in fin.* quod ſi nondum venit dies ſolutionis tempore
venditionis, ſolutio debet fieri emptori. † Extende, vt procedat, 37
etiam ſi pars fructuum ſit pendens & pars percepta; quia affi-
ctus, quorum dies nondum venit, diuiduntur ꝓ rata fructuum,
vt pars reſpectu perceptorum ſit venditoris, alia pendentium ſit
emptoris, communem* dicit eadem apoſtilla ad Rom *d. conſ.* 10. *
& quod pendentes ſint emptoris, idem Roma. *conſil.* 309. *n.* 2. vbi
apoſt. in *ver. alienationem*, dat plures concord. † Limita in emptore 38
à fiſco, vel ab alio, quando emptor tenetur ſtare colono, & in eo
tranſit ius coloniæ; quia ipſe emptor habebit affictus nõdum ſo-
lutos, quorum dies nondum venit, etiam ſi fructus eſſent pcepti.
*l. fin. §. Triphonino. ff. de iure fiſci*, vbi Bart. *circa finem. ver. quandoq; in re.*
† Extende in omnibus caſibus, in quib. emptor tenetur ſtare co- 39
lono; quia affictus nondum maturi, etiam ſi fructus ſint pcepti,
ſpectant ad emptorem, maxime ſi in venditione ceſſa ſunt omnia
iura

40 iura emptori, vt fieri ſolet. Cuma. d. conſ. 20. per tot. † Declara ta-
men, quod ſi affictus eſſent diſtincti, vt quia pro grano ſoluitur
certa quantitas, pro vino alia quantitas ſeparata; tunc affictus
prædicti ex æquitate non deberentur emptori, puta pro grano
recollecto; quia limitatio habet locum, quando vnica penſio pro
omnibus fructibus ſoluebatur, & pars fructuum erat recollecta,
& pars non, ita ex æquitate dicit Cuma. d. conſi. 20. in fi. ver. ſatis ta-
41 men iuſtum, ſed non audet firmare pro abſoluto. † Limita in pro-
miſſione de vendendo; quia etiam ſi ſoluit partem pretii, non lu-
cratur fructus ante perfectam venditionem. Bart. in l. ſi pupillus. ff.
ad l. Falcid. Alexan. conſi. 73. col. 2. lib. 2. vbi, quod ex poſſeſſione non
42 lucratur fructus. † Contrarium Socin. conſ. 170. nu. 13. lib. 2. Vide,
Emptor non debet habere rem, & pretium. Concl. 127.

## Fructus rei legatæ ad quem ſpectent. Concl. 496.

1 HÆREDI † ſpectant fructus rei legatæ ante aditam hæredita-
tem, non autem legatario. gl. in l. quod ſi ſeruus. ff. de leg. 2. & te-
nent Cyn. & Bald. in l. fi. C. de vſur. & fruct. legat. & not. in l. baliſta. ff.
ad Trebell. Bald. in l. 1. C. commun. de legat. Vide, Legatum factum paupe-
ri ſi petierit, debetur, etiam ſi non petiit; quia ignorauit. Concl. 133. † Re-
2 ſtringe, vt non procedat in fructibus pendentibus in fundo lega-
to tempore mortis teſtatoris; quia tunc indiſtincte tãquam pars
fundi, & de ſubſtantia fundi pertinent ad legatarium, & ab eo
poſſunt peti, ſecundum Bald. in d. l. 1. C. de vſur. & fruct. legat. & in l. ſi
quis bonorum. ff. de legat. 1. Alex. in l. ſi filius. §. cum fundum. ff. de verb. obl.
& vide ad propoſitum Iaſ. in l. cum res. num. 6. & ſeq. ff. de leg. 1. † Re-
3 ſtringe, quando eſſet facta traditio per teſtatorem legatario, ſeu
eidem eſſet data licentia capiendi rem legatam propria authori-
tate; quia fructus etiam ante aditam hæreditatem ſunt legatarii.
4 Bald. d. l. fi. C. de vſur. & fruct. leg. † Declara reſtrictiones; quia in o-
mnibus caſibus, in quib. fructus ſpectant ad legatarium, intelli-
gitur ſolum de fructibus pro parte dominicali, non autem pro
parte coloni partiarii. l. fundi Trebatiani, vbi Bart. ff. de vſufr. legat. &
ratio diuerſa inter venditionem & legatum poteſt eſſe; quia in
venditione ſumus in contractu oneroſo, & in quo datur pretium
in recompenſationem fructuum; non mirum ergo, ſi veniunt o-
mnes fructus etiam non deducta parte coloni; ſecus in legato,
quod eſt mere lucratiuum & ſine onere, iuxta tradita per Iaſ. in l.
5 fructus. ff. ſolut. matrim. † Limita; quia ſi legatur pecunia mulieri ad
effectum, vt intra annum ematur fundus pro legataria, cuius fru-
ctus ſpectent ad eam, debentur fructus ex pecunia à die moræ, ac
ſi eſſet in fundum conuerſa; quia ex deſtinatione oblatur ad fa-
ctum, & conſequenter ad damna, & intereſſe. Ang. Aret. conſ. 1. n.
6 30. & ſeq. ver. nec obſtat quintum, per tot. † Limita; quia fructus pe-
cuniæ legatæ, & depoſitandæ pro dote non ſpectant legatariis,
niſi ſequuta interpellatione. Caſtr. conſ. 125. Viſo teſtamento. n. 2. lib.
7 1. quia non eſt in mora. † Extende, etiam ſi adſit terminus, & dies,
cum erunt nubilis ætatis; quia ex quo eſt incerta, non tenetur ad
fructus ante interpellationem, etiam ſi tam legatarius, quam hæ-
8 res ſint minores. Caſtr. d. conſ. 125. n. 2. lib. 1. † Extende, etiamſi adſit
dies certa ad petendum; quia eſt fauore legatarii. Caſtr. d. conſ. 125.
9 col. 3. lib. 1. † Extende, etiamſi hæres habeat pecunias fructuoſas,
puta in locis montium; quia ex quo teſtator legauit in genere,
poteſt dicere, ſi petiiſſes, ſoluiſſem de aliis pecuniis, quæ habebã,
non fructuoſis. Caſtr. d. conſi. 125. nu. 2. in fin. col. 3. lib. 1.

## Fructus quando dicantur percepti, etiamſi dies ſolutionis nondum venit. Concl. 497.

1 FRVCTVS † dicuntur percepti, quando reuera naturaliter ſunt
percepti, licet penſiones, quæ gratia percipiendorum fructuũ
ſoluuntur, nondum ſint ſolutæ; quia nondum forte venerit dies.
Bello. conſi. 3. circa fi. nu. 13. ver. non obſtat ſecundum; vſque in fin. Alex.
conſi. 28. Viſis & accurate, in prin. nu. 2. lib. 1. Anchar. conſ. 193. Subtiliter,
* & plene, per tot. plene apoſtil. ad Rom. conſi. 10. vbi dicit * commu-
* nem, prout communem * dicit Couar. lib. 1. var. reſol. c. 15. num. 12.
Alex. conſi. 15. nu. 13. & conſi. 82. nu. 16. lib. 2. quod eſt repetitum conſ.
40. lib. 3. ſequuntur Caccialup. de penſio. q. 25. & Gigas q. 53. Socin.
2 conſi. 100. in princ. lib. 1. † Vide omnino Boer. conſ. 23. per tot. vbi di-
3 ſtinguit plures caſus. † Amplia, ſiue agatur de venditione, ſiue de
locatione; quia ſemper attenditur, an fructus ſint pendentes, &
ſunt emptoris, vel conductoris, an ſint leuati, & ſunt venditoris.
Rom. d. conſi. 10. Quæſtionis propoſitæ. vbi apoſtil. dat concord. & di-
4 cit * communem eſſe opinionem. † Amplia, etiam ſi pars fru-
ctuum ſit leuata, & pars ſit pendens; quia penſiones ſoluẽdæ pro
fructibus, quarum penſionum dies nondum venit, ſpectant ad
emptorem pro rata fructuum pendentium, & venditori pro rata
perceptorum, communem * dicit apoſtill. ad Rom. d. conſi. 10. A- *
lex. conſi. 82. nu. 16. lib. 2. † Amplia in fructibus beneficiorum; quia 5
ſi ſunt leuati, licet penſionis dies non venerit, ſpectant penſiones
ad Prælatum, qui erat tempore leuationis fructuum, non autem
ad Prælatum, qui eſt tempore maturatę penſionis ſoluendæ. Ge-
min. conſi. 1. in fi. ver. ad tertiam. Vide, Fructus beneficiorum Eccleſiaſtico-
rum ſpectant ſucceſſori in beneficio, & quando hæredibus defuncti. Concluſ.
515. cum duabus conc. ibi prox. ſeq. † Extende, vt imo fructus benefi- 6
ciorum percepti in tantum ſint Prælati, qui erat tempore perce-
ptionis, vt etiam penſiones, quarum dies nondum venit, debeã-
tur hæredib. Prælati defuncti, quando de eis potuit teſtari. Alex.
conſi. 15. Reuerendiſſime Domine. n. 3. lib. 2. Ferret. conſi. 118. col. fi. & conſ.
151. in fi. n. 5. Gig. de penſio. q. 53. & communem * dicit Couar. var. re- *
ſolut. cap. 12. lib. 1. & communem * dicit apoſtil. ad d. conſ. Rom. 10. in *
ver. veritas. † Amplia in vſufructuario; quia pars fructuum perce- 7
ptorum eſt vſufructuarii, & eius, qui reſtituit non ex voluntate;
ideo penſiones nondum maturatæ pro rata perceptorum ſpectãt
ad illum, vel hæredes. Alex. d. conſi. 82. n. 16. lib. 2. † Amplia in fru- 8
ctibus feudalibus perceptis viuente feudatario; quia ſicuti ſunt
feudatarii, vel hæredum; ita etiam penſiones debitæ ex cauſa fru-
ctuum perceptorum, licet nondum venerit dies ſolutionis pen-
ſionis. Anch. conſi. 193. Subtiliter, & plene, per tot. † Amplia, etiamſi 9
fructus naturales ſint ſolum ſeparati, & non reconditi; quia non
ſunt ſucceſſoris ſecundum * communem. Couar. var. reſol. c. 15. nu. *
12. Soc. conſi. 100. in pr. lib. 1. † Limita in fructibus inſtrumentorũ, 10
& prothocollorum; quia niſi ſint exacti vere, ſemper ſunt pendẽ-
tes, & quid in fructibus iuriſdictionalibus, an commiſſo malefi-
cio ſint in fructu exercentis iuriſdictionem tempore cõmiſſi de-
licti, an exigentis, late Socin. d. conſi. 100. per tot. vbi multa pulchra
deducit. lib. 1. † Quid in fructibus, qui quotidie colliguntur, prout 11
hortorum & quid in fructibus, qui non colliguntur, niſi ſingulo
quinquennio, vel ſeptennio, prout ſyluarum cæduarum. Caccia-
lup. de penſio. q. 25. & Gigas q. 53. nu. 3. & ſeq. Vide, Penſionarius mor-
tuus quando tranſmittat ad hæredes. Concl. 267.

## Fructus percepti, & qui percipi potuerunt, & qualiter probentur. Concl. 498.

FRVCTVS † percepti; & qui percipi potuerunt, probantur ſecũ- 1
dum qualitatem temporum, & ſecundum qualitatem rerum
& agrorum vicinorum. Bald. conſi. 53. Remanentibus in communione,
in fi. lib. 1. † Et probantur coniecturis; quia ſicut valor rei colligi- 2
tur ex fructibus, qui percipiuntur; ita è conuerſo, & illud præſu-
mitur perceptũ, quod communiter conſueuit percipi. Bald. conſ.
323. Proponitur, quod dominus, in fine, lib. 2. † Iuramento etiam pro- 3
bantur contra adminiſtratorem, vel tutorem doloſum, ſi viuit;
non tamen contra hæredem eius. Angel. conſ. 308. Portio hæredita-
tis, n. 2. ver. ſuper alio. Vide, Iuramentum in litem duplex, & quando defe-
rendum. Concl. 538. † Amplia; quia poſſidens rem fructuoſam præ- 4
ſumitur fructus percepiſſe, & qui dicere vult contrarium, tene-
tur probare hanc negatiuam. Neguſant. de pign. in 2. membro 3. par-
tis, nu. 19. ver. ſed hic poſſet dubitari. allegat Bart. & alios in l. in illa ſti-
pulatione. ff. de verb. oblig. † Contrarium; quia imo debet probari, ꝙ 5
poſſeſſor perceperit fructus; quia non ſequitur; quis poſſedit; er-
go fructus percepit. Alex. conſ. 39. Viſis. in prin. vol. 2. † Declara; quia 6
ex re de ſui natura fructuoſa poſſidens præſumitur fructus perce-
piſſe; ſecus ſi non eſt res fructuoſa ſui natura. Bart. & alii in d. l. in
illa ſtipulatione. ff. de verb. oblig. ita declarat Neguſant. de pignor. in 2.
membro tertiæ partis pr. n. 19. ver. ſed hic poſſet dubitari. † Amplia; quia 7
debet fieri præciſa probatio illius anni, & temporis, in quo fue-
runt percepti fructus, de quibus agitur, & non ſufficit probatio
facta de aliis annis. Bald. in l. 1. in fi. C. de fruct. & lit. expen. † Extende; 8
quia dicenti plures fructus fuiſſe perceptos, incumbit onus pro-
bandi. Bald. in l. ſi fundũ, circa fin. C. de rei vend. † Extende; quia circa 9
probationem quantitatis fructuum magis releuat probatio ſpe-
cialis de illo anno, de quo agitur, quam generalis, & hoc caſu ma-
gis creditur duobus teſtibus deponentibus in ſpecie, quam mil-
le deponentibus in genere. Alex. conſ. 148. num. 4. lib. 2. Pariſ. conſil.
88. nu. 31. lib. 3.

## Fructus, qui percipi potuerunt, quando, & per quos debeantur. Concl. 499.

FRVCTVS † nedum percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt, 1
tenentur reſtituere, & de eis rationem reddere adminiſtrator
rerum pupilli, qui ſtetit in ſocietate cum pupillo. Bald. conſ. 53. Re-
manentib. in communione. n. 3. ver. ſecundo quæritur, lib. 1. † Amplia, vt 2
idem ſit in ſpoliatore; quia tenetur ad perceptos fructus, & qui
percipi potuerunt. Bald. conſ. 323. Proponitur, quod dominus, nu. 3. ver.

3 *deinde ſciendum eſt.lib.*2. † Declara tamen; quia licet ſpoliatus con-
ſequatur aduerſus ſpoliatorē fructus & expenſas; ſi tamen poſtea
in petitorio obtineat ſpoliator, facta reſtitutione, debet ſuccum-
bens in petitorio pariter condemnari ad omnes fructus, quando
eſt in mala fide, non attenta ſententia ſpolii. Rom.*conſ.*454. *In re-
præſenti, col.fi.* Abb. & Felin. poſt gl. *in c.ſignificauerunt, de teſtib.* Natt.
*conſi.*535.*nu.*12.*& ſeq.* Barbat. in addit. ad Abbat. *in c.grauis, de reſtit.*
4 *ſpol.* † Amplia in eo, qui per impreſſionem, & potentiam fecit per
metum ſibi aliquid cedere; quia tenetur ad omne intereſſe, &
fructus perceptos, & qui percipi potuerunt; quia nullum habet
titulum. Ang. Aret.*conſ.*96.*In themate, n.*54.*& ſeqq. ver. circa quartū.*
5 † Amplia, vt idem ſit in adminiſtratore, & eius hærede, qui deti-
nuit indebite bona; ſeu hæreditatem delatam pupillæ; quia tene-
tur ad fructus perceptos, & qui per eum, vel pupillam percipi po-
tuiſſent, ex quo eſt malæ fidei poſſeſſor. Ang.*conſi.*308.*Portio hære-*
6 *ditatis, in prin.* † Amplia in malæ fidei poſſeſſore; quia nedum te-
netur ad perceptos, ſed etiam ad eos, qui percipi potuerunt. Bald.
7 *in l.domum*, vbi caſus. *C.de rei vend.* † Extende maxime, quando ma-
læ fidei poſſeſſor habet titulum inualidum. Caſtren. *in l.ſed & ſi.§.
quod autem ait, n.*1.*&* 4.*in fin.ff.de pet.hæred.* Butr. Abb. & Imola *in c.
grauis.de reſtit.ſpol.* gl. Bart. & Ang. *in l.ex diuerſo, in pr.ff.de rei vend.* &
* hanc * communem & in palatiis ſeruari dicunt, Menoch. *de recup.*
8 *remed.*15.*n.*66. Rol. à Vall. *conſ.*72.*n.*20.*lib.*4. † Et ideo qui emit rē
Vniuerſitatis à particularibus; licet habeat regreſſum de euictio-
ne contra particulares; tamen nō facit fructus ſuos, & tenetur ad
perceptos; & qui percipi potuerunt, verſus Communitatem. ita
Curt. Iun.*conſ.*174 *nu.*38. gl *in l.fin.C.de vend.reb.ciuit.in ver.ſtabiles.*
9 † Extende maxime, quando cōtra ius, quod reſiſtebat, emit; quia
tunc ſemper tenetur ad perceptos, & percipiendos. Rol. à Valle
*conſil.*57.*nu.*26.*lib.*3. qui loquitur in emente feudum ſine licentia
domini; quia nedum tenetur ad perceptos, & percipiendos, ſed
10 non recuperat pretium ſolutum. † Extende in eo, qui emit omiſſa
ſolemnitate à iure requiſitæ, gl. *in d.l.fi.C.de vend.rebus ciuitat.in ver.*
* *ſtabiles, lib.*10. quam ſequitur ibi Alex. in addit. ad Bart. & ibi * o-
11 mnes; quia tranſeunt ſaltem tacite cum glo. † Amplia; quia licet
habens titulum excuſetur à fructibus percipiendis; tamen fallit
in eo, qui habet titulum à minore; quia tenetur etiam ad fructus,
qui percipi potuerunt. gl. ſingularis *in l.parti.ver.item ex diuerſo.* ſu-
per *ver.cum fructib.ff.de minor.* & ibi Bart. clare, qui dicit not. Bald.
Fulg. & ſingularem, & menti tenendam dicit Rom.*ſing.*534.*tu ha-
bes.* vbi apoſt. dat concor. & *in conſ.*454.*n.*28. vbi etiam plena apoſt.
*in ver.ſingularis,* allegat Rot. Rom. vt per Creſcen.*deciſ.*176.*Poſſeſſor
malæ fidei,* & Milis allegat eam gl. *in ver. poſſeſſor malæ fidei.* Iaſ. *in l.a-
pud Iulianum, in prin.in* 3.*not.ff.de leg.*1.*n.*11. Grem.*ſing.*135.*tu ſcis*, vbi
12 plena apoſtil. allegat Bero. *in c.grauis, n.*34.*de reſtit.ſpol.* † Extende,
vt procedat in Eccleſia, & Vniuerſitate, quæ vices minoris obti-
net. Fulgoſ. *in d.l.patri.§.ſi pecuniam.ff.de minor.* qui dicit, quod cum
Epiſcopo Placentino non potuit obtinere, quod primus volens
ſupplere obtineret, & dicit procedere, etiamſi adſit decretum in
13 cōtractu. † Declara tamen; quia procedit ampliatio, quando mi-
nor doloſe fuit ab aduerſario deceptus, vel quando emptor do-
loſe non percepit fructus, vel forte quia reſtitutio operatur hoc,
ne lucretur, neq; perdat minor, ita pulchre Alberic. *d.l.patri.§.ſi*
14 *pecuniam.ff.de minor.* † Amplia; quia malæ fidei poſſeſſor, qui non
habet titulum, bene tenetur ad perceptos, & qui percipi potue-
runt. Matheſila.*ſingul.*159.*nota, quod malæ fidei.* vbi apoſt. infinitos
15 citat, quos videas. † Extende, vt procedat, etiamſi ſuperueniat ti-
tulus; quia non excuſat. Rom.*ſing.*383.*tu ſcis, quod malæ fidei.* Con-
16 trarium, † quod imo titulus ſuperueniens excuſet à percipien-
17 dis. Cyn. Bart. & Bald. *in l.apud antiquos.§.fin.ff.de furtis.* † Declara;
quia ſi titulus fuit procuratus lite pendente, vel ex cauſa lucrati-
ua ſit, non releuat; ſecus ſi ante litem, & ex cauſa oneroſa, apoſtil.
18 ad *ſing.Rom.*343. vbi alios allegat. † Reſtringe in eo, qui habet titu-
19 lum iuſtū. Rom.*d.ſing.*343.*tu ſcis.* † Limita in eo, qui licite perce-
pit fructus, & in ſuos vſus conſumpſit; quia licet teneatur ad illo-
rum reſtitutionem, non tenetur ad fructus, qui percipi potuerūt,
neq; vltra æſtimationem ſimplicem, & excuſatur à valore quanti
plurimi, Bart. Caſtr. Alex. & alii *in l.diuortio.§.ob donationes, in fin.ff.
ſol.matr.* Bald. & Salyc. *in l.*2.*in fi.C.de fruct. & lit.expen.* vbi bonā ra-
tionem reddunt. Bar. *in l.*3.*§.in hac, n.*13.*ff.commod.* Alex. *in l.vinum.
n.*15.*ff.ſi cert.pet.* & in pactica notan. exclamat Aret. *in §.ſi quis à non
domino. Inſtit.de rer.diuiſ.* refert, & ſequitur Curt. Sen.*conſi.*71.*nu.*9.

## Fructuum valor & quantitas qualiter probetur. Concluſ. 500.

1 QVANTITAS † fructuum probatur coniecturis, puta ſi proba-
tur, quod terræ vicinæ eiuſdem qualitatis tot fructus fece-
runt ſingulo anno, Bald. *in l.ſi fundum, in vlt.col.C.de rei vend.* plene
Corn.*conſi.*301.*in fi.lib.*3. Vide, *Valor rei quid ſit, & qualiter probetur.
Concl.*12. † Amplia; quia ſi fructus non ſunt bene, vel plene pro- 2
bati, ſeu æſtimati, poſt iudex ex officio illorum æſtimationem fa-
cere. Bar. *in l.ſi quod ex Pamphila.ff.de leg.*2.*& in l.*1.*in finali quæſt.C.de
ſent.quæ pro eo, quod intereſt.* Alex.*conſ.*133.*col.fi.lib.*1. Maria Soci. *de li-
belli oblat.art.*12.*q.*5.*& in c.dilecti.gl.*3.*de foro compet.* Corne.*conſ.*26.*in
fi.lib.*1.*& conſ.*221.*col.*7.*ver.attento, lib.*2. Vide, *Intereſſe incertum quā-
do poſſit venire in condemnatione. Concluſ.*304. † Amplia; quia ſi teſtes
ſunt diſcordes in probanda quantitate, ſeu valore fructuum; me- 3
dia via eſt eligenda, & ſecundum illam iudex debet taxare. Alex.
*conſ.*64.*Viſa conſultatione, col.*4.*lib.*2. Afflict.*deciſ.*240.*In cauſa gabel-
læ, col.*3.*in prin.* † Extende; quia quando fructuum liquidatio non
poteſt concludenter haberi, vel non fuit bene probata, ſtatur di- 4
cto laboratoris, qui eos percepit reſpectu partis domini; in qua
non habet intereſſe. Salyc. *in l.ſi quis decurio.C.de falſis.* Caſt. *in l.qui-
cunque.C.de ſeruis fugit.* mediantibus maxime adminiculis, & veri-
ſimilitudine. † Limita; quia ſi debet probari negatiua fructuum,
videlicet quod non valent, niſi decem, non ſufficeret articulus; q 5
valet octo, vel nouem, niſi adſit dictio taxatiua, tantum, vel nihil
vltra Ant. de Burgo. *in c.cum cauſa, in* 3.*&* 4.*col. de empt.& vend.* qui
dicit ligandum digito. † Extende; quia teſtes deponentes, quod 6
ex tali prædio percipiuntur ſingulo anno decem ſtaria frumenti,
non per hoc probant, quod vltra non percipiatur. Bar. *in l.cum fur-
ti.circa fi.ff.de in litem iur.* vbi dicit in fortioribus terminis, quod ſi
teſtes fuerūt ſemel examinati ſuper valore centum ſine taxatiua,
potuerunt examinari ſuper valore eiuſdem rei 150. & articuli nō
ſunt contrarii, ſed diuerſi, & eſt * cōmunis opinio. † Limita; quia 7
generalis probatio per plures teſtes facta, quod bona fructarunt
aliis annis tot fructus, & quod valor illorum aſcendebat ad tot,
nihil concluderet, ſi extat probatio in ſpecie per duos teſtes; quia
attendi debet probatio in ſpecie. Alex.*conſ.*148.*num.*4.*lib.*2. Vide,
*Teſtes plures numero præualent in concurſu. Concl.*255.

## Fructus intelliguntur deductis expenſis. Concl. 501.

FRVCTVS † intelliguntur deductis expenſis. Iaſ. *in l.fructus.ff.ſo- 1
lut.matrim.l.*1.*C.de fruct.& lit.expen.* Capic.*deciſ.*20. Neuiz.*conſ.*
2.*n.*8. Alciat. *in l.cum fundus.nu.*14.*ff.ſi certum petat.* Caſtr. plene *conſ.*
339.*Quia exceptio.n.*4.*ver.quarto quæritur.lib.*1. † Et quæ veniant ap- 2
pellatione expenſarum in deductione, vide, *Hæreditatis petitio eſt
iudicium vniuerſale; & quid veniat in eo. Concl.*34.*nu.*17.*& multis ſequ.
ver. Declara tamen.* † Amplia; quia intelliguntur deductis colle- 3
ctis, quæ imponuntur ſuper fructibus. Bart. *in l.*1.*C.mulier, & in quo
loco, lib.*11. Alex.*conſi.*35.*vol.*4.*& conſi.*4.*lib.*5.*& conſi.*148.*lib.*6. Am-
plia, † vt expenſæ deducantur, etiamſi teſtator legauit omnes fru- 4
ctus; ſecus ſi dixiſſet integros fructus. Corne.*conſ.*289.*Videtur in
hac.lib.*1. Ruin.*conſi.*62.*Circa caſum, col.*2.*lib.*1. † Amplia; quia in om- 5
ni materia expenſæ neceſſariæ diminuunt, ideo expenſa, quæ fit
occaſione conditionis implendæ, diminuit diſpoſitionem, vt tan-
to minus ſit in legato, Bart. *in l.ſed ſi hoc.§.cuidam,* per illum text. *ff.
de condit.& demonſtr.* † Extende in materia ſolutionis gabellæ, pu- 6
ta quod de pretio venditionum de legatis ſoluantur ſeptem pro
quolibet centenario; quia intelligitur, deductis impenſis neceſ-
ſariis ſenſariæ, & ſimilium, & de eo, quod ſupereſt, ſoluenda eſt
gabella, niſi verba ſtatuti aliter ſonent. Bar. vbi ſupra, Bald. Angel.
Imol. & alii *in l.non amplius.ff.de legat.*1. † Extende; quia ſemen agri 7
deducitur ex fructibus tanquam impenſa. Ruin.*conſ.*65.*n.*6.*lib.*1.
† Extende; quia ſi peto fructus certi fundi in iudicio, & fiat con- 8
demnatio, intelligitur ſemper petitio; & ſententia, vt ſit deductis
expenſis, licet non ſit expreſſum. Angel. Aret.*conſil.*56.*In cauſa il-
lius, n.*6.*&* 7.*ver.nec obſtat; quod dicitur.* † Amplia in ſimili; quia lu- 9
crum non dicitur, niſi deductis expenſis, & omni damno. Caſtr.
*conſ.*248.*col.*2.*ver.præterea, lib.*1. † Extende; quia in omni diſpoſi- 10
tione lucratiua, prout legati, donati, &c. fructus ſemper intelli-
guntur, deductis expenſis. Rom.*conſ.*230.*Præſupponitur, in princip.*
† Amplia; quia nullus caſus reperitur, in quo deductio expenſa- 11
rum non fiat in materia fructuum. Bart. qui loquitur in ſocietate,
*conſ.*186.*Cucciarellus, per tot.lib.*1.*in fin.* Vide, *Expenſæ deducendæ ex o-
mnibus, & qualiter procedat. Concl.*645. † Amplia; quia nō reperitur 12
caſus, qui non patiatur deductionem expenſarum in fructib. text.
*in l.fundus; qui dotis.ff.famil.herciſc.* Caſtr.*conſi.*339.*Quia exceptione,
n.*4.*ver.quarto quæritur, lib.*1. † Limita; quia expenſæ non deduci- 13
tur in decimis prædialib. Tiraq. *in tract.retract.lign.§.*15.*gl.*1.*nu.*10.
† Contrarium, quod non ſit ſpeciale, ſed ratione quotæ fructuū. 14
Tiraq.*d.§.*15.*gl.*1.*n.*20 licet diſſentiat Capic.*dec.*20.*n.*11.*& ſeq.* Re-
ſtringe † in decima perſonali, Tiraq.*d.§.*15.*gl.*1.*n.*14. Capi.*d.dec.*20. 15
*in pr.* † Reſtringe in decima, q̄ ſoluitur Papæ. Tiraq.*d.§.*15.*gl.*1.*n.*15. 16
† Limi-

17 † Limita in fiſco; quia æquiparatur Eccleſiæ. Tiraq. *d.* §.15. *gl.*1.*nu.*
18 11.† Contrarium Tiraq. ibi, *nu.*12. *&* 13. Capic. *d. deciſ.*20. *n.* 8. Li-
19 mita † fauore Eccleſiæ, vel piæ cauſæ. Salyc. Caſtren. & Soc. *l. fru-*
*ctus. ff. ſolut. matr.* & idem fauore animæ, vel ob remiſſionem pec-
20 catorum. Capic. *d. deciſ.*20. *nu.*8. *& ſeq.* † Extende etiam in diſpoſi-
21 tione hominis. Capic. *d. deciſ.*20. *n.* 9. † Contrarium Tiraq. *de retr.*
22 *lignag. d.* §.15. *gl.*1. *nu.*13. † Limita in legato fructuum, ſi redderetur
inutile ex deductione expenſarum. Tiraq. §.15. *gl.*1. *n.*16. vbi idem
23 eſt in alia diſpoſitione. † Limita, quando eſſet certa diſpoſitio, ꝙ
pro ſingula corbe grani, vel vini ſoluatur tantum de gabella; quia
24 expenſæ non deducuntur. Tiraq. vbi ſupra, *nu.*17. *&* 23. † Limita,
quando fructus ſunt pendentes; quia ſi quis donat tales fructus,
25 cenſetur illos donare omnes. Tiraq. vbi ſupra, *nu.*18. † Limita in
diſpoſitione quotæ fructuum, vt ſi fiat locatio pro decem corbi-
bus vini, illæ debeantur ſine impenſa. Tiraq. *d.* §.15. *gl.*1. *n.*19. Ca-
26 pic. *d. deciſ.*20. *n.*11. *& ſeq.* † Idem ſi quis vendat dimidiam fructuũ,
27 Tiraq. vbi ſupra *nu.*22. † Limita, quando ſequeretur delictum, vt
ſi quis fructus non maturos colligat; quia non fiet deductio ex-
28 penſarum. Tiraq. *d.* §.15. *gl.*1. *nu.*21. † Limita in alimentis; quia de-
bentur etiam non deductis expenſis. Afflict. *deciſ.*252. *Magnificus*
29 *D. Antonius, nu.*7. & *ſeq.* † Limita in colono partiario, cui medietas
fructuum permittitur; quia ipſe ad expenſam tenetur. Matheſi. in
30 *l.*1. *C. de fruct. & litis expen.* † Limita in venditione medietatis fru-
ctuum fundi; quia non intelligitur deductis expenſis. Iaſ. *d. l. fru-*
31 *ctus. ff. ſolut. matr.* † Extende, quando colonus promittit dare do-
mino quotam fructuũ; quia non deducuntur expenſæ. *l. duob.* §.
*ſin coeunda. ff. pro ſocio. c. tua nos. de decimis.* quia dimidia debetur co-
lono partiario pro ſumptibus, & operis, ita Bart. *d. l. fructus. ff. ſolut.*
*matr.* Bald. *in l. ſi quis domum. ff. locati,* cum aliis late congeſtis per Iaſ.
32 *in d. l. fructus.* † Extende; quia ſi quis dat alicui terram colendam ad
tertiam, vel quartam generationem, non debet colonus deduce-
re ſemen, neque alias expenſas, niſi ſpeciale pactum interuenerit,
ita Iaſ. *d. l. fructus. ff. ſolut. matr.* allegat Innoc. per illũ text. in *d. c. tua*
*nos, de decim.* Abbas ibi *n.*3. not. dicit, quod iſtud eſt perpetuo men-
33 ti tenendum. † Extende; quia licet ſemina ſint deducenda, tan-
quam expenſæ, ſi tamen venduntur omnes fructus pendentes,
34 non deducuntur expenſæ. Ruin. *conſ.*65. *n.*5. *& ſeq. lib.*1. † Limita;
quia colonus partiarius non deducit expenſas vecturæ pro con-
ducenda parte dominicali ad domum domini; quia tenetur. Iaſ.
*in d. l. fructus. ff. ſolut. matr.* Vide, *Colonus partiarius obligatur domino ad*
35 *multa. Concl.*465. † Limita; quia quod dicitur, fructus intelligun-
tur, deductis expenſis, debet intelligi de expenſis, quæ fiunt gra-
tia colligendorũ, quærendorum, vel conſeruandorum fructuũ;
ſecus de expenſis perpetuis, quæ cõſiſtunt in plantationibus, vel
in ædificando, gl. & Doct. *in l. diuortio.* §. *impendia. ff. ſolut. matr.* Affl.
*deciſ.*252. *nu.*7. Pariſ. *conſ.*94. *n.*25. *lib.*2. *Rom. conſ.*211. *num. & ſeq.* vbi
36 plene declarat. † Limita; quia expenſa cuſtodiæ rei non dicitur
expenſa, quæ deduci debeat ex fructibus, ita vt fructus intelligã-
tur deducta expẽſa cuſtodiæ, *l. cũ quæreretur.* §. *prædiis legatis. ff. de leg.*
37 3. per quẽ tex. ita Dec. *conſ.*420. *Quæritur, col.*2. *ver. finaliter.* † Limita,
quando relicti eſſent integri fructus. Corne. *conſ.*289. *Videtur in*
38 *hoc, in fi. lib.*1. Ruin. *conſ.*62. *Circa caſum, col.*2. *lib.*1. † Limita, quando
ex delicto fructus collecti, puta per furtum, reſtituuntur; quia
delinquens non deducit expenſas, quas dominus feciſſet in col-
ligendo. Ang. *in l. in fundo, n.*4. *ver. ſequitur in gl. ff. de rei vendic.*

## Fructus, damna, & intereſſe debent peti in libello, vt poſſit ſequi condemnatio, & quando ſecus. Concl. 502.

1 FRVCTVS, † damna, & intereſſe adhoc, vt poſſint cadere in
condemnationem, debent eſſe petiti in libello nominatim,
quando loquimur de fructibus ante litem conteſtatã. Bald. *conſ.*
119. *Statuto cauetur, in prin. ver. quoad primum, lib.*2. vbi, quod ſi ſunt
tales, quorum quantitas poſſit ſpecificari, debent ſpecificari in li-
2 bello. † Et quod non debeantur, neq; ſequi poſſit condemnatio,
niſi ſunt petiti. Vide, *Sententia debet eſſe conformis libello, & qualiter*
3 *procedat. Concl.*135. † Contrarium, quod imo poſſit ſequi condem-
natio à die litis conteſtatæ, etiam ſi non ſint petiti. Guid. Pap. *dec.*
4 405. † Limita in cauſa criminali; quia non requiritur ſpecifica-
tio, neq; concluſio libelli, bene debent narrari fructus, damna, &
intereſſe. Bald. *d. conſi.*119. *num.*1. *verſ. ſed iis non obſtat. lib.*2. & hoc
quando veniunt tantum officio iudicis mercenario; ſecus ſi via
5 actionis. † Extende, vt procedat limitatio, quando agitur contra
violentum poſſeſſorem; quia nõ debent peti ex neceſſitate. Bald.
6 *d. conſi.*119. *nu.*1. *ver. item vbi agitur. lib.*2. & intellige, vt ſupra. † Li-
mita; quia ſatis dicuntur petiti, ſi adeſt clauſula, ius & iuſtitiã mi-
niſtrari, quando via actionis debentur, alias ſecus. Bald. *d. conſ.*119.
*nu.*1. *ver. præterea ſatis. lib.*2. Vide, *Clauſulæ libellorum diuerſæ, & quid operentur. Concl.*357.

## Fructuum condemnatio, etiam conſumptorum, vel extantium fieri debet, & quando ſecus. Concl. 503.

CONDEMNATIO † fructuum etiam conſumptorum debet fie- 1
ri contra eum, qui eſt malæ fidei. Ang. *conſi.*308. *Portio hæredi-*
*tatis, per tot. l. malæ fidei. C. de cond. ex lege. l. ſi fundum. C. de rei vendic. &*
§. *ſi quis à non domino, Inſtit. de rerum diuiſ.* Practica Papien. *in forma*
*libelli, in actione reali, in ver. ſimul cum fructibus, n.*3. *ver. ſecundo caſu prin-*
*cipali.* Caſtrenſ. *conſil.*225. *Pro euidentia, circa fin. ver. ad tertium, lib.*2.
† Amplia; quia ſi actum eſt, quod conuentus condemnetur tam 2
ad fructus perceptos, quam percipiendos, ſi poteſt condemnari
in perceptis; multo magis in percipiendis. *l. ædiles.* §. *ſciendum*, ibi,
*cæterum poſt iudicium coaptum. ff. de ædil. edicto, & in l. verberatum.* §. *fin.*
*& in l. ex diuerſo.* §.1. *& l. pen. ff. de rei vendic.* † Amplia, vt procedat, 3
etiam ſi erraret in iure; quia non poteſt dici bonæ fidei poſſeſſor;
ideo quatenus eſt locupletior factus etiam circa conſumptos,
debet condemnari ad reſtitutionem. Bald. *conſi.*69. *Factum tale eſt,*
*nu.*4. *ver. ſuper alio, lib.*5. Angel. *d. conſi.*308. *in fin.* † Amplia, vt pro- 4
cedat, quod malæ fidei poſſeſſor condemnatur in fructibus per-
ceptis, & percipiendis, ſiue iudicium ſit particulare, puta quando
agitur rei vendicatione; ſiue vniuerſale, prout petitio hæredita-
tis directa, vel fideicommiſſaria. Vide, *Hæreditatis petitione agens,*
*quid probare, vel narrare debeat. Concluſ.*32. *nu.*31. *& ſeq. ver. ſexto, ſi quis*
*velit.* † Amplia, vt procedat, etiã ſi mala fides eſſet præſumpta, velu- 5
ti ſi quis emiſſet ab eo, qui dixit ſe maiorem, & vendidit ſine ſo-
lemnitatibus; cum tamen eſſet minor; quia ſi erat fama, quod eſ-
ſet minor, vel emens eſſet conſanguineus, vel fuiſſet adminiſtra-
tor venditoris, tanquã malæ fidei emptor non facit fructus ſuos.
Ang. *conſi.*160. *D. Catharina, col. fin. ver. reſtat ergo.* † Et dicitur malæ 6
fidei is, qui non probat emptionem, quam prætendit, niſi per te-
ſtes ſingulares; quia eadem ratio, quæ militat, quod teſtes ſingu-
lares non probẽt venditionem, & ideo condemnatur, etiam tol-
lit malam fidem; quia cum ſciat rem ad ſe non pertinere, ſcit ſi-
mul, ad alium ſpectare. Alex. *conſ.*21. *Repetito, n.*8. *ver. vltra prædicta,*
*lib.*4. ſed dubito; quia præſumptio eſt pro bona fide, quæ non eſt
pro emptione. † Extende etiam in hærede adminiſtratoris dolo- 7
ſi; quia præſumitur eadem mala fides, vt teneatur ad fructus rei
pupillaris occupatæ, tam perceptos, quã etiam qui percipi po-
tuerunt. Ang. *conſi.*308. *per tot.* † Amplia in hærede obligato reſti- 8
tuere ex fideicõmiſſo; quia à die interpellationis tenetur ad fru-
ctus. Anch. *conſ.*291. *Super pluribus. in fi.* † Declara totam iſtam ma- 9
teriam, vt plene per Curt. Sen. *conſi.*71. *Princeps, nu.*14. *ver. & ſi quiſ-*
*piam.* quia error iuris non excuſat à fructibus, quando eſt in caſu
erroris iuris prohibentis, & reſiſtentis, prout in alienatione rei
Eccleſiaſticæ ſine ſolemnitatibus; ſecus ſi ius prohibet, ſed nõ eſt
abſolute malæ fidei. Curt. vbi ſupra declarat. † Amplia; quia poſt 10
litem conteſtatam ſemper ſuccumbens tenetur ad fructus. Ang.
*d. conſ.*308. *in fi.* quia efficitur malæ fidei, ſupra *Fructus quando lucre-*
*tur poſſeſſor bonæ fidei. Concl.*490. † Extẽde in petitione hæreditatis. 11
Vide, *Hæreditatis petitione agens, &c. d. Concluſ.*32. *n.*31. *& ſeqq. multis.*
† Amplia; quia poſſeſſor iniuſtus & illegitimus rerum Eccleſia-
ſticarum tenetur, & condemnari debet ad fructuum reſtitutionẽ. 12
*l. iubemus nulli.* §. *ſane. ver. prædia. C. de ſacroſ. Eccleſ. c. non liceat Papæ* 12.
*q.* 2. *& c. ſi quis presbyterorum; de reb. Eccl. non alien.* cũ aliis per Gram-
mat. *deciſ.*79. vbi *nu.*9. allegat Felin. *in c. cum cauſam, de re iudic.* atte-
ſtantem de communi; * & quod error iuris non excuſet detinẽ- *
tem rem Eccleſiæ male diſtractam, dicit tenere Aret. *conſi.*17. *ver.*
*præterea.* Curt. Sen. *d. conſ.*71. *Princeps, col.*6. *nu.*14. *ver. & ſi quiſpiam.*
† Declara tamen; quia debet deduci ex fructibus prædictis, quic-
quid iniuſtus poſſeſſor ſoluit pro canone; quia Eccleſia nõ debet 13
habere fructus, & canonem, ne dicatur cum aliena iactura locu-
pletari. Dec. *conſ.*182. *in* 2. *dubio, col.*3. † Amplia; quia condẽnatio fit
in fructibus, vbicunq; ſuccũbens factus eſt locupletior; quia non 14
dicuntur conſumpti. Ang. *d. conſi.*308. *in fin.* & quando præſuma-
tur, vel dicatur locupletior. Caſtrenſ. *conſil.*225. *circa fin. in* 3. *dubio,*
*lib.*2. † Extende; quia condemnatus ſemper tenetur ad fructus, li-
cet non ſit malæ fidei, neque in mora, quando factus eſt locuple- 15
tior. Io. de Anan. *conſi.*38. *in princ.* vbi, quod tenetur ad pretium,
quod valebãt fructus tempore recollectionis, non plus, neq; mi-
nus, & ibi Bologn. in apoſtil. qui videtur diſtinguere in contractu
bonæ fidei, vel ſtricti iuris. Caſtrenſ. *d. conſi.*225. *in fin. lib.*2. † Am-
plia reſpectu naturalium; quia ſiue ſit bonæ fidei, ſiue malæ fidei, 16
& ſiue extent, ſiue ſint conſumpti, & ſiue error ſit iuris, ſiue non,
fit condẽnatio; quia titulo lucratiuo habet naturales; ex quo ſine
impenſa, & ſine induſtria percipiuntur, gloſ. *in l. ex diuerſo. ff. de rei*

17 *vendic.* Aret.*in §.ſi quis à non domino.Inſtit.de rer.diuiſ.*† Amplia; quia
valet, & ſubſtinetur ſententia condemnatoria in fructib. incer-
tis, quando per relationem poteſt fieri certificatio ex proceſſu, *l.*
*pen.* vbi gl.Bart.& omnes. *C.de ſent.quæ ſine certa quantit.* Alex.*conſil.*
*37.n.18.& ſeq.li.2.& conſ.53.n.18.li.5.& conſ.42.in pr.li.6.* Ruin.*conſ.*
*135.n.3.lib.4.& conſ.133.n.12.& per tot.lib.5.* Felin.*in c.cum venerabilis,*
☞ *n.39.de except.* Vide, *Sententia incerta vel conditionalis valet multis ca-*
18 *ſibus.* Concl.108. † Extende; quia poteſt fieri condemnatio reſer-
uata liquidatione illorum in exequutione ſententiæ. Rota *deciſ.*
24.alias 4.*de reſtit.ſpoliat.in nouis,* & quod in exequutione liquida-
ri poſſint. Caſtren.*conſi.247.in fi.lib.1.* Bart.*in l.1.n.3.ff. iudicat. ſolui.*
19 gl.*in l.1.ver.perinde.ff.de eden.*† Amplia; quia, vbi teſtes ſunt diſcor-
des in probandis fructibus, media via eſt eligenda. Afflict.*deciſ.*
☞ 240.*In cauſa Cubellæ. col.3.in prin.* Vide, *Medium, & media via ſemper*
20 *eligenda.* Concl.170.† Limita in pecunia, quę non facit fructus na-
turales; ideo non tenetur obligatus in pecunia ad aliquos fru-
ctus, niſi probetur damnum, & intereſſe ex negociatione. Bald.
21 *conſ.22.in fi.lib.5.*† Limita; quia bonæ fidei poſſeſſor nõ condem-
natur in fructibus, niſi à die litis conteſtatæ, per *l.2.C. de fruct. &*
*lit.expen.* Caſtr.*conſ.247.In cauſa, quæ vertitur, col.antepen.n.6.ver ve-*
22 *nio ad aliam, lib.1.* † Declara, niſi eſſet effectus locupletior; quia
tunc condemnatur etiam bonæ fidei poſſeſſor. Bart.*in l.ſed ſi lege.*
*§.ſcire.ff.de petit.hæred.* Ang.*conſi.160.in fin.* Alex.*conſi.21. Repetito.n.*
23 10.*ver.præterea, & fortius, lib.4.* † Contrarium, quod imo bonæ fi-
dei poſſeſſor, etiam ſi factus eſt locupletior, lucretur fructus cõ-
ſumptos, vſq; ad litem conteſtatam. apoſtil.ad Alex.*d.conſ.21.nu.*
10.*lib.4.in ver.tenetur,* citat ad hoc Ang. & Alex.*in l.Neſennius.§.1.*
24 *in fi.ff.de re iud.* † Declara; quia quoad fructus naturales etiã con-
ſumptos bona fide, nõ lucratur illos, induſtriales vero conſum-
ptos bene lucratur, ſed non extantes. Alex.*d.conſ.21.in fi.ver. quan-*
25 *tum vero.lib.4.* † Limita in eo, qui eſt bonæ fidei poſſeſſor ex erro-
re facti; prout in patre, qui poſſedit bona vxoris mortuæ, tanquã
ſibi debita ob ſuperuiuentiam filii, qui prætẽdebatur mortuus,
poſt mortem; quia licet probetur natus mortuus per maiorẽ nu-
merum teſtium; tamẽ ex quo etiam teſtes deponunt, quod natus
fuit viuus extractus de ventre matris mortuæ, propter bonam
fidem, debet abſolui à fructibus perceptis induſtrialibus. Bald.
*conſ.69.n.4.lib.5.* vbi, quod etiam debet abſolui ab expenſis litis,
26 propter iuſtam cauſam litigandi.† Extende; quia bonæ fidei poſ-
ſeſſor errore iuris probabili nõ condemnatur ante litem conte-
ſtatam ad fructus perceptos, quando ſunt conſumpti, & non eſt
factus locupletior. Caſtren.*conſ.247.In cauſa quæ vertitur, nu.6.col.*
27 *pen.ver.quantum vero, lib.1.* † Extende; quia bonæ fidei poſſeſſor,
nedum reſpectu poſſeſſionis, ſed etiam reſpectu dominii in tan-
tum lucratur fructus, vt melioramenta deducat, & nõ compen-
ſet. Afflict. *deciſ.87.* vide Bart. & quæ ibi poſui *in l.ſumptus.ff. de rei*
28 *vend.*† Contrarium, quod compenſet in melioramentis, eſt text.
*in d.l.ſumptus.& in l.emptor.ff.de rei vend.* Aret.*in l.certe, Inſtit.de rerum*
*diuiſ.* Boer.*deciſ.44.per totam,* maxime *nu.26.* Neguſ. *de pignor.in 4.*
*membr.5.partis nu.12. cum ſeq.* exceptis fructibus ſuorum meliora-
29 mentorum, quos lucratur. Neguſ.ibi *nu.*20.† Extende, vt proce-
dat, etiam ſi fructus ex melioramẽtis prouenirent; quia ſunt per-
cipientis, qui fecit melioramenta. Afflict.*d.deciſ.87.n.6.& 7.* Ca-
30 pic.*deciſ.93.in fin.*† Extende; quia reſpectu melioramentorum iſti
fructus, qui proueniunt ex melioramentis, non compenſantur,
ſed ſunt eius, qui fecit melioramenta. Afflict.*d.deciſ.87.nu.7.* Ne-
guſ.*de pignor.par.5.membr.4.nu.20.* Burſat.*conſ.85.n.37.lib.1.* quod
intelligas pro rata expenſa in melioramentis. Vrſill. in addit. ad
31 Afflict.*d.dec.87.n.3.*† Reſtringe; quia bonæ fidei poſſeſſor reſpe-
ctu poſſeſſionis nõ lucratur fructus ante litem, ſed compenſat in
melioramentis, quando contra eum replicatur, & ſic per modũ
replicationis ſic dederat. Capic. *d.deciſ.93.nu.11.* Caſtr.*conſ.247.In*
*cauſa, quæ vertitur, circa fi.lib.1.* vbi late, & declarat, quare hoc pro-
32 cedat. † Adde tamen, quod ille dicitur bonæ fidei poſſeſſor re-
ſpectu poſſeſſionis, qui habet titulum etiam reſpectu proprieta-
tis, quando ille titulus reducitur ad non titulum. Feli.*in c.cum cau-*
* *ſa, n.28.de re iud.* & communem * dicit Curt.Iun.*conſ.165.num.15.*
33 † Limita; quia vbi agitur condictione ex lege, vel reuocatoria,
nunquam fit condemnatio in fructibus, niſi à die litis conteſta-
tæ. Bald.*conſ.22. Quædam domina, n.3.lib.5.* vbi loquitur in filio re-
uocante id, quod plus reliquit mater ſecundo viro; quia non fit
condemnatio fructuum, niſi reſpectu portionis legitimæ tangẽ-
34 tis filium. † Extende; quia in actione ſtricti iuris, quando actor
petit rem, quæ ſua non eſt, ſed debetur ſibi ex contractu, nunquã
* fit condemnatio, niſi à die litis conteſtatę, communem * dicit Æ-
35 gid.Bellam.*conſ.8.in fi.* † Limita; quia ſi quis emit à minore ſine
ſolemnitatibus, ſtante iuramento, & ſtatuto Florentiæ, quod iu-
ramentum præſumatur dolo, & metu extortum, ex tali contractu
nullo transfertur dominium; ideo non fit condemnatio ad fru-
ctus, neq; quod compenſet emptor, ita tenuit Vulpel. Florentiæ,
3.Nouemb.1576. vt in motius ex eo, quod dominium eſſet em-
ptoris. Bald.*in l.eleganter.ff.de dolo.* ſed dubito, quod non poſſit hęc
opinio ſubſtineri; quia non dicitur bonæ fidei, & cõtra iura mer-
catus eſt, & titulus eſt nullus, & reducitur ad non titulum. Decla-
ra, vt in extenſione proxima, & contra motiuum Vulpelli facit
*conſ.Petri Surdi* 115.*per tot.* maxime *n.35.*† Extende; quia minor vẽ-
dens ſine ſolemnitatibus, cui fuit ſolutum pretium pro maritan- 36
da ſorore, vel monachanda; quia cõſtat, quod locupletior factus
eſt, bene tenetur reſtituere pretium, & fructus relaxare, licet ven-
ditio ſit nulla. Alex.*conſ.77.Viſo proceſſu, n.12.lib.6.*† Declara; quia
condemnatio fructuum facta operatur, quod ſi extant, debet re- 37
ſtitui, iuxta not. *in l.domini prædiorum.C.de agric. & cenſit.lib.11.*† Si
vero non extant; quia lapſo triennio non præſumuntur durare, 38
gl.& Doctores *in l.vnica.C.ſi aduer.vſucap.* tenetur ad æſtimationẽ
probatã per actorem, tempore condemnationis factæ ſuper re-
ſtitutione ipſorum fructuum. *l.in hac.ff.de tritic.* ibi, *condemnationis*
*tempus.* & *in l.3.§.in hoc.ff.commod.* ibi, *rei iudicatæ tempus.*† Si vero
ſpecifica probatio valoris non eſſet facta, iudex poterit ipſe taxa- 39
re valorem. Bart.*in l.ſi quod ex Pamphila.ff.de legat.2.*

## Fructus ſolẽt eſſe varii ſecundum tempora, & qualiter ſint taxandi. Concl.504.

FRVCTVS † non ſolent eſſe vniformes ſingulis annis; quia plus
& minus percipitur in fructib. vno anno, quã alio. Bald.*in l.ſi* 1
*fundum.C.de rei vend.*† Et ideo inoleuit mos in multis locis, quod
taxantur fructus ad rationem quinq;, vel ſex pro centenario ſin- 2
gulo anno, & illa quantitas habetur pro vero reditu, & fructu;
quia tantum taxat ſtatutum facientib. tenutam bonorum ſtabi-
lium, vt in ſtatuto Florentiæ, *de præcept.de diſgumbr.lib.2.c.58.* & i-
dem in dotibus, vt in ſtatuto Vrbis Romæ, quod taxat ad rationẽ
ſeptem pro centenario ſingulo anno durãte mora, & ſimilia mul-
ta poſſent adduci.† Nam fructus percepti per viginti annos præ- 3
ſumuntur importare valorem rerum, & ſic etiam lex inducit pręa-
ſumptionẽ quinq; pro centenario. gl.fi. vbi Fulg.& Caſtr.*in auth.*
*perpetua.C.de ſacroſ.Eccl.* Iaſ.*in l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de leg.1.*
Neuizan.*conſ.74.n.5.* Roman.*conſ.369.* Corne.*conſ.265.lib.1.*† Ex-
tende; quia in dubio fructus per iudicẽ æſtimari debent in ſum- 4
ma, quæ in 20.annis æqualis ſit valori rei.† Idem in fructib. dota-
libus tenuit Afflict.*dec.284.*† Idem in fructibus perceptis ab em- 5
ptore nõ ſoluto pretio; quia pro rata pretii non ſoluti tenetur ad 6
rationem quinque pro centenario; quia tantundem bona ſolent
fructuare, Dec.*in c.cum venerabilis, nu.14.de except.* Cagn.*in l.curabit,*
*n.59.C.de actio.empti.* Couar. *variar.reſolut.lib.3.c.4.ver.ſeptimo, ea-*
*dem inſpecta ratione.* † Vide omnino Pariſ.*conſ.60.nu.29.lib.1.* vbi,
quod poſſunt taxari ad rationem ſex, vel octo, vel decem pro cen- 7
tenario, ſecundum morem regionis. † Declara tamen; quia hoc 8
reſidet in arbitrio iudicis, ſecundum qualitatem loci, & perſona-
rum, taxante plus & minus, quando non eſt certum quid proba-
tum. Bart. *in l.ſi quod ex Pamphila.ff.de leg.2.* Alex.*in l.dies cautionis.§.*
*hoc iudicium.ff.de damno infecto, & conſ.133.ad fi.lib.1.& conſ.77.n.13.*
*lib.6.* Soc.*conſ.156.col.2.lib.2.* Corne.*conſ.26.ad finem, lib.1.*

## Fructus percepti quando imputentur in quartam, & creditum hæredis. Concl.505.

FRVCTVS † medio tempore percepti imputantur in Trebellia- 1
nicam, quando non eſt deducenda per filios primi gradus, per
tex.*in l.mulier.§.ſi hæres.in 2.reſponſ.ff.ad Trebell.* Oldr.*conſ.248.nu.5.*
*ver.ad quintam.* Bart.*in l.iubemus, in fin.C.eod.tit.*† Vide relatiue Bo- 2
logn. in addit. ad Io.de Anan.*conſ.102.in fi.* vbi, quando grauatus
hæres imputet, vel non fructus perceptos in Trebellianicam, vel
legitimam. Vide, *Fideicommiſſarius tenetur reſtituere fructus perceptos,*
*& quando non.* Concl.278. † Amplia, vt procedat, etiam ſi concur- 3
rant legitima, & Trebellianica, & ambæ ſint deducendæ, Bart.*in*
*l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad leg.Falcid.* vbi, quod eſt * commune 4
dictum, & Alex.ibi in apoſt. adducit cõcor. Rom.*conſ.206.n.6.* v-
bi plena apoſt.*in ver. abſque.* quæ oſtendit hanc * communem, & 5
tenendam; quia Rota Rom. eam tenet. Caſſador.*deciſ.2.de teſtam.* 6
& hanc communem & magis * communem, & per totum mun-
dum teneri dicit Soci.Iun.*conſ.131.nu.59.& ſeq.& nu.65.lib.1.* & de
magis * communi Pariſ. inter conſ.Soc.Iun.*conſ.132.lib.1.apoſtil.* 7
ad Rom.*ſing.195.Eſt dubium,* vbi infinitos allegat. Hier. Gabr.*conſ.*
93.*nu.*10. vbi latiſſime tuetur, cum multis ſeq. pleniſſime Curt.
Iun. *conſ.314.n.28.* & idem Curt.Iun. *conſ.327.n.26.& ſeq.ver.circa*
*vltimam,* vbi tollit contraria, & pulchre Rimin.Iun.*conſ.9.nu.111.*
*& ſeq.*

* & ſeq.vbi communem, * & infinitos allegat pro vtraq; parte, lib.
* 1.& plenius conſi.131.n.22.& ſeq.lib.2.Corn.conſ.321.n.11.vbi * dicit
communem,& in practica ita ſeruari, & æquiorem dicit apoſt.ad
Alex.conſ.166.lib.5.Soc.Iun.conſ. 112.lib.3. in fi. vbi de communi &
*4 magis * communi plures allegat atteſtantes.† Contrarium tenet
Caſtr. conſ.92. ſed eſt ſecundum nouam impreſſionem 188. Quia
dubia,in fin.ver.ſuper vltimo. lib.2.vide plures relatos per apoſtill.ad
Rom.d.conſ.206.& hoc expreſſe tenet Rom.d.ſing.195.Eſt dubium,
plenius Cur.Iun.conſi.330.lib.3.n.21.& 22.vbi dicit hanc commu-
* nem,* & magis communem,& hanc partem tuetur Rimin. Iun.
conſ.23.n.335.& ſeq. lib.1.vbi plures allegat, & dicit, quod iſto caſu
filius reputatur extraneus; quando habet legitimam, quoad Tre-
5 bellianicam Bero.conſ.35.in fin.lib.2. † Declara; quia ſi teſtator de
legitima prouidiſſet filio grauato, tunc bene imputat fructus in
Trebellianicam, apoſtil. ad ſing.Bart.191.quæ ad hoc allegat Bald.
6 conſ.ibi citato.† Declara; quia detractio Falcidiæ eſt odioſa; ideo in
dubio fit interpretatio pro non detractione. Decian. conſ. 42.nu.
7 42.lib. 2.† Amplia, etiamſi legitima, & Trebellianica ſint dedu-
cendæ, & excedant medietatem, argumento eorum, quæ dicit
8 Crauet.conſ.50.circa fin.Marzar.conſ.12. lib.3. † Contrarium tenet
Bald.quod imo ſi legitima aſcendit ad medietatem, non eſt locus
Trebellianicæ, vel alteri quartæ; conſ.94. Punctus quæſtionis, n.3.lib.
9 2.† Amplia; quia quod dicitur in Trebellianica non computari
fructus perceptos in filiis primi gradus iuxta tex.in l.iubemus.C. ad
Trebell.procedat etiam in Falcidia.Signor.conſ.66.nu.7. circa fin.&
quod auth. ſed cum teſtator. C. ad l.Falc.non corrigat l. iubemus. C. ad
Trebell.quia licet permittat prohiberi Trebellianicam; non pro-
cedit in filiis primi gradus, per pluta docet Soc.Iun.conſ.131.vbi n.
* 30.dicit * communem, & num.58.infinitos allegat, & dicit magis
* cõmunem * lib.1. & repetit conſi.137.n.6.& ſeq.& eſt gl.in l.quod de
* bonis.§.quod auus, in ver. compenſabuntur, vbi Bart. dicit * commu-
nem.ff.ad l.Falc.& clarius dicit gl.in eadem l.quod de bonis.§.fructus.
in ver. accepto facere.ff. ad l. Falcid. quæ loquitur in vtraq; quarta, &
vbiq; Herculan. Mantica de coniect.vltimar.volunt.lib.7.tit.10.n.22.
* in fin.Curt.Iun.conſ.70.nu.16. vbi dicit * communem, & licet lo-
* quatur in Trebellianica; tamen communis * opinio eſt, quod ar-
gumentum de Trebellianica ad Falcidiam valet, vt ibi n.17. Cra-
uet.conſi.571.n.23.& 24.vbi clare probat valere argumentum ne-
gatiuum circa imputationẽ de Trebellianica ad Falcidiam; quia
Falcidia eſt magis priuilegiata, & clare tenet, tam in Trebelliani-
ca, quam in Falcidia, & omni quarta. Rol.à Val.conſ.39.n.21.& ſeq.
* ver.ad tertium.lib.1.vbi n.23.dicit * communem, & ita tenent Odo-
fred.in d.l.quod de bonis.§. quod auus.ff.ad l.Falc. vbi Bart. Caſtrenſ.&
Hercul. Ang. quoq; in d.l.quod de bonis.§.fructus.ſequitur Boer.dec.
44.n.16.circa fin.& n.19.Bello.conſ.64.n.5.clare Corn.conſ.53.Quia
10 per primum conſulentem. n.2. lib.3.& conſ.321.n.11.lib.3. † Contrariũ
tenet Soc.Iun.conſ.136.n.6.lib.1.ver.nec obſtat, ꝙ ſimus.cũ multis ſeqq.
Cephalus conſ.153.nu.68.& ſeq. plene Gabriel.conſi.93.nu.12.vbi,
quod Falcidia poteſt prohiberi in filiis primi gradus, ſed nõ Tre-
bellianica; quia non fit extenſio propter l.iubemus.C.ad Treb.quaſi
aliud, & diuerſum ſit in Trebellianica, quod in Falcidia, & argu-
mentum de vno non valet ad aliud in prohibitiuis, & ita allegat
Ruin.qui dicit conſi. 149.n.4.lib.3. & hanc partem tenet Mantica
de coniect.vltim.volunt.lib.7.tit.2.in fin.Cuman.& Alex.in d.l.quod de
11 bonis.§.fructus.ff.ad l.Falc.vbi allegat Cyn.& alios. † Reſtringe am-
pliationem; quia bene hæres imputat fructus, & quicquid per-
cepit iure hæreditario, vt ſunt prælegata, & alia in Falcidia. Rim.
Iun.conſ.590.n. 51.& 52.lib.5.& idem, ſi à ſeipſo percipere debet.
12 † Limita in legitima deducenda per matrem ex hæreditate filii;
quia non imputat fructus ſatos, & perceptos; ſecus eſt, ſi fuiſſent
percepti tempore defuncti, & relicti in hæreditate. Signor.conſil.
66.Factum tale eſt.num.7. Vide, Legitima imputat quicquid petens eam
13 habuit à patre, & quando ſecus.Concl. 105. † Limita, quando filii pri-
mi gradus ſunt rogati reſtituere fratri, vel deſcendentibus; quia
tunc ipſis non imputantur fructus in quartã, l.iubemus; & ibi Bart.
in fin.C.ad Trebell.Oldrad.conſi.248.ver.ad quintam.nu.5. Caſſad. de-
ciſ.2.de teſtam.in fin.Ang.conſi.124.Lollus D.Dalmatij, in fin.ver.ad ter-
tium, vide omnino Bart.in ſing.191.quando filij. vbi dicit eſſe nota-
* bile, & eſt communis * opinio.Rol.à Vall.conſi.30.in prin.& com-
* munem * dicit Rim.conſil.31.nu.20.& ſeq.lib.2.vbi dicit commu-
* nem.* Vide Trebellianica computatur hæredi in eo, quod hæres percepit
ex hæreditate.Concl.383.† Extende; quia filii primi gradus non im-
14 putant fructus perceptos, nedum in Trebellianicam, ſed neque
minus in legitimam, etiamſi ambæ ſimul deducendæ eſſent. Ang.
15 conſ.124.in fin.verſ.ad tertium.† Extende; quia neque imputant ſibi
in Falcidiam fructus perceptos filii primi gradus. Signo. Homod.
16 conſi.66.num.7.† Extende, ſiue filii primi gradus ſint grauati reſti-



tuere, deſcendentibus ſine dubio, ſiue etiam ſint grauati reſtitue-
re extraneis, & ita fuit Romæ iudicatum, vt dicit Corn. conſi. 321.
De pluribus.nu.11.lib.3.† Reſtringe, vt non procedat in nepotibus 17
ex filiis tenentibus primum locum. Gabr. conſi.122.n.5. vbi apoſt.
nu.8.dicit * communem. Alex. conſi. 36.num.4.lib.7.Cephal.conſi. *
398.nu.21.lib.3.quia imputant fructus, prout alii extranei, & ma-
gis communem * dicit Roland.à Vall.conſi.30.in prin. lib.1. Ruin. *
conſi.67.col.2.per tot.li.2.† Reſtringe in parentib. hæredibus inſti- 18
tutis; quia computant fructus in Trebellianicam.Rol.à Val.conſ.
39.nu.21.lib.3. vbi late oſtendit communem, * & diuerſam ratio- *
nem militare.† Reſtringe, quando filius non grauatur reſtituere; 19
quia l. iubemus. C. ad Trebell. non habet locum, veluti ſi mortuo fi-
lio fideicommiſſum relinquitur familiæ.Rim.Iun.conſi.23.nu.337.
vbi dicit magis * communem. † Reſtringe in fructibus ſatis per 20*
teſtatorem; quia computantur in Falcidiam, ex quo reddunt hæ-
reditatem pretioſiorem.Signor.conſi.66.nu.7. vbi diſtinguit alios
caſus.† Reſtringe, quando extraneo debet filius reſtituere. Apo- 21
ſtil.ad ſingul.Bart.191.quæ allegat Abbatem conſi.88.lib.1.Rolan.d.
conſi.30.in fi.lib.1. † Reſtringe limitationem in filiis vlterioris gra- 22
dus, & ſic in nepotibus, pronepotibus, & aliis deſcendentibus.
Io.de Imol.conſi.63.in fi.Hieron. Gabr.conſ.122.n.5. vbi dicit com-
munem * Alex.conſ.36.n.4.lib.7.Cephal.conſi.398.n.31.li.3. Limi- *
ta; † quia hæres non imputat in Trebellianicã fructus perceptos 23
poſt conditionem fideicommiſſi, quando non fuit in mora reſti-
tuendi, ſed fuit in mora is, cui debuit reſtitutio fieri. Crauet.conſi.
789.n.6.† Limita; quia debitor hæres inſtitutus non compenſat 24
fructus in debitum ſuum, quando teſtator non iuſſit; ſecus quan-
do iuſſit, communem * dicit Rol.à Val.conſi.65.n.24.lib.2.& dicit *
contrarium tenentes loqui, quando fuit dictum à teſtatore.

## Fructus rei pignoratæ extenuant ſortem, & quando ſecus. Concl. 506.

FRVCTVS † percepti ex re pignorata extenuant ſortem prin- 1
cipalem, & fit compenſatio.Bald.conſ. 127.in fi.ver.in alia cauſa,
incipit, Quoniam quicquid, lib.2.Card.Zabar.conſi.78. in princ.l.ſi do-
minum, & ibi Doct.ff.de pignor.l.2.& l.fi.C.de pign.actio.c.1. & 2. de v-
ſuris. Vide, Pignus habens compenſat fructus in ſortem, & quando ſecus,
Concl.354.† Contrarium, quod fiat compenſatio fructuum con- 2
ſumptorum tantum, non etiam extantium; quia non fit de ſpecie
ad quantitatem. Vide, Compenſatio in quibus fiat, vel non. Concl. 489.
† Amplia, vt procedat etiam in dote reſtituenda; quia ſoluto ma- 3
trimonio mulier habens pignus tenetur compenſare fructus in
ſortem principalem. Bald.d.conſ.127.lib.2.vbi hoc dicit procedere,
quando mulier habet vnde viuere poſſit, Zabar.conſi.78.in princ.
& quod ſint compenſandi fructus pignoris percepti ſoluto ma-
trimonio in dotem. Abb.in c.ſalubriter. de vſuris.Imol. & Alex. in l.
diuortio.in prin. ff.ſolut.matr.Alex.conſi.27.Viſo themate, volu.4.Cor-
neus conſi.44.& conſi.145.vol.2.† Ratio eſt; quia ſoluto matrimo-
nio ceſſat ratio alimentorum, etiam quod hæredes mariti eſſent 4
in mora reſtituendi dotem; quia imputatur mulieri, quare dotem
non exegit. late Alex.d. l.diuortio.& ita communiter teneri tradit
Neguſ.de pignor.in 5.memb.5.part.n.17.† Reſtringe, quando mulier
non habet vnde viuere poſſit, vel ſi debentur alimenta vxori pro 5
dote ex ſtatuto, vel conſuetudine; quia tunc prius compenſantur
alimenta, poſtea ſors principalis. Bald. d. conſ.127.per tot.vbi eſt ca-
ſus. Zabar.d.conſ.78.in fi.† Reſtringe, quando eſſet latum laudum, 6
quod niſi ſolueret intra biennium, & pignus redimeret, eſſet mu-
lieris; quia tunc lucratur fructus etiam pro præterito, ſicut miſſus
in poſſeſſionem tædialem. Zab.d.conſ.78.circa med.† Amplia; quia
ipſo iure fit compenſatio fructuum rei pignoratæ cum ſorte. l.1. 7
C.de diſtract.pignor.† Extende etiam in dote; quia ſi creditor in cẽ- 8
tũ poſſidet bona in pignus pro 200, compẽſat fructus eius, quod
ſuperabundat in ſortem. Alex.conſ.178.n.11.lib.7.ſequitur Neguſ.
de pignor.in 5.parte principali.in 5.memb.nu.16. Socin. conſi.99. num.5.
lib.1.& conſi.130.nu.2.lib.4.† Reſtringe, vel declara, vt procedat, ſi 9
opponatur compenſatio; vt per gloſſam d.l. 1.Bald. & Salyc. Ne-
guſ.tract.de pignor.in 5.memb.5.partis princ.nu.11. † Declara, vt pro- 10
cedat ita demũ, ſi eſt probata perceptio, & conſumptio fructuũ;
quia alias non cadit compenſatio de ſpecie ad quantitatem, vt
per Neguſ.de pign.in 5. memb.5. partis, nu.11.& ſeq. Alex.& Iaſ. poſt
alios in l.diuortio.§. ob donationes.ff.ſolut.matrim. Vide infra num.16.
† Item probari debet fructuum quantitas, & æſtimatio; quia cõ- 11
penſatio vt fiat, requirit liquidationem, l.fin.C.de compenſat. † Li- 12
mita; quia quotieſcũq; res fuit pignorata pro tanta ſumma, quod
non ſit ſpes luitionis, vt quia non valet pluris, dicitur exiuiſſe de
dominio pignorantis, & de ea iudicatur, prout de rebus pleno

iure ſpectantibus ad creditorem, *l. qui habebat, in pr. ff. de leg. 3.* Bart. *in l. rem legatam, in fin. ff. de adimen. leg.* ſequitur Iaſ. *in l. 1. §. per ſeruum, n. 7. ff. de acq. poſſeſſ.* Neguſ. *de pignor. in 1. memb. 3. partis pr. n. 27.* † Li-
13 mita; quia licet habens pignus teneatur compenſare fructus in ſortem; tamen non habet locum, quando habens rem pignoratam lapſo certo termino efficitur dominus; quia lucratur etiam
14 fructus præteritos. Zabar. *d. conſi. 78. circa med.* † Limita, quando fructus rei pignoratæ magnos labores, vel ſumptus requirerent; quia tunc ratione laborum lucratur habens rem pignoratam,
15 Boer. *deciſ. 44. nu. 24.* vbi late. † Extende; quia fructus compenſan-
16 tur in ſortem deductis impenſis. Boer. *d. deciſ. 44. nu. 2.* † Limita, quando fructus rei pignoratæ extant; quia non ſunt venditi, neque conſumpti; quia tunc non fit compenſatio de ſpecie ad quãtitatem, iuxta notata *in d. l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſoluto matrim.*
17 † Vide ſupra *in ver. declara. num. 10.* † Si vero ſunt conſumpti, ſunt
18 compenſandi ſecundum æſtimationẽ temporis, quo eſſent conſumpti, & non ad rationẽ quanti plurimi, cũ non poſſint creſcere poſt conſumptionem, *l. fin. §. fin. C. de admin. tutor.* Bald. *in l. 2. col. 2.*
19 *C. de fruct. & lit. expẽ.* † Et ſi non apparet de tẽpore conſumptionis, debet credi fuiſſe conſumptos anno, quo fuerunt collecti, & percepti; quia creditor non tenetur vltra conſeruare. Bart. *in l. 1. C. de pignor. actio.* & non eſt ſequenda maior æſtimatio illius anni, ſed communis æſtimatio, iuxta notata *in l. ſi ea lege. C. de vſur.* Bart. *in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.* & cum non ſit veriſimile, quod fuerunt venditi quolibet anno eodem tempore, & conſueuerint in quolibet anno variari pretia ſimilium fructuum, mediocris, ſeu media æſtimatio eſt ſumenda de illo anno, *l. ſi fundum, in fine, & l. ſeq. ff. mandat.* quam dicit ſingularem Bart. ibi, & Bald. *in l. 1. in 6. quæſt.*
20 *C. ſi ſeru. exter.* † Limita, quando opponitur compenſatio, alias non, *l. eius, & l. ſi conſtat, C. de compenſat.* ita gl. declarat ibi in prima ſubauditione, quam approbat ibi Bald. in terminis, & *in l. 1. C. de diſtract. pignor.* Vide, *Pignus habens compenſat fructus in ſortem principalem. Concl. 354.*

## Fructus qualiter diuidantur inter fratres, & alios communionem habentes. Concl. 507.

1 QVALITER † diuidantur fructus extantes, & nondum conſumpti inter fratres, qui veniunt ad diuiſionem. Alex. *conſil. 99. lib. 1.* Corne. *conſil. 122. Circa præſentem, col. 2. lib. 2.* late Iaſ. *in l. vt nemini, in fin. C. de collation.* Petr. Vbald. *in tract. de duobus fratrib. in 4. parte princ. colum. 10. ver. quod facit pro ruſticis,* Corne. *conſi. 34. Quia de*
2 *pluribus, col. fi. lib. 4.* † Et fructus conſumpti per fratres in communione exiſtentes, licet vnus plus altero conſumpſerit, nõ poſſunt repeti. Alexand. *conſi. 49. lib. 1.* incip. *An hæreditas obueniens, & conſi. 48. lib. 2.*

## Fructus beneficiorum differunt à diſtributionibus quotidianis. Concl. 508.

1 FRVCTVS † beneficii non dicuntur diſtributiones quotidianæ; quia diſtributiones debentur perſonæ ſeruienti; ideo nõ augent valorem, nec veniunt appellatione fructuum. Oldr. *conſi.*
2 118. Gemin. *conſi. 85. nu. 23. ver. ex hoc liquido.* † Amplia, vt idem ſit in eo, quod Prælato debetur in iocundo aduentu ſuo; quia ratione perſonæ & non ratione beneficii dicitur deberi, & ideo non cadunt iſta in locatione facta. Oldrad. *conſi. 129. In quæſtione.* Vide, *Diſtributiones quotidianæ quid contineant. Concl. 511.*

## Fructus reſidentiæ quando abſenti debeantur, vel non. Concl. 509.

1 FRVCTVS † beneficiorum, qui debentur ſolum reſidentibus, & ſeruientibus præſentibus, debentur etiam abſentibus in ſeruitio eccleſiæ, *c. ex parte, de clericis non reſident.* Vide, *Reſidentiam*
2 *requirunt de iure communi omnia beneficia. Concl. 250.* † Amplia, vt etiam debeantur exiſtentibus in ſeruitio Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt mater omnium. Oldrad. *conſi. 48. Ius commune, in princ. c. cum dilectus, & c. ad audientiam. de cleric. non reſiden.* Abb. *conſ. 88. Videtur. col.*
3 *fin. ver. item ponderanda. lib. 1.* † Amplia, vt multo magis hoc procedat in Cardinalibus; quia habentur pro reſidentibus, cum ſint pars corporis Papæ, & vocati in partem ſollicitudinis, & non minus ſint familiares Papæ quam alii. Oldrad. *d. conſi. 48. in fine. verſ.*
4 *& debuit.* † Amplia in eo, qui habet diſpenſationem à Papa, vt per certum tempus capiat fructus in abſentia, tanquam ſi eſſet reſidens, dummodo diſpenſationem, ſeu gratiam præſentet; quia donec illam præſentauerit, illos habere non debet, & diuiſio facta interim inter ſolos præſentes valet, Oldrad. *conſi. 56.* incipit, *Tul-*
5 *lius.* † Amplia in eo, qui in Vrbe in ſtudio docet, vel audit; quia ex priuilegio Bonifacii VIII. debent haberi pro abſentibus quoad maſſam groſſam, etiam ſi ſtatutum eccleſiæ requirat, quod ſit in ſacris, vel quod per annum reſideat gratis, quia priuilegium ſupplet. Oldrad. *conſi. 117. Bonæ memor. per tot.* vbi, quod priuilegium eſt ampliandum, & eſt datum cauſæ, & non perſonæ; & idem de ſtudio Bononiæ. Fed. de Sen. *conſi. 246. nu. 2. ver. item ſi canonicus eſt*
*in ſtudio.* † Amplia, ſi adeſt conſuetudo, quod præbenda debeatur 6
abſenti; quia talis conſuetudo valet, & poteſt tolerari, iuxta not. *in cap. conquerente, de cleric. non reſidentib.* Federic. de Sen. *d. conſi. 246. De iure communi, in princ.* Vide plenius, *Conſuetudo circa reſidentiam*
*in beneficiis non curatis. Concl. 937.* † Amplia, vt canonicus exiſtens 7
in ſtudio de licentia Epiſcopi, vel Prælati ſui debeat de iure communi habere fructus. Archid. *in c. 2. de priuileg. lib. 6.* Feder. de Sen.
*d. conſi. 246. num. 2. ver. item ſi canonicus eſt in ſtudio.* † Extende in Re- 8
ctore Parochiæ, & quolibet beneficiato. Vide, *Epiſcopus diſpenſare*
*poteſt circa multa. Concl. 276.* † Amplia, ſi canonicus eſt abſens pro 9
ſeruitio ſuæ eccleſiæ, vel Epiſcopi, vel Papæ; quia debet habere ſuam præbendam. *c. cum non deceat, de elect. lib. 6.* Federic. *d. conſil.*
*246. num. 2. ver. item ſi canonicus eſt abſens.* † Amplia ſi infirmitas, vel 10
alia corporalis neceſſitas ſubeſt; quia excuſat. *c. vnico. de cleric. non reſident. lib. 6.* Feder. de Sen. *conſi. 246. verſ. item ſi infirmitas,* vbi ampliat etiam, quando non habet canonicus domum prope eccleſiam culpa Prælati; quia excuſatur à reſidentia. Gemin. *conſil. 1. nu. 8. verſi. nec obſtat tertio,* vbi, quod infirmus habetur pro reſidente. Vide, *Reſidere qui nõ teneantur in beneficio requirente reſidentiam. Con-*
*cluſ. 251.* † Amplia in canonico in Cathedrali; quia excuſatur à re- 11
ſidentia alterius canonicatus. *cap. extirpandæ. §. quæro. de præbend.* 12
† Amplia; quia diſpenſatus ad plura beneficia, requirentia reſidentiam, excuſatur, ſi in vno reſidet, & percipit fructus aliorum,
in quibus reſidere non poteſt. Feder. *d. conſi. 246. in fin.* † Amplia 13
in exiſtente in ſeruitio Epiſcopi, Abb. *conſi. 88. col. fin. in princ. lib. 1. ver. nam ſi exiſtentes.*

## Fructus debiti diſpenſato non debentur, ſi ante præſentatam diſpenſationem ſunt diſtributi. Concluſ. 510.

FRVCTVS † beneficiorum, vel Canonicatus qui deberentur 1
diſpenſato, vt illos percipiat in abſentia per biennium, qui nõ debentur de iure, niſi præſentibus, ſi ſunt diſtributi per Capitulum inter præſentes bona fide ante præſentationem diſpenſationis, ſunt bene diſpenſati, nec debentur diſpenſato negligenti in præſentanda gratia prædicta. Oldr. *conſi. 56. Tullius.*

## Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum quomodo, & quibus diſpenſandi. Concl. 511.

BONA † Eccleſiarum ſunt bona pauperum. *c. fin. 16. qu. 1.* ideo 1
poſſunt bona eccleſiarum pro pauperibus alendis, captiuis redimendis, & templo Dei ædificando, vendi, & ſacra conflari, *12. qu. 2. cap. aurum.* Feder. de Sen. *conſi. 224. Caſus talis eſt, quædam plebs, in fin.* Vide, *Bona Eccleſiarum cuius eſſe dicantur, & quibus diſtribuenda.*
*Concluſ. 111.* † Amplia; quia bona eccleſiarum poteſt Epiſcopus 2
diſpenſare habentib. neceſſitatem, *cap. Epiſcopus 12. q. 2. & 12. qu. 1.*
*cap. ex his omnibus.* † Amplia in tantum. quod de iure vna portio 3
bonorum eccleſiaſticorum eſt deputata pro fabrica, alia pro pau-
peribus, *c. quatuor vobis, 12. q. 2.* † Imo fiunt quatuor partes de ob- 4
lationibus fidelium, vna eſt Rectoris, alia Collegii, tertia pauperum, quarta fabricæ, *d. c. quatuor. 12. q. 2.* Vide infra in ampliation.
*num. 2.* † Amplia; quia fructus Epiſcopatus debent inſeruire pro 5
infirmitate Epiſcopi, & pro ſepultura, etiam ſi eligeret ſepultu-
ram extra ſuam eccleſiam. Gemin. *conſi. 1. per tot.* † Amplia, vt Epi- 6
ſcopus infirmus, licet de recenti habuerit fructus ſuæ eccleſiæ, & poſtea deceſſerit; non tamẽ illi præſumuntur ad conſanguineos deueniſſe, ſed potius, quod illos diſpenſauerit, prout debet; &
poteſt diſpenſare. Gemin. *d. conſ. 1. circa fi. ver. ad ſecundam.* † Exten- 7
de; quia poteſt Epiſcopus donare etiam conſanguineis & ſeruitoribus ſibi inſeruientibus in infirmitate de fructibus exactis, in quod ad ſucceſſorem donati non ſpectabunt. Gemin. *d. conſi. 1. circa fin. ver. ad ſecundam.* Vide, *Prælati non poſſunt donare fructus beneficiorum ſuis conſanguineis, & quando ſecus. Concl. 501.* † Idem in aliis beneficiatis, qui poſſunt donare etiam inter viuos de fructibus eccleſiæ pro ſeruitio remunerando. Innoc. *in c. indecorum, circa fin. de*
*ætat. & qualit.* Calder. *conſi. 329. num. 2. ver. alii æquiparatur,* alias 2. de 9
*pecul. cleric.* † Amplia; quia fructus eccleſiaſtici ſunt beneficiatorum, in quantum probabili ratione illos pro neceſſitatibus ſuis conſumunt, alias autem non faciunt illos ſuos, ſed debet, quod ſupereſt, dari pauperibus. Calder. *d. conſi. 329. num. 2. ver. Hoſtien. diſtinguebat,* alias 2. *de peculio cleric.* Gemin. *conſi. 85. nu. 23. ver. ex hoc liquido,*

*quido*, vbi dicit hanc veram opinionem, Socin.*conſi.32.nu.2. & ſeq.*
*lib.1.* ita Redoanus, qui plura allegat *de ſpol.q.9.num.4.& ſeq.* Vide,
10 *Beneficiatus an æquiparetur vſufructuario, an vſuario. Concl.*80. † Ex-
tende, vt nec poſſint beneficiati de fructibus reconditis diſpone-
re in vltima voluntate, niſi quatenus pro ſalute animæ hoc fieret,
etiam ſtante cõſuetudine; quia debet intelligi, vt poſſit hoc mo-
do, & non aliter diſponere. Calder.*d.conſi.329.n.2.ver.Hoſtien.* alias
*2.de peculio cleric.* vbi, quod etiam moderate hoc fieri debet. Am-
11 plia; † quia portio debet aſſignari clerico inſeruienti eccleſiæ in
celebratione Miſſæ; quia ſine eo Miſſa celebrari non poteſt; ideo
participat etiam delegato facto Rectori contemplatione eccle-
ſiæ. Gemin.*conſi.*148.*per tot.* Vide, *Clericus ſeruiens eccleſiæ quid conſe-*
*qui debeat.Concl.*394. † Amplia; quia fructus & oblationes eccle-
12 ſiæ de iure debent diſtribui in quatuor partes; prima eſt Epiſco-
pi; ſecunda Capituli, tertia fabricæ; quarta pauperum, *c.quatuor.*
*12.q.2.* Bald.*conſi.*132. *Præſuppoſito, ꝙ Cathedralis, lib.*1. vbi loquitur
13 de fructibus eccleſiæ Cathedralis. † Extende in tantum, quod ſi
non ſufficiunt, compellendi ſunt Canonici contribuere; imo et-
iam poteſt fieri ſtatutum, quod fructus primi anni ſingulorum
beneficiorũ in diœceſi applicentur fabricæ, & valebit huiuſmodi
14 ſtatutum. Abb.*q.3.in fi.ver. eo autem caſu.* † Reſtringe, niſi conſue-
tudo ſit in contrarium præſcripta, quod Epiſcopus habeat tres,
& Capitulum, ſiue eccleſia aliam quartam; quia talis conſuetudo
15 eſt ſeruanda. Bald.*conſi.132.per tot. lib.*1. † Contrarium, quod imo
non valet conſuetudo contraria, quod fabricæ, & pauperibus non
detur ſua portio, dicit *c.quatuor*, 12.*q.*2. nefas eſt, ſi ſacris ædibus
deſtitutis in lucrum ſuum Præſul impendia iis deputata conuer-
tat, & pro vtraq; parte plene Abb.*in d.3.qu.col.15.ver. ad ſextum du-*
16 *bium.vſque in fi.* † Declara, vt in tantum ſit ſeruanda, quod ſi fabri-
ca, & pauperes conſueuerunt participare de iſta ſola quarta, ea eſt
diuidẽda pro Capitulo, & clericis ac fabrica, pauperibus, abſq; eo,
quod Epiſcopus habens tres quartas integri redditus communi-
17 cet. Bald.*d.conſi.132.lib.*1. † Declara plenius per Abbatem *d.quæſt.3.*
*Sempronius.col.penult.ver.ad ſextum dubium.vſque in finem*, vbi allegat
multa pro vtraq; parte, quod non valeat conſuetudo, & quod i-
mo valeat, tandẽ diſtinguit quatuor caſus *in ver. ad ſolutionem.* pri-
mus eſt, quod valeat conſuetudo, quando transfertur onus in
populum, & quartus, quando propter impotentiam Epiſcopi nõ
poſſet ipſe viuere; quia eo caſu compelluntur Canonici, populus,
& omnes contribuunt, in aliis duobus caſibus non valet, ſi Epi-
ſcopus poſſet, & Eccleſia patitur ruinam; & tertius, quando Epi-
ſcopus vult contribuere de noualibus tantum; quia de omnibus
18 tenetur. † Et in omnem caſum, quod Epiſcopus habens modum
ex conſuetudine non contribuit, vt quia fabrica diues eſt, tenetur
19 Epiſcopus hanc quartam in aliud opus pium conuertere. † Am-
plia; quia beneficiatus de altari viuere debet, non luxuriari; ideo
vltra victum, & veſtitum neceſſarium tenetur cõſeruare eccleſiæ,
20 & non facit fructus aliter ſuos. Soc.*conſ.32.n.2.& ſeq.lib.*1. † Limi-
ta; quia poteſt Prælatus donare conſanguineis ſuis, quatenus po-
tuiſſet nugatorie expendere in equis, domicellis, & conuiuiis, ſi
ab iſtis abſtinuit. Bald.*conſ.*298.*Hæc materia altioris,n.5.ver. ſed nun-*
*quid, lib.*1. vbi, quod poteſt Prælatus de redditib. ſibi approprian-
dis facere, quicquid vult in vita ſua, ſecus in morte. Vide, *Benefi-*
*ciatus an æquiparetur vſufructuario, vel vſuario.Concl.*79. Vide, *fructus*
*beneficiorum Eccleſiaſticorum quando ſpectent ſucceſſori in beneficio, vel*
*hæredibus defuncti.Concl.*515.

## Fructus collationis, & electionis eſt ipſa collatio, & electio. Concl. 512.

1 FRVCTVS † collationis beneficiorum eſt ipſa collatio, & fru-
ctus electionis, & præſentationis eſt ipſa electio, & præſenta-
tio. Vide, *Collatio beneficiorum eſt fructus collationis.Concl.*421.

## Fructus collationis, & electionis nunquam reſtituuntur. Concl. 513.

1 HABENS † ius eligendi, quando eſt in poſſeſſione, ſi eligat, ele-
ctus non amouetur, etiamſi poſtea conſtet, quod eligens nõ
haberet ius, licet fructus electionis ſit electio; quia iſti fructus
improprii nunquam reſtituuntur, neq; à die litis conteſtatæ, ne-
que ſi fiat electio pendente lite; quia dicitur continuatio poſſeſ-
ſionis licita. Caſtrenſ.*conſi.*347.*Formæ cap.nu.2.ver.nam fructus, lib.*1.
2 † Extende in habente collationem ab eo, qui eſt in poſſeſſione
conferendi; quia licet per ſententiam declaretur non habere ius,
non amouetur prouiſus.

## Fructus canonicatuum, & præbendarum diuerſimode diſtribuuntur. Concl. 514.

1 FRVCTVS † præbendarum aliquando triplicem habent diſtri-
butionem, & diuiſionem; vna eſt, quæ propria aſſignatur cui-
libet Canonico, & præbendæ, ita vt quilibet agat pro ſua præ-
benda diuiſa; ſecunda eſt fructuum ſuperexcreſcentium, qui di-
uiduntur tanquam maſſa; tertia eſt diſtributionum quotidiana-
rum, quæ debentur ſolum intereſſentibus. Gemin.*conſil.153.in pr.*
† Aliquando omnes præbendæ ſunt in cõmuni, & omnia diſtri- 2
buuntur ſecundum numerum Canonicorum æqualiter, & ſunt
portiones priuilegiatæ, quæ loco præbendarum habentur, & vl-
tra hanc maſſam groſſam adſunt etiam diſtributiones quotidia-
næ. Gemin.*d.conſi.153.ver.quædam ſunt eccleſiæ, in prin.* † Aliquando 3
omnes præbendæ ſunt communes, & omnes diſtributiones quo-
tidianæ, de quibus fit vna maſſa, quæ diſtribuitur ſecundum Ca-
nonicos, & prout placet ipſis Canonicis. Gemin.*d.conſi.153.in fin.*
*ver.quædam ſunt.*

## Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio, & quando hæredibus defuncti. Concl. 515.

REGVLA † eſt, quod fructus beneficiorum eccleſiaſticorum
ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, non autem hæredibus 1
defuncti beneficiati, *c.quia nos, & c.relatum, de teſtam. & c.fi. de offic.*
*ordin.in 6.* quod intelligas, quando beneficium habet adminiſtra-
tionem, gl. & Doct.*in c.ſi propter. de reſcript.in 6.* † In contrarium,
quod fructus beneficiorum eccleſiaſticorum ſimplicium libere 2
ſpectent beneficiato in vita, & morte, & poſſit illos donare cui
velit, & hæredem inſtituere, eſt* communis opinio, de qua Corn. *
*conſ.314.n.2.lib.3.col.2.* & idem dicit, *conſ.338.Primo quæritur.n.6.lib.*
*1.* † Declara; quia eſt verum, quod beneficiati ſimplices poſſunt
donare, & diſponere de fructibus beneficiorum, & in eis poteſt 3
pro debitis fieri exequutio abſolute; in Abbatibus vero, & bene-
ficiis habentibus adminiſtrationem ſunt domini, in quantũ ſuffi-
cit ad victum; & ideo non poteſt fieri exequutio in fructibus Ab-
batiarum, vel beneficiorum, quæ dãtur in adminiſtrationem, niſi
in portione aſſignata pro alimẽtis, deducto, ne egeat. Caſtr.*conſi.*
338.*n.6.lib.*1. Vide Concl.prox.ſeq.*nu.7.& ſeq.* † Limita; quia ſi be-
neficium eccleſiaſticum non habet adminiſtrationẽ, ſed ea, quæ
percipit beneficiatus, reſpiciunt opus perſonale, & diurnum la- 4
borem; tunc beneficiatus æquiparatur vſufructuario, & dum vi-
uit, & cum moritur, adeo quod poteſt de fructib. libere diſpone-
re, nec ad ſucceſſorem pertinent, gl.*in c.fi.de offi.ord.in 6.* quæ com-
muniter * vſu recepta, & comprobata fuit, vt ibi per omnes, & in *
*c.tua nos, de teſtam.* vbi Ant.de Butr. & Imol. & pro communi Bald.
*in auth.licentiam, ad fi.C.de epiſcop.& cleric.* Rota *dec.856.cum Camera*
*Apoſtolica, in antiq.* & Bald.*conſ.313.Præmittendũ eſt, lib.2.* Anan.*conſi.*
87.*Circa dubium.per tot.* vbi Bolog.in apoſt. Alex.*conſ.101. Super pri-*
*mo dubio, ad pr.lib.*7. Corne.*conſ.314. In præſenti, col.2.ad fin. lib.3.* qui
dicit hoc teneri * communiter, & vſu eſſe receptum, idem firmat *
Pariſ.*conſi.33.Eccleſia Cathedralis, col.fin.lib.*4. † Contrarium Abbas 5
*in c.cum eſſes, col.7.in 2.qu.principali.de teſtam.* † Extende limitationẽ, 6
vt capellanus poſſit teſtari de fructibus capellæ, adeo quod ſuc-
ceſſor in illis non poſſit prætendere, neq; capella, niſi ſi deceſſe-
rit ab inteſtato; quia tunc debet ſucceſſor in capella hoc probare,
& allegare, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, vt per plura
Feli.*in c.cum ordinem, col.pen.ad fin.de reſcript.* Vide, *Beneficiatus an æ-*
*quiparetur vſufructuario, an vſuario.Concl.*79.

## Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum quando ſpectent ad Eccleſiam, & ſucceſſorem, & quando ad hæredes defuncti. Concl. 516.

REGVLA † eſt, quod mortuo beneficiato fructus nondum col- 1
lecti, neq; reconditi, ſpectant ad eccleſiam, donec detur ſuc-
ceſſor, poſtea v. ad ſucceſſorem in d.eccleſia, *l. defuncta.ff.de vſufru.*
*& quemadmodum quis vtatur.* Cald.*conſ.329.in princ.* alias *2. de peculio*
*cleric.* Vide, *Bona per Prælatũ acquiſita an ſint hæredũ, vel eccleſiæ. Concl.*
112. † Amplia, vt procedat, etiã ſi ſint ſeparati à ſolo, ſed ſunt in a- 2
rea, vel fundo; quia ſpectant ad eccleſiã, vel ſucceſſorem eccleſiæ.
Cald.*d.conſ.329.in pr.ver.primo & ſecundo caſu*, alias *2.de peculio cleric.*
† Contrarium tenuit Couar.*variar.reſolut.lib.1.c.15.n.*12. vbi dicit 3
* communem. † Amplia, vt etiam procedat ampliatio, licet fru- * 4
ctus eſſent nedum ſeparati à ſolo, ſed etiam eſſent reconditi in
horreo à colono, ſed nondum conſignati defuncto; quia adhuc
ſpectant ad eccleſiam, vel ſucceſſorem. Cald.*d.conſ.329.in pr.ver.1.*
*& 2.caſu*, alias *2.de peculio cleric.* † Declara, vt hæc ampliatio nõ pro- 5
cedat in aliis diſpoſitionibus; quia fructus dicũtur percepti à bo-
næ fidei poſſeſſore eo ipſo, ꝙ ſunt ſeparati à ſolo, ſecus in benefi-
ciato, & vſufructuario. Cald.*d.conſ.329.v.1.& 2.de pecul.cler.* † Am- 6
plia; quia de iure cõmuni fructus eccleſiæ etiam collecti, & non
cõſumpti, ſpectant ad eccleſiã, & nõ ad hæredes beneficiati; quia
licet viuens æquiparetur beneficiatus vſufructuario; tamen mo-

* riens æquiparatur vſuario. Bello. *conſi.3.in prin.*vbi *num. 2.** dicit
communem.Bald.*conſ.255.Abbas fecit,in prin.ver.non obſtat.l. defun-*
7 *cta, lib.* 1. † Declara; quia beneficiatus habens adminiſtrationem
beneficii in titulũ, non poteſt aliquid diſponere; quia in morte æ-
quiparatur vſuario; ſecus ſi eſt ſine adminiſtratione beneficia-
tus; quia ſemper æquiparatur vſufructuario, & facit fructus ſepa-
ratos ſuos, gl.*in c.fin.ff.de offic. ord.in 6.* quam de conſuetudine ſer-
* uari, & communem * opinionem eſſe firmat. Bello.*d.conſi.3.nu.* 5.
*& 6. ver. tertio eſt gloſſa.* Vide, *Beneficiatus quibus æquiparetur an vſu-*
8 *fructuario, vel vſuario. Concl.*79. † Beneficium autem dicitur habe-
re adminiſtrationem, quando eſt aſſignata certa dos, & ideo pa-
rochialis dicitur habere adminiſtrationem; ſecus ſi beneficium,
vel Canonicatus nõ habet redditus diſtinctos; quia tunc fructus
ratione ſeruitii ſunt ſine adminiſtratione, ſed in iſtis beneficiatus
facit illos ſuos. Bello.*d.conſi.3.num.6.& 7.ver. nunc in propoſito.* imo
poteſt libere de eis teſtari, & codicillari; quia non tenetur illos re-
ſeruare eccleſiæ, neq; ſucceſſori. Bald.*conſi.255.Abbas fecit, in princ.*
*lib.* 1. qui loquitur in fructibus præbendæ, qui non ſpectant ad
9 præbendam, ſed ad præbendatum. † Limita; quia imo etiam ſi
fructus nondum ſint reconditi, neq; ſeparati, poteſt beneficia-
tus de illis diſponere rationabiliter, ſi extat conſuetudo, pro ſalu-
te animæ ſuæ, vel pro remuneratione ſeruitii ſibi præſtiti. Calde.
10 *d.conſi.329.nu.2.ver.tertius caſus,* alias 2.*de pecul.cleric.* † Limita, niſi
neceſſitate coactus fuiſſet contrahere debita; quia in caſibus, in
quibus obligatur ſucceſſor ad debita prædeceſſoris, eiſdem caſi-
bus diſponit prædeceſſor de fructibus non perceptis. Calder. *d.*
11 *conſi.329.in fin.ver.æquum tamen,* alias 2. *de pecul.cleric.* † Declara ta-
men; quia ſi ceſſiſſet illos fratri ſuo confitens ſe teneri verſus fra-
trem pro impenſis factis pro ipſo Rectore, non creditur, nec fra-
ter habebit tales fructus, quando non ſunt ſeparati à ſolo. Bartol.
*conſi.231.Dominus Ioannes.per tot.lib.*1. ſequitur Bello.*d.conſi.3.Cura-*
12 *tus eccleſiæ,nu.*13.*ver.non obſtat.*† Limita, quando extaret conſuetu-
do, quod fructus ſeparati ſpectarent ad hæredes beneficiati; quia
talis conſuetudo valet, & eſt attendenda, etiamſi fructus non ſint
percepti, dummodo non ſit multum oneroſa eccleſiis Bello. *dict.*
13 *conſi.3.per totum.* vbi eſt caſus. † Extende; quia ſeparati dicuntur,
quando reuera ſunt ſeparati, licet tempus ſolutionis penſionis
nondum venerit. Bello. *d. conſi.3.num.*12. *&* 13. *ver.non obſtat ſecun-*
*dum.* Vide Concluſionem proxim. præced. & Concl. proximam
ſequentem.

## Fructus beneficiorum præteriti nondum exacti ſpectant ad Prælatum tempore recollectionis, vel eius heredes, & quando ſecus. Concl. 517.

1 AFFICTVS † debiti pro præterito tempore, & ſic pro fructi-
bus leuatis per conductores, dicuntur ſpectare ad Prælatũ,
qui erat tempore recollectionis fructuum, licet dies venerit poſt;
quia conſideratur tempus fructuum collectorum, non tempus
ſolutionis affictus de iure. Gemin.*conſi.* 1. *in fin. ver.ad tertiam,* ple-
ne Alex.*conſi.15.Reuerendiſsime, nu.3. lib.* 2. Vide, *Fructus quando di-*
*cantur conſumpti.Concl.* 492. Vide, *Teſtandi facultas de fructibus Eccle-*
*ſiaſticis quid operetur. Concl.* 145. † Extende etiam in fructibus Epi-
2 ſcopatus; quia ſi ſunt collecti viuente Epiſcopo, qui poſtea mori-
tur, licet tempus ſolutionis penſionis venerit poſt mortem, ſpe-
ctant penſiones hæredibus defuncti, vel procuratori Epiſcopi
conſtituto in rem ſuam ab Epiſcopo mortuo cum ceſſione iu-
rium, ita Angel. Aretin.*conſi.53. Clarum videtur,in fin. ver. nec obſtat.*
† Contrarium; quia ſi tempore exactionis fructuum iamdiu ma-
3 turatorum beneficiatus eſſet mortuus, ex quo non ſunt conſum-
pti, ſpectant ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem, ſecundum Calder.
*conſi.329.nu.2.ver.tertius caſus, vſque in fin.*alias 2. *de pecul.Cleric.* qui
tenet ibi, quod æquiparetur vſuario, & non vſufructuario. Vi-
de, *Beneficiatus an æquiparetur vſufructuario, an vſuario. Concluſ.*79.
† Declara; quia ſi ſumus in beneficiato ſine adminiſtratione, qui
4 fructus recollectos facit ſuos, vt quia ęquiparatur vſufructuario,
& ſi ſunt percepti fructus, pro quibus debetur penſio, cuius dies
nondum venit, & ſpectant ad hæredes, prout de fructibus natu-
ralibus iudicatur. Bellon.*conſi.3.nu.12.ver.non obſtat ſecundum.* Re-
ſtringe † tamen ſecundum iſtam opinionem; quia ſi beneficia-
5 tus interim feciſſet debita pro victu ſuo, vel neceſſitate; tunc quia
ſucceſſor tenetur ſoluere iſta debita pro rata debitorum, feciſſet
fructus ſuos. Cald.*d.conſ.329.in fin.ver.æquum tamen,*alias 2.*de pecul.*
6 *Cler.* † Reſtringe tamen ſecundum iſtam opinionem, niſi adeſſet
conſuetudo generalis, vel etiam conſuetudo ſpecialis Eccleſiæ,
quod conſanguinei ſuccederent in fructibus perceptis, extanti-
bus, & non conſumptis; quia ſeruanda eſt. Calderin. *d.conſil.*329.
7 *circa fin.ver.puto concludendum;*alias 2. *de pecul.Cleric.* † Amplia, vt
multo magis hoc procedat in fructibus iam perceptis; quia be-
neficiatus etiam habens adminiſtrationem æquiparatur vſufru-
ctuario. Calder.*conſi.264.*alias 2.*de reb.Eccl.non alien.* † Extende, vt 8
bona mobilia per Epiſcopum acquiſita, ſi non ſunt ad vſum Ec-
cleſiæ applicata, neq; donata, ſi transferatur ad aliam Eccleſiã, illa
ſecum transfert. Cald.*d.conſ.264.*alias 2.*de reb.Eccl.non alien.*ſecus,
ſi illa ad vſum eccleſiæ applicauit. † Limita in fructibus Canoni- 9
corum, qui appellantur maſſa groſſa; quia etiamſi vno anno non
exigantur, ſed inſequenti anno fiat exactio pro duobus annis, de-
bentur Canonicis nouis, & præſentibus, non autem illis, qui e-
rant tempore, quo potuit, vel debuit fieri exactio. Cald.*conſ.*242.
alias 21.*de præb.*vbi allegat rationem differentiæ; quia maſſa groſ-
ſa debetur Capitulo, non ſingularibus Canonicis, licet Capitulũ
diſtribuat inter ſingulares; vnde non poteſt deberi ſingularibus,
antequam Capitulo ſit facta ſolutio. † Limita; quia ſi Eccleſia fuit 10
ſpoliata, vel bona Eccleſiæ fuerunt occupata, puta tempore de-
functi, & ſucceſſor recuperauit bona, cum condemnatione fru-
ctuum pro tempore etiam prædeceſſoris, illi fructus omnes ſpe-
ctant ad ſucceſſorem, qui intentauit actionem, nec hæredes de-
functi poſſunt aliquid prætendere, ex quo defunctus non inten-
tauit actionem, & aſſimilantur pendentibus, donec ſint exacti.
Bald.*conſ.307.in fi.lib.*4. † Extende, vt procedat, etiamſi defunctus 11
intentaſſet actionem tempore ſuo, & omnem diligentiam feciſ-
ſet; quia debentur fructus ſucceſſori obtinenti exequutionem;
quia quodammodo dicuntur pendentes, donec fuerit facta exe-
quutio, & ſicuti fructus quoad Eccleſiam pendẽtes ſpectant ſuc-
ceſſori; ita iſti, donec ſit facta exequutio. Bald.*d.conſi.307.in fin.&*
*conſi.419.lib.*4. Socin.*conſi.100.lib.*1. Crauet.*conſi.128.nu.*5. † Limi- 12
ta; quia fructus Monaſterii non ſpectant ad hæredes Abbatis, vel
Commendatarii mortui, etiã ſi ipſo viuente ſint recollecti; quia
ſunt monaſterii, & cuſtodia ſpectat ad monaſterium, & hæredes
ſolum debent conſequi expenſas, ſi quas fecerunt. Anchar.*conſ.*
328.*Factum tale,n.5.ver.ſuper ſecundo.* † Limita; quia fructus mona- 13
ſteriorum vacantium per obitum non ſpectant ſucceſſori, neq;
hæredib. prædefuncti, ſed ſpectant Cameræ Apoſtolicæ ex Bulla
Pii IV. quæ eſt in Bullario in ordine *nu.* 52. Vide, *Iudex finito officio*
*quæ commoda conſequatur, & quæ ſpectent ſucceſſori.Concl.*431.

## Fructus debiti penſionario, vel alteri ad vitam ſuam, ad quem ſpectent eo mortuo. Concl. 518.

FRVCTVS, † ſeu penſio, in quibus grauatur beneficiatus, vel 1
hæres de ſoluendo annuatim Titio, durante vita ſua naturali,
& ſucceſſiue poſt eius mortem Seio, non debentur Titio, neq;
eius hæredibus, ſi non fuit debita tempore eius mortis, ſed debe-
tur ſubſtituto. Gig.*de penſio.q.53.* Alex. *conſ.82.Perſpectis iis.n.16.lib.*
*2.& conſ.15.n.3.eod.lib.* vbi poſuit concord. † Et annus tali caſu in- 2
cipit & conſideratur cæptus à Menſe Septemb. vſq; ad aliũ men-
ſem Septembris, vt per Feudiſtas *in c.1.§.iis conſequenter. hic finitur*
*lex Corradi.* † Amplia; quia emphyteutæ, vel hæredibus non de- 3
bentur fructus pendentes eo mortuo finita emphyteuſi. Alex.*in*
*l.diuortio.n.4.ff.ſolut.matr.* † Extende idem in vſufructuario; quia 4
eo mortuo fructus pendentes ſunt domini.*l.defuncta.ff.de vſufruct.*
† Extende in beneficiato; quia eo mortuo fructus pendentes nõ 5
ſpectant hæredibus mortui, ſed ſucceſſori, glo. & Doctores *in c.ſi*
*propter, de reſcr.in 6.* † Limita in fructibus dotalibus; quia diuidun- 6
tur pro rata temporis inter mulierem, & hæredes mariti.*d.l.di-*
*uortio.ff.ſolut.matr.* & ibi omnes. * † Extende in emptore cum pa- 7
cto retrouẽdendi, & reſolutiuo; quia fructus diuiduntur facta re-
demptione pro rata temporis. Cuman. Alex. Iaſ. & alii *in l.qui Ro-*
*mæ,in prin.ff.de verb.oblig.*

## Fructus beneficiorum per totum orbem vacantium ſunt Sedis Apoſtolicæ pro primo anno. Concl. 519.

FRVCTVS † beneficiorum omniũ per totum orbem primi an- 1
ni vacationis debentur Sedi Apoſtolicæ ex conſtitutione Pa-
pali; quæ tamen eſt odioſa, & non debet extendi, vt ſi non poteſt
habere fructus primi anni, habeat fructus ſecundi anni. Anchar.
*conſ.328.Factum tale eſt.n.2.& ſeq.*vbi *n.*4. de hac conſtitutione. Vi-
de, *Statutum circa fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum. Concluſ.*557.
† Extende; quia non tollit ius quæſitum alteri, puta ſi pro redem- 2
ptione captiuorũ, vel pro fabrica Eccleſiæ eſſent applicati. Anch.
*d.conſ.328.n.2.* † Extende; quia nedum in conſtitutione Papæ ſu- 3
per annata, ſed etiam in quocunq; veniente ex priuilegio ſpecia-
li, vel irregulari; quia ſi habet certum tempus limitatum, & non
poteſt conſequi effectum in eo tempore, nunquam extenditur
ad aliud tempus, Anch.*d.conſ.328.nu.2.& per tot.* Vide, *Annata, &*
*annatiſtæ vnde habeant originem.Concl.*328.

Fruſta-

## Fruſtratoria, & eluſoria non debet eſſe lex, neque prouiſio legis. Concl. 520.

1 REGVLA † eſt, fruſtra expectatur, cuius euentus nihil opera-
tur, apoſtil. ad Roman. *conſi. 249. In caſu propoſito, nu. 2. in verb.*
2 *non releuat,* quæ citat Marſil. *conſ. 51. Licet nedum, n. 17.* † Et nemo te-
netur facere actum fruſtratorium. *l. 2. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non*
*ierit.* Bart. in ſua *quæſt. 18. Pupillus, in fine princ. n. 3. ver. quarto ſic.* Et iu-
3 dex † ex officio debet tollere actus inutiles, & fruſtratorios, &
repellere nulliter, & ſine actione agentem. Rom. *conſ. 67. Viſo the-*
4 *mate, in fi.* vbi apoſtil. plene *in ver. repellet,* quæ hoc dicit. † Amplia;
quia non præſumitur actus eluſorie, & fruſtratorie factus. Maſc.
Concl. 595. *Eluſorium actũ.* Vide, *Actus debet interpretari, vt aliquid ope-*
5 *retur, non vt ſit inutilis. Concl.* 135. † Amplia; quia diſcuſſio nõ habet
locum, quando conſtat, quod ille, qui primo debet diſcuti, noto-
rie eſt non ſoluendo; quia eſt bannitus omnibus bonis confiſca-
tis. Nam fruſtratoria, & ſuperuacanea eſſet talis diſcuſſio; ideo nõ
requitur. Abb. *conſ. 72. Videtur primo, col. fin. in prin. ver. quarto princi-*
6 *paliter, lib. 2.* † Amplia; quia ſi probatio facienda non releuat, non
eſt danda dilatio ad probandum. Rom. *conſ. 226. Vltra prædicta, n. 3.*
*ver. quarto idem oſtenditur.* Vide, *Probatio non admittitur, quæ non rele-*
7 *uat. Concl.* 782. † Extende; quia interrogatoria præparatoria non
ſunt admittenda, quando ſunt fruſtratoria. Rom. *conſ. 249. In caſu*
*propoſito, nu. 2. ver. tertio quia.* vbi apoſtil. *in ver. non releuat,* vbi dat ex-
emplum, quando lis pendet per appellationem coram alio iudi-
8 ce; quia nihil eſt innouandum. † Et articuli impertinentes, & qui
probati nihil releuant, non ſunt admittendi. Vide, *Articuli imper-*
9 *tinentes. Concluſ.* 524. † Amplia; quia ne iudicium reddatur eluſo-
rium & fruſtratorium in criminalibus, tam iudex primæ inſtan-
tiæ, quam iudex appellationis poteſt capi facere delinquentẽ de
crimine capitali, & carceratum illum detinere. Io. de Anan. *conſi.*
10 *1. in prin.* vbi Bologn. in apoſtil. *n. 13. ver. præterea* † Amplia; quia nu-
gatoria, & fruſtratoria redditur acquiſitio, vel permutatio, aut
contractus, quando nihil vtilitatis continet, puta, ſi das mihi cen-
tum, vt tibi reddam centum; ideo lex non admittit tales contra-
ctus nugatorios; ſecus ſi fiat de re, in qua poſſit cadere affectio, vt
quia das mihi decem iugera prati, & ego do tibi alia decem iuge-
ra prati; quia commoditas poteſt adeſſe, vel affectio. Caſtr. *conſil.*
11 *430. n. 2. lib. 2. ver. præterea.* † Amplia; quia fruſtratoriis cautionib.
non eſt vtendum; ideo licet quis teneatur in oblatione adducere
fideiuſſorem, vel deponere; ſecus eſt, ſi is, cui fit oblatio, recuſat.
Vide, *Superfluis cautionibus non vtendum. Concl.* 896. † Extende; quia
12 procurator, pro quo dominus ſatisdedit, nõ tenetur ipſe ſatisda-
re, etiamſi ſtatutum hoc diſponat, prout Florentiæ; quia debet in-
telligi, quando dominus non ſatisdedit pro procuratore; quia a-
lias eſſet fruſtratoria cautio procuratoris, quod lex non admittit.
Rom. *conſil. 62. Florentina conſtitutio,* vbi apoſtill. *in ver. releuaretur.*
13 † Extende; quia fruſtratoria proteſtatione non eſt vtendum; ideo
ſi impedimentum eſt notorium, licet dicant Doctores impedi-
tum debere proteſtari, non eſt verum; quia eſſet fruſtratoria.
Boer. *deciſ. 40. nu. 5. & ſeq.* vbi idem dicit, quando impedimentum
eſt legitimũ; quia non eſt neceſſaria probatio diligentiæ fruſtra-
14 toriæ. † Amplia; quia procurator, qui non habet ſufficiens man-
datum, admitti non debet, ne actus fruſtratorios faciat. Roman.
15 *conſi. 60. Mandatum oſtenſum, per tot.* maxime in fin. † Amplia; quia
conductor, qui ex negligentia ſua non reparauit, nec prouidit da-
mno imminenti, licet teneatur de ſuo; tamen quando reparatio
facta non profuiſſet, excuſatur. Crauet. *conſi. 83. nu. 5.* quia fruſtra-
16 toria reparatio non eſt facienda. † Amplia in abſolutione à iura-
mento; quia non eſt danda, quando redditur fruſtratoria, vt quia
abſoluto non poteſt competere actio, etiam data abſolutione à
iuramento. Rom. *conſi. 46. In cauſa D. Camillæ, in prin.* vbi apoſtil. *in*
*verb. effectum.* citat Felin. *in c. 1. colum. fin. verſ. decimo quæro. de iureiur.*
17 † Extende; quia conſuetudo inducens probationem ſuperfluã,
ex iuramento eſt nulla. *cap. 1. de probat.* per quem text. ita Roman.
18 *conſi. 102. num. 2. ver. ſecundo probatur.* † Limita; quia quandoq; lex
actum inutilem producit. Vide, *Actus inutilis quandoque producitur*
*à iure. Concluſ.* 146. Vide, *Circuitus vitandus, & quando ſecus. Concluſ.*
229. Vide, *Superfluitas ne inducatur, multa ſunt prohibita. Concl.* 894.
*cum Concluſ. ibi prox. ſeq.*

## Fugiens quando poſſit vbique capi, vel puniri. Concl. 521.

1 PATER, † qui poteſt filiam deprehenſam in adulterio interfi-
cere cum adultero in domo, poteſt etiam extra domum, ſi fu-
giant; quia actus permiſſus vno loco eſt etiam permiſſus extra
locum, ſi fuga arripiatur. Alexan. *conſ. 24. Animaduerſis, nu. 25. lib. 2.*
† Extende; quia deprehenſus in loco territorii delinquere, qui 2
poteſt capi ex forma ſtatuti, poteſt, in qualibet parte territorii ſe
recipiat, proſequi. Alex. vbi ſupra. † Limita; quia procedit in eo- 3
dem territorio; ſecus ſi fugiat in alio territorio. Alex. *d. conſ. 24. nu.*
*26. & ſeq. lib. 2.* vbi apoſtill. † Extende, vt ſi pro debito ciuili repe- 4
riatur extra domum, nõ poterit proſequi, ſi fugiat in domo; quia
locus eſt prohibitus; prout idem ſi in eccleſiam, vel in alienum
territorium ſe recipiat, apoſtil. ad Alex. *d. conſ. 24. nu. 25. & ſeq. lib. 2.*

## Fugitiuus quis dicatur, vel de fuga ſuſpectus. Concluſ. 522.

FVGITIVVS † eſt is, qui in actu fugæ deprehenditur, ita quod 1
ſaltem vnum pedem mouerit. Bald. *conſ. 250. In quæſtione D. Mi-*
*lani, nu. 8. ver. eſt autem fugitiuus, lib. 1. & conſi. 382. nu. 9. verſ. & pri-*
*mo videndum. lib. 5.* vbi, quod ſufficit, quod ſit deprehenſus in actu
fugæ, etiam ſi vnicum pedem mouerit, plene Boer. *deciſ. 215. nu. 2.*
† Amplia; quia fugitiuus dicitur, qui ſemel captus aufugit. Bald. 2
*conſi. 178. In præſenti materia, nu. 3. ver. ex hoc inſurgit. lib. 2.* † Extende; 3
quia exiſtens in fuga dicitur fugitiuus, & poteſt capi, nullo ordi-
ne ſeruato. Ioan. de Anan. *conſi. 53. nu. 4.* vbi plenius Bologn in a-
poſtil. qui dicit, quod poteſt capi à creditore, & quocunq; iudice,
etiam delegato, & quod incompetentia iudicis non poteſt oppo-
ni ab eo, quod eſt notabile dictum, & menti tenendum. † Limita; 4
quia fugitiuus non eſt is, qui aliquo modo non peruenit ad prin-
cipium fugæ, licet ad conſilium mente peruenerit. Bald. *d. conſil.*
*250. num. 8. lib. 1. & conſi. 382. num. 9. lib. 5.* † Limita; quia fugitiuus 5
non eſt forenſis, & ideo recedens à loco non dicitur fugitiuus;
quia aliud eſt fuga, aliud eſt receſſus à loco, Natt. *conſi. 430. per tot.*
maxime *nu. 21.* † Extende maxime, quando poſſidet bona ſtabilia 6
in loco vicino, vel in loco, in quo deberet conueniri. Nat. *d. conſil.*
*430. nu. 15. & 16.* Vide Concl. prox. ſeq.

## Fuga ſuſpectus quis dicatur, vel non. Concluſ. 523.

FVGÆ † ſuſpectus dicitur, qui à loco diſceſſit, neque reuertitur,
vbi creditores non pauci exiſtũt. Crauet. *conſi. 847. In cauſa no-* 1
*bilis.* † Declara, dummodo probetur poſt debitum fugam factam
eſſe, Crauet. *conſi. 978. in princ.* † Extende; quia imo teſtes proban- 2
tes aliquem breui receſſurum à loco, probant eum ſuſpectum. 3
Crauet. *d. conſi. 847. nu. 2.* allegat Alex. *conſ. 64. col. 3. ver. quinimo pu-*
*to, lib. 3.* † Latitans in loco domicilii dicitur fugæ ſuſpectus. Crauet.
*d. conſ. 847. in princ.* † Item in eo, qui ſemper ſtat in domo, vel ob- 4
tinet ſaluum conductum; & ſemper incedit cum iis, qui confe- 5
runt ſecuritatem. Socin. *conſi. 113. Quoniam in cauſa capturæ, in princ.*
*lib. 3.* † Non poſſidens ſtabilia dicitur ſuſpectus. Crauett. *d. conſil.*
*847. nu. 4. ver. ſed in fuga.* † Extende, etiam ſi poſſideat ſtabilia non
ſufficientia ad debitum. Crauet. *d. conſ. 847. num. 4. ver. ſed & idem.* 7
† Arbitrarium eſt iudici, an quis dicatur ſuſpect⁹, vel ne; ideo ca- 8
ptura ſequuta non eſt vlterius diſceptandum Crauet. *d. conſi. 847.*
*nu. 5.* plene Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 87. per tot.* † Forenſis, 9
qui contraxit extra domicilium in nundinis, cum pacto fideiu-
bendi in patria ſua, ſi defecit in prima ſolutione, poteſt, vti ſuſpe-
ctus, compelli ad fideiubendum præciſe in loco, alias poteſt capi
vt ſuſpectus, etiam ante diem pro futuris paghis. Petr. Surd. *conſil.*
*68. per totum.* vbi reſpondet ad omnia contraria, & reſpondet ad
Nat. *conſi. 430. num. 14. & ſequen.* vt loquatur, quando cum foren-
ſe habita eſt fides de pretio, & ſolutio eſt deſtinata in domicilio
debitoris, allegat Menoch. *caſu 87. num. 19. in fin.* Vide Concluſio-
nem prox. præced.

## Fuga ſuſpectus quando poſſit carcerari, vel non. Concluſ. 524.

REGVLA † eſt, quod carcerari non poteſt tanquam ſuſpectus 1
fugæ is, qui non mutauit conditionem ſuam; ideo ſi quis cõ-
traxit cum minus idoneo, videtur illum approbaſſe, nec poteſt
illum capi facere, tanquam ſuſpectum, ex quo non mutauit con-
ditionem. Bald. *conſi. 285. Quia non eſt opus, in princip. verſ. ex ſecun-*
*do, lib. 1. & conſil. 268. Sciendum eſt, num. 3. ver. ſuper alio. lib. 3. & conſil.*
*338. in princ. & per tot. lib. 4.* Dec. plene, qui alios citat *conſi. 75. col. 1.*
*ver. tertio quia.* vbi, quod iſta deterioratio debet probari per duos
teſtes, & articulari. Aretin. *conſi. 95.* Et non quælibet mutatio ſuf-
ficit, vt ibi per Dec. Natt. *conſi. 430. num. 11. & ſeq.* late Menoch. *de*
*arbitr. lib. 2. caſu 87. nu. 15. & ſeq.* Dec. *d. conſi. 75. Pro tenui. colum. 1. ver.*
*tertio quia.* Rol. à Vall. *conſi. 65. lib. 3. num. 8.* vbi * dicit communem. *
Rom. *conſi. 320. nu. 3. ver. ſecundo vt probetur.* Vide, *Captura ſuſpecti ex*
*quibus valida, vel nulla. Concl.* 71. Vide, *Captura nulla qualiter conuali-*
*detur. Concl.* 74. † Extende, etiam ſi eſſet ſuſpectus de fuga; quia de- 2
bet probari, ꝙ ſuſpitio ſuperuenerit; quia fuga non eſt ſufficiens
de ſe

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

de ſe. Crauet. *conſi.978.in prin.* Cuman. *conſi.157.num.2.* vbi, quod
ſuſpitio ſummarie debet conſtare. Rom. *conſi.320. Nec iſtorum, n.3.*
3 † Extende in tantum, vt ſi non cōſtat de deterioratione, non ſuf-
ficeret poſt capturam docere, Rol. à Vall. *d. conſi.65. n.8. & ſeq.* ma-
4 xime *n.10. lib.3.* † Contrarium, quod imo poſſit concedi captura
debitoris ſuſpecti ex cauſa deteriorationis non probatæ, ſed iura-
tæ; qua tamen facta, captura debet poſtea plene probari; quia ceſ-
ſat priuilegium capturæ imminentis. Alex. plene *conſi.19. Viſo pro-
ceſſu. in prin. lib.3.* vbi apoſtil. *in verb. iuſtificari*, dat concor. vbi, quod
5 ſi probatur deterioratio, erit nulla captura. † Et procedit contra-
rium etiam ſtante ſtatuto, prout in Ciuitate Fani, quod ſufficiat
iuramentum creditoris; quia debet intelligi ſecundum ius com-
mune, vt facta captura poſtea iuſtificetur. Alex. *d. conſ.19. nu.2. ver.*
6 *& poſito, quod dictum ſtatutum, lib.3.* † Extende; quia non quælibet
deterioratio, vel mutatio conditionis facit debitorem ſuſpectum
de fuga, ſed debet eſſe notabilis. Dec. *d. conſ.75. col.1. in fi. ver. & non*
7 *quælibet.* † Ratio, quare carcerari non poſſit, niſi mutauerit condi-
tionem, eſt; quia dicitur captura perſonæ remedium ſubſidiariū,
Pariſ. *conſi.99. lib.3.* cui non eſt locus, niſi probetur, quod debitor,
vel fideiuſſor capiendus mutauerit conditionem. Ruin. *conſi.89.*
8 *lib.1.* † Et quod plura requirantur ad hoc, vt quis poſſit, tanquam
fugæ ſuſpectus, carcerari, tradunt Bald. *in l. creditores. ff. ſi cert. pet. &
conſ.285. Quia non opus, lib.1.* Caſtr. *conſ.474. Pro pleniori examine. &
conſ. antecedenti, lib.1.* Rom. *conſ.320. Hæc iſtorum quinq;.* Alex. *conſi.
241. Perſpectis ſubtiliter. lib.6.* Soci. *conſ.99. Circa primum, in 1. quæſito,
lib.4.* Dec. *d. conſ.75. Et pro tenui*, in quib. locis colligitur, quod de-
bet allegari, & conſtare iudici de cauſa ſuſpitionis ſuborta poſt
contractum debitū, vel ex eo, quod non habet immobilia in lo-
co, vel ex eo, quod ſe præparet actualiter fugæ; & tunc poteſt capi
etiam ab incompetente iudice. Anch. quem ſequitur Soc. *d. conſil.
99.* licet talis concluſio, quod ab incompetenti fieri poſſit, nō ſit
tuta. Aret. *conſ.95. Reſpondeo breuiter.* Dec. *d. conſ.75.* Et quatenus ſit
vera, debet intelligi, non in eo, qui eſt ſimpliciter ſuſpectus, ſed in
eo, qui eſt in fuga, & non habet in loco domicilii, vnde poſſit ſatiſ-
9 facere, vt etiam declarat Soc. *d. conſ.99. lib.4.* † Econuerſo, ſi mu-
tauit conditionem, bene poteſt vti ſuſpectus carcerari, ſed debet
cauſa allegari, quæ poteſt eſſe multiplex; aut quia non poſſidet
ſtabilia; aut quia deteriorauit conditionē poſt obligationem; aut
quia extant ſigna fugæ præparatæ, & etiam ſi ignorauit conditio-
nem debitoris ab initio, vel ſi debitū eſt ex delicto, vel quaſi, dan-
da eſt captura allega[illegible] cauſa de iure communi. Caſtr. *conſ.474. in
10 prin.* quod eſt fin. *lib.1.* [illegible]i apoſt. *in ver. ſigna.* allegat concord. † Re-
ſtringe in fugitiuo; qu[illegible] ſicuti poteſt capi propria authoritate; ita
etiam per quemcunq; iudicem, etiam ſi non probetur creditum,
etiā ſi non conſtet de deterioratione; quia contra fugitiuum pro-
ceditur ad capturā omni modo non ſeruato vllo ordine. Bologn.
per addit. ad *conſ.55.* Io. de Ana. vbi adducit contraria, & dicit pro-
11 cedere in ſuſpecto fugæ; ſecus in fugitiuo. † Reſtringe in forenſe,
qui cōtraxit in nundinis cum obligatione de ſatisdando in patria
ſua; quia ſi deficit in prima ſolutione, licet non deteriorauerit ſuā
conditionē, compellitur, vt ſuſpectus, ſatisdare in loco. Pet. Surd.
12 plene *conſ.68. per tot.* maxime *n.18. & ſeq.* † Reſtringe, niſi creditor
ignoraſſet conditionem debitoris; quia tunc licet non mutauerit
conditionem, ſatis eſt, quod adſit cauſa ſuſpitionis fugę. Bald. *conſ.
338. In cauſa incarcerati, ante med. ver. quarto obſtat, lib.4.* Menoc. *lib.
2. de arbitr. caſu 87. num.17.* vbi, quod ſcientia, vel ignorantia pro-
batur iuramento, allegat Pariſ. *conſ.99. circa principium, lib.3.* & a-
lios, qui Pariſ. plene hoc dicit, tuendo capturam eius, qui vendi-
derat bona ſua tempore debiti, ignorante creditore; quia perinde
eſt, ac ſi poſtea alienaſſet. Alex. *conſ.19. Viſo proceſſu, nu.3. ver. non ob-
ſtat etiam, lib.3.* vbi, quod licet poſſit capi, quando non ſuperuenit
deterioratio, ſi tempore contractus erat ſuſpectus, & contrahens
ignorabat; ſi tamen captura eſt obtenta propter deteriorationē,
quæ non probatur, non poterit ſubſtineri ex alia prima cauſa ca-
13 ptura nulla ex cauſa expreſſa non vera. † Imo contra reſtrictionē
tenet expreſſe Alex. *d. conſ.19. n.4. ver. præterea dictus Petrus. lib.3.* di-
cens, quod non ſufficit, quod tempore contractus debitor eſſet
ſuſpectus, & creditor ignoraret; quia tenetur creditor ſe infor-
mare, & niſi ſibi fuerit dictum, debitorē eſſe idoneū, & hoc pro-
14 bet, non ſufficit ignorantia conditionis debitoris. † Vide omni-
no Alex. *conſ.60. Conſideratis, per tot. lib.5.* vbi in fine, *nu.7. verſ. ex his
infertur.* ponit plures caſus, in quib. obligatus fideiubere, fideiuſſit
non idonee, vel etiam quando ſcienter creditor recepit fideiuſſo-
rem, vel fideiuſſit idonee, poſtea deſiit eſſe idoneus fideiuſſor,
poſſit, vel non poſſit principalis debitor capi, vel non, vide eum.
15 † Declara totam iſtam materiā; quia quando iudex concedit per
ſeipſum capturā contra ſuſpectum fugæ, & quatuor ſunt neceſſa-
rio requiſita; primum, quod iudici conſtet debitorē eſſe fuga ſuſ-
pectum per præſumptiones, vel per iuramentum, ex quo animus
fugæ non probatur, niſi præſumptionibus, vel iuramento. Rom.
*conſi.320. Nec iſtorum, nu.3. verſic. ſecundo quia.* † Contrarium, quod 16
non ſufficiat iuramentum. Alex. *conſi.241. nu.5. verſ. & ad probatio-
nem. lib.6.* † Secundum, quod ſuſpitio poſt debitum contractum 17
ſuperuenerit, Roman. *d. conſi.320. nu.2. ver. vt probetur*, vbi apoſtil.
allegat Alex. *conſi.19. Viſo proceſſu, poſt princip. lib.3.* Dec. *conſi.75. Pro
tenui, colum.1.* & ſupra in prin. dantur concordan. Alexan. *conſ.241.
Perſpectis, nu.4. ver. requiritur etiam. lib.6.* † Rationem allegat Maſc. 18
*Concluſ.478. Debitor*, vbi, quod ex quo contraxit cum eo, etiam
quod non eſſet idoneus, cenſetur illum approbaſſe, niſi ignora-
uerit, & qui allegat ignoraſſe, debet probare; vnde ſi ex ſuſpitio-
ne ſuperuenienti, ſufficit iuramentū, ſi ex antiqua, & quod igno-
rauerit talem, debet plene probari. † Tertium, quod conſtet de 19
debito ſaltem ſummarie; quia ſi hoc requiritur, vt detur miſſio in
bonis per contumaciā. *l.2. C. vbi in rem actio.* multo magis, quando
datur captura perſonæ, ita Rom. *d. conſ.320. nu.2. ver. tertio quidem
neceſſarium, iuncto ver. tertio neceſſarium, nu.3. & conſ.224. in pr.* vbi
apoſtil. dicit, quod etiam debet eſſe liquidum, allegat Grat. *conſil.
138. Plures, n.5. lib.2.* † Quartum, quod debitum non ſit modicum; 20
quia pro modico quis non dicitur ſuſpectus. Rom. *d. conſ.320. n.3.
col.2. in fi. verſ. vltimo neceſſarium*, vbi apoſtil. *in ver. ſuſpitione*, dat con-
cord. † Si vero captura, & executio conceſſa eſt ad inſtantiam, vel 21
ad commiſſionem alterius iudicis, tria ſunt requiſita neceſſario;
primum, quod conſtet ipſum debitorē fuiſſe contumacem. Rom.
*d. conſ.320. in prin. & conſ.224. n.3. & ſeq. verſ. ſecundo principali*, vbi a-
poſtil. *in ver. conſtitutus*, allegat pro vtraq; parte. † Secūdum, quod 22
fuerit facta excuſſio, tam contra debitorem, quam contra fideiuſ-
ſorem, ex quo facultates fideiuſſoris cenſentur aggregatæ facul-
tatibus debitoris. Rom. *d. conſ.320. n.2. ver. item niſi*, & apoſtil. alle-
gat Marſil. *ſingul.3. ad hoc, vt ad carcerationem, & in rubr. ff. de fideiuſſ.
179.* & tertium, quod conſtet de credito, vt ſupra *verſ. tertium, quod
conſtet.* Vide plene Maſcar. *Concl.455. Creditor*, vbi, quod tria requi-
runtur, vt poſſit capi; primum, quod conſtet de debito; ſecundū,
quod ſit ſuſpectus de fuga; tertiū, quod ſuſpitio ſuperuenerit poſt
debitum contractum; primum debet plene probari, ſecundum
* communem, licet Caſtr. & alii, quod ſufficiat iuramentum. De- *
clara cōmunem veram, ſed iuramentum ſufficere, ſi parata eſſet
fuga; ſecundū probatur per iuramentū; tertium probatur plene,
vel etiam per iuramentum in caſu fugæ paratę cum hoc, ꝙ poſtea
plena fiat ꝓbatio, & vide eund. Maſc. melius diſtinguentē *Concl.
478. Debitor*, vbi in hoc tertio requiſito aliter diſtinguit. † Decla- 23
ra; quia omne mandatum alterius iudicis de facienda exequu-
tione reali, & perſonali debet intelligi ſecundū formā iuris. Rom.
*d. conſ.320. nu.4. ver. hæc eſt enim regula.* † Amplia; quia ex ſolo iura- 24
mento creditoris, ꝙ quis ſit ſuſpectus de fuga, nō debet quis car-
cerari, ſed debet conſtare per teſtes, ſaltē ſemiplene, vel aliunde,
Bald. *conſi.285. n.3. & ſeq. ver. ex quarto, lib.1.* & magis * communē *
dicit Decius *conſ.75. col.2. ver. ſexto.* & magis cōmunem * dicit Iaſ. *
*in l. cū apertiſſimi, C. de iud.* Pariſ. *conſ.101. in pr. li.3.* Alex. *conſ.24. Perſpe-
ctis, lib.6.* Caccial. *de debito. ſuſpect. q.6.* & vide Maſc. *Concl.823. in pr.*
vbi plures de * communi. Rom. *d. conſi.320. n.3. verſ. imo etiam*, vbi, *
quod ex quo conſiſtit ſuſpitio in animo, probatur iuramento, in-
finitos apoſtil. fin. ad Rom. *conſ.398.* & quod ſolo iuramento non
probetur. Rolan. à Val. *conſ.65. n.10. ver. tertio facit, lib.3.* vbi * dicit *
communem, & quod ita obſeruatur, & frequentiori calculo te-
netur. † Contrarium, quod iſtud ſit arbitrarium iudici, latiſſime 25
Menoch. *de arbitr. c.87. lib.2. per tot.* Caſtrenſ. *conſi.31. in princ. lib.1.*
Petr. Anchar. *conſi.84. Ex theoricis*, & hanc * communem Maſcar. *
*d. concl.823. n.4. & ſeq.* Rom. *conſi.241. Spectabiles Domini, in princ.* A-
lex. *conſi.19. Viſo proceſſu, in princ. lib.3.* vbi apoſtil. Vide plene Maſc.
iterum *Concl.477. Debitorem ſuſpectum eſſe*, vbi pro vtraq; parte, &
declarat, quod non ſufficit iuramentum, quando cōſtat, vel pro-
batur, quod non ſit fugitiuus, vel quando perſona eſt honeſta, &
ſufficit iuramentum etiam in ſuſpecto de dilapidatione. † Decla- 26
ra; quia probatio per iuramentum fit contra ſuſpectum de fuga,
quando non conſtat de contraria probatione; ſi vero conſtat de
contrario, vt quia poſſidet bona; tunc non releuat ꝓbatio per iu-
ramentū, quæ alias releuaret, Rom. *d. conſ.241. Spectabiles Domini, in
prin.* † Declara; quia ſufficit iuramentum creditoris ad obtinen- 27
dam cōmiſſionem capturæ tanquam contra ſuſpectum de fuga,
ſed non ſufficit iuramentū ad probandam ſuſpitionē poſt captu-
ram factam, ſed requiruntur aliæ probationes, ſecundum * magis *
communem, de qua Dec. *d. conſ.75. Pro tenui, col.1. ver. quarto hoc de-
ducitur.* quē ad hoc allegat apoſt. ad Rom. *d. conſ.241. in pr. in ver. ꝙ
ſufficit.* † Requiritur tamē iuramentū creditoris ſuper ſuſpitione, 28
alias

alias non valeret captura. Bald. *conſ. 318. circa fi. ver. item nō fuit iura-*
*tum. lib. 4. & conſi. 338. in princ. lib. 4.* ſed loquitur, quando ſtatutum
hoc requirebat, & non ſufficit iuramentum præſtitum, niſi ſit à
iudice delatum, Roland. à Vall. *conſi. 65. num. 27. lib. 3.* Alexand.
*d. conſi. 19. lib. 3.* † Declara, vt per Caccialup. *de debit. ſuſpect. quæſt. 6.*
29 vt ſi non imminet periculum fugæ, ſit vera * communis, alias ſe-
cus iudice deferente, & recipiente iuramentum, & plenius de-
clarat Maſcard. *d. concl. 823. num. 6. & ſeq.* Roland. à Val. *conſi. 65. nu.*
*26. ver. reſtat, lib. 3.* † Vide omnino Caſtrenſ. *conſil. 474. colum. 1.*
30 vbi, quod duo iuramenta requiruntur; vnum ſuper debito; aliud
ſuper fuga; poteſt tamen iudex ſuper iuramento fugæ, ſi velit,
concedere capturam; quia debiti liquidatio poſtea fieri poterit.
31 † Amplia; quia ex eo, quod quis eſt forenſis, non probatur ſuſpi-
tio; quia qui contrahit cum forenſe, videtur approbare illius
perſonam circa hoc, Bald. *conſil. 285. in princip. ver. ex ſecundo. lib. 1.*
Deci. *d. conſi. 75. colum. 2. ver. ſexto etiam, & colum. fin.* † Amplia; quia
32 de iure communi, antequam deueniatur ad capturam, debet fie-
ri diſcuſſio, an adſint bona. Bald. *d. conſi. 338. in princ. ver. ſecundo, &*
33 *circa fin. ver. in Chriſti nomine, amen, lib. 4.* † Et debet conſtare de
debito per inſtrumentum, vel apocham, vel teſtes, de iure com-
muni. Alexan. *conſi. 241. Perſpectis. in princ. lib. 6.* vbi apoſtil. *in ver. fu-*
34 *ga,* dat concord. † Sufficit tamen probatio non citata parte facta,
quando imminet ſuſpitio fugæ, quæ debet probari per iuramen-
35 tum, vel alias. Alexand. *conſi. 241. in princ. lib. 6.* † Extende in tan-
tum debere conſtare plene de debito, vt duo teſtes etiam iurati,
ſi ſunt ſingulares; quia vnus de vno loco, & alius de alio loco, vel
vnus de debito puro, alius de conditionali deponit, non ſuffice-
rent, & captura eſſet nulla. Alexand. *dict. conſil. 241. in princip. lib. 6.*
36 † Extende; quia ſi debitum eſt conditionale, vel non liquidum,
non datur captura, tanquam contra ſuſpectum; quia debitum ta-
le non dicitur exequibile. Alexand. *d. conſil. 241. num. 2. & 3. verſic.*
37 *in alio etiam, lib. 6.* † Extende; quia non ſufficit productio verba-
lis inſtrumenti, vel apochæ debitoris, niſi actualiter penes acta
dimittatur, in tantum, quod non ſufficit, quod Notarius dicat,
quod produxit ſcriptam manu talis debitoris ſcriptam; quia cum
ſint verba de præterito, nihil probant eſſe manu eius, ſed ſi dice-
ret ſcriptam, quam teſtes recognouerunt, manu talis, bene pro-
38 baret Alexand. *d. conſi. 241. num. 6. verſ. non enim ſufficit. lib. 6.* † Am-
plia; quia pro paruo debito non poteſt carcerari aliquis vt ſuſpe-
ctus. Bald. *in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt.* ſequitur Ro-
man. *ſingulari. 97. dic mihi.* vbi, quod inhoneſtum eſt, vt quis pro
paruo debito capiatur. Alex. *in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatisd. cogant.* vbi
Iaſ. ſed plenius omnium Roman. *conſi. 320. Nec iſtorum, num. 3. ver.*
*vltimo neceſſarium eſt,* vbi apoſtill. citat plurimos; imo ſemper ma-
gna eſt cauſa carcerationis; quia agitur de infamia; ideo non
diſtinguitur, vt ſufficiat iuramentum, quando de modica ſum-
39 ma agitur. Roland. à Vall. *conſi. 65. num. 16. lib. 3.* † Amplia; quia v-
bi quis habet pignus, vel fideiuſſionem debitoris, non poteſt il-
lum iurare ſuſpectum de fuga. Bald. *d. conſil. 285. num. 7. & ſeq. ver.*
40 *preterea, ex quo creditor, lib. 1. vſque in fin.* † Et ſi fiat diſcuſſio contra
principalem debitorem, debet etiam fieri contra fideiuſſorem.
41 † Ratio eſt; quia captura non datur, niſi in ſubſidium. Rom. *conſi.*
42 *241. num. 9.* † Amplia; quia ſi iudicium eſt cœptum in vno loco
via, & actione reali, non poteſt creditor in alio iudicio agere ad
carcerationem debitoris, tanquam ſuſpecti de fuga. Bald. *d. conſil.*
43 *285. in princip. lib. 1.* † Extende; quia pendente lite in iudicio ordi-
nario non poteſt creditor tranſire ad capturam ſuſpitionis fugæ;
quia via, quam elegit, ſibi pateat, Bald. *in l. 2. C. de ſeruitut. & aqua.*
44 † Contrarium, quod non inducat attentatum, Rota *in nouiſ. de-*
45 *ciſ. 926. lib. 2. parte 3.* † Declara, ſeu reſtringe, quando pendente li-
te ſuperuenit ſuſpitio; quia conteſtatio litis non præiudicat. Alex.
*conſi. 105. lib. 3. num. 31. & ſequen. verſic. pro hoc.* Iaſ. *in l. ſi ab arbitro. nu.*
46 *6. ff. qui ſatisdare cogantur.* Gabriel. *de iudic. concluſ. 14. nu. 30.* † Am-
plia; quia pro debito non liquido non poteſt quis tanquam ſuſ-
pectus fugæ carcerari; quia cum ſit decretum, & ſententia inter-
loquutoria, non poteſt iuſtificari ex nouis probationibus; ideo
debet relaxari taliter captus tanquam nulliter captus. Bald. *conſil.*
*318. Iſta captura, per totum,* maxime *num. 3. ver. notandum ergo. lib. 4.*
ſequitur Natta *conſi. 430. nu. 25. & 26. ver. poſtremo non obſtat.* Dec.
*d. conſi. 75. colum. 2. ver. quinto ſuadetur,* vbi declarat, quod non pro-
cedit, quando incertitudo eſt ex eo; quia eſt conditionale debi-
tum; ſecus ſi non eſt certum reſpectu quantitatis, & quod non
iuſtificetur captura ex nouis probationibus, quando debitum eſt
incertum. Caſtrenſ. *conſi. 31. col. 2. ver. ſed certe nec hodie, lib. 1.* Cuman.
47 *conſ. 157. In cauſa Benedicti.* † Contrarium, quod imo ſufficiat, quod
fiat liquidatio poſt capturam. Caſtr. *conſi. 473. In cauſa capturæ in fin.*
*lib. 1.* Neguſ. *de pignor. in 2. membro 3. partis princ. num. 23.* vide concor

infra in 1. limitationis extenſione. † Declara; quia captura pro 48
debito non liquido non datur, vt ſoluat, ſed bene, vt ſatisdet. Ca-
ſtrenſ. *conſi. 474. col. penult. lib. 1.* & ſic pro ſuſpecto. † Amplia; quia 49
requiritur mandatum ſpeciale, & coniunctus pro coniuncto
non admittitur. Roman. *conſi. 241. Spectabiles Domini, num. 11.* plene
Socin. *conſi. 120. num. 6. lib. 1.* † Reſtringe; quia imo quilibet ſine 50
mandato poteſt capi facere fugitiuum, & ſubſtinetur captura, ſi
ſequatur ratificatio principalis. Bologn. *in addit. ad conſi. Io. de An.*
*55. num. 6.* † Amplia, vt in omnibus caſibus, in quibus quis tan- 51
quam fugitiuus capi non poteſt, ſi quis fuit captus, debet relaxa-
ri tanquam iniuſte captus. Bald. *d. conſil. 285. per tot.* vbi eſt caſus,
*lib. 1.* Natt. *conſi. 430. per tot.* † Extende, vt imo ſi ex carcere aufugiat 52
nulliter captus, non teneatur pro eo cuſtos carcerum. Bald. *conſi.*
*177. In iſta captura, & conſi. 178. In præſenti materia, lib. 2.* † Declara; 53
quia fugitiuus, ſi iudex eum relaxat, non poteſt iuuari prætextu,
quod nulliter ſit captus; imo tenetur ad damna, Ioan. de Anan.
*d. conſi. 55.* vbi plene Bologn. in apoſt. † Limita; quia ſuſpitio fugæ 54
probatur per famam publicam. Roman. *d. conſi. 241. in princ. ver. ſe-*
*cundo dicitur.* † Declara, niſi de contraria fama, quod non ſit ſuſ- 55
pectus de fuga, conſtaret; quia præualet fama, quæ fauet liberta-
ti, & carcerato. Rom. *d. conſi. 241. in princ. ver. ſecundo dicitur, & nu. 2.*
*cum ſeq.* † Extende; quia ſuſpitio fugæ probatur per teſtes, & alias 56
probationes. Roman. *d. conſi. 241. nu. 3. in fin. & num. 4. ver. tertio di-*
*citur.* † Declara, niſi contraria probatio ſit pro non ſuſpitione; 57
quia illa præfertur, ex quo fauorabilior eſt; & quia probatio præ-
fertur, quæ excludit delictum, & carcerationem. Roman. *d. conſi.*
*241. num. 4. & 5.* vbi plena apoſtil. *in ver. repetitione,* dat concordan.
† Limita; quia pro non facto promiſſo datur actio, & captura re- 58
laxatur, donec promiſſum fiat. Vide, *Implere debet actor contractum*
*ex parte ſua, alias non agit ex eo. Concl. 52.* † Limita; quia licet requi-
ratur citatio, quando in vim iudicati petitur carceratio; ſecus ſi in 59
vim ſuſpitionis; quia eſſet inſtruere ſuſpectum ad fugam. Caſtr.
*conſi. 473. In cauſa capturæ, colum. 2. in princ. & circa fin. conſilij, ver. & in*
*propriis terminis. lib. 1.* & plenius *conſi. fin.* quod eſt 474. *col. 2. ver. ſe-*
*cundus articulus. li. 1.* † Limita; quia ſuſpect⁹ de fuga carcerari poteſt
ad cuſtodiam. Bald. *conſil. 177. ver. quoad tertium. lib. 2.* & ſufficit, 60
quod ſummatim qualiter qualiter conſtet de ſupitione fugæ, ita
quod iudex in hac ſuſpitione concurrat. Bald. *conſi. 178. In præſenti*
*materia. num. 3. verſ. & ex hoc ſurgit. lib. 2.* Caſtrenſ. *conſi. 19. per totum,*
*& conſi. 31. in princip. lib. 1.* † Extende; quia captura eo caſu poteſt
cōtra ſuſpectum committi, antequam fiat debiti liquidatio. Bald. 61
*d. conſi. 178. nu. 3. ver. poteſt primo cap. lib. 2.* Alexan. *conſi. 19. num. 2. lib.*
*3.* Crauet. *conſi. 847. num. 5. ver. ſuſpitione igitur.* Anchar. *conſi. 192. nu.*
*10. & ſeq.* Ioan. de Anan. *conſi. 53. num. 4.* † Contrarium Alex. *conſi.*
*241. lib. 6. in princ.* Natta *conſi. 29. nu. 2.* licet *num. 10.* diſtinguat. Cu- 62
man. *conſi. 157. nu. 3.* † Declarat Dec. *conſi. 75. colum. 2.* quod ſaltem,
ſi non eſt probatum ante capturam, debeat poſt probari. ita Ca- 63
ſtrenſ. *conſi. 31. lib. 1. per tot.* Anchar. *d. conſi. 192. num. 10.* Io. de Anan.
*conſi. 53. num. 4.* † Imo ſuſpectus de fuga poteſt capi vigore laudi
contra eum lati, etiam ſi lis pendeat ſuper reductione laudi; quia 64
tenetur cauere ante petitam, & poſt petitam reductionem, ſi eſt
ſuſpectus. Anchar. *conſil. 85. Ex theoricis, per totum.* † Extende; quia
poteſt capi vigore laudi facti nomine Titii minoris ſine manda- 65
to, quando Titius poſtea homologauit laudum; quia non dici-
tur nullum, ſed validum. Anch. *conſil. 123. Vnus ex procuratoribus. per*
*tot.* † Extende; quia imo cum captura relaxatur data cautione, 66
dicitur modici præiudicii; ideo ex laudo lato, etiam ſi pendeat
lis ſuper reductione, poteſt ſuſpectus capi, vt fideiubeat, & ſuſti-
netur captura, ſi conſtat ſemiplene de ſuſpitione, veluti quod
non poſſideat bona, quod vxor aſportauerit mobilia. Anch. *conſi.*
*85. Ex theoricis, & doctr.* † Declara; quia ſi eſt ſuſpectus de fuga, &
periculum ſit in mora; tunc reſeruantur probationes poſt captu- 67
ram; ſi vero non eſſet periculum in mora; tunc debet iuſtificari
debitum, & de eo clare conſtare extraiudicialiter. Socin. *conſilio*
*113. Quoniam in cauſa capturæ. lib. 3. num. 3.* qui diſtinguit inter fugi-
tiuum, vt poſſit capi etiam propria authoritate nulla iuſtificatio-
ne præcedente, & inter ſuſpectum de fuga. Ioan. de Anan. *conſilio*
*53. num. 4.* † Declara, vt per Natt. *conſi. 29. num. 10. & 11.* vbi tenet, 68
quod ſi periculum eſſet in mora, vel alias non haberetur copia,
ſufficit iuramentum, & poſt capturam iuſtificare debitum, etiam
ſi ſtatutum contrarium diſponeret, videlicet non dari capturam,
niſi iuſtificato credito; quia intelligitur ſecundum ius commu-
ne, vt iuſtificatio fiat poſt capturam. † Declara; quia tres ſunt o- 69
piniones; prima Angel. quod plena probatio requiratur, ſed ex-
traiudicium, videlicet parte non citata, ita quod ſi eſſet pars ci-
tata, probaretur debitum; ſecunda Bart. quod requiratur proba-
tio per inſtrumentum; tertia, quod ſufficiat ſemiplena, ſi plene
poſtea

poſtea iuſtificetur, quas refert Caſtrenſ. conſi. 31. Clarum videtur. lib.
1. vbi, quod ſufficit iuramentũ creditoris, dummodo plene poſtea
iuſtificetur creditum, & ſuſpitio, videlicet cauſa noua fugæ, quæ
non eſſet tempore obligationis. Petr. Anchar. conſi. 85. per tot. Ca-
70 ſtrenſ. conſi. 474. col. 2. ver. ex iis ſequitur. lib. 1. † Iſta declaratio non
procedit in fugitiuo; quia nullus ordo ſeruatur, & ſufficit quod
conſtet poſt capturam de debito, Ioan. de Anan. conſil. 53. num. 4.
vbi late. Bologn. in apoſtilla, vbi Ioan. de Anan. plus dicit caſum,
in quo non requiritur probatio debiti poſt capturam, puta ſi is,
qui fecit fugere ſuſpectum de fuga, capiatur tanquam fugitiuus,
tenetur ad intereſſe, niſi repræſentet relaxatum, contra quem nõ
71 eſt probatio facta debiti, niſi quia poſſet confiteri. † Limita, vt i-
mo creditor poſſit debitorem ſuſpectum capere, & iudici præ-
ſentare, quando non ſubeſt copia iudicis. Bald. d. conſi. 278. num. 3.
ver. imo ipſe creditor. lib. 2. & conſ. 137. Ad euidentiam, in fin. lib. 2. dum-
modo capiatur, vt ducarur ad iudicem. Cuma. conſi. 157. nu. 3. col. 2.
circa fi. Anch. conſi. 123. Vnus ex procuratoribus, in fi. & 192. n. 4. Bolog.
72 in addit. ad conſi. 55. Io. de Anan. num. 7. † Extende; quia imo clericus
ſuſpectus de fuga poteſt capi à laico, dummodo conſignetur ſuo
indici, apoſtil. ad Caſtrenſ. conſi. fi. in ver ſigna. lib. 1. allegat Soci. conſ.
113. Quoniam in cauſa capturæ. lib. 3. Innoc. & alios, quos videas. Vi-
de, Fugæ ſuſpectus quando propria authoritate capi poſſit, vel non. Concluſ.
73 528. † Imo miles, & alius, qui excuſationem iuris ſcientiæ habet,
poteſt vltra hoc tempus retinere. Crauet. conſ. 847. nu. 4. ver. tertio
74 reſpondetur. † Extende; quia nullus ordo iuris ſeruatur contra ſu-
ſpectum de fuga, quando notorie conſtat ex ipſius confeſſione,
quod eſt debitor, & ſuſpectus; quia ſemel aufugit. Bald. d. conſ. 178.
nu. 2. & 3. verſ. modo venio. lib. 2. Io. de Anan. conſ. 53. num. 4. vbi plene
75 Bologn. in apoſtil. † Declara extenſionem, vt non procedat, ſi cõ-
feſſio eſt facta in carcere poſt capturam nullá factam non liqui-
dato credito; quia non nocet. Cuma. plene conſi. 157. In cauſa Bene-
dicti. in prin. & in fi. Vide, Confeſſio carcerati quando præiudicet, vel non.
76 Concl. 671. † Reſtringe tamen; quia ſi non poteſt retinere; quia ſe
tuetur cum armis, non poteſt vulnerari, neq; interfici, & aliter fa-
ciens non dicitur feciſſe ex cauſa permiſſa. Bald. conſi. 237. n. 2. ver.
77 modo tranſeo. lib. 2. † Reſtringe multis caſibus, de quibus per Cac-
cialup. in tract. de debit. ſuſpecto. q. 4. n. 12. & ſeq. vbi dicit duo requiri,
quod non adſit copia iudicis, & quod aſportet bona creditoris,
78 tertiũ quoq; addit, quod poſt creditum ſit factus fugitiuus. † Li-
mita; quia etiam debitor in diem poteſt capi tanquam ſuſpectus
de fuga, quando effectus eſt deterioris conditionis, & concurrũt
alia neceſſaria ad capiendum ſuſpectum de fuga; quia ſpeciale eſt,
vt tunc etiam pro debito in diem capi poſſit, gl. in l. quæſitum. ff. de
pignor. quam extollit Iaſ. in l. ſi ab initio. ver. item aduerte. ff. qui ſatisd.
cog. & in l. vinum, in 3. not. ff. ſi cert. pet. Ripa in l. 2. n. 34. ff. ſolut. matr. la-
te Afflict. deciſ. 108. vbi late, niſi caueat de ſoluendo, adueniente
79 die. † Limita; quia in die Dominico poteſt ſuſpectus de fuga capi,
ſi extat ſtatutum, quod non obſtantibus feriis procedatur in cau-
ſis ſuſpectorum de fuga, prout eſt Tridenti. Bald. conſ. 166. Statuto
Ciuitatis, lib. 5. per tot. & de ſtatuto Aretino Caſtr. conſ. 473. nu. 3. ver.
80 ſecundo patet. lib. 1. † Extende; quia valet iudice non ſedente; quia
non requirit cauſæ cognitionem grauem. Caſtr. d. conſ. 474. circa
81 fi. lib. 1. † Extende; quia imo etiam ceſſante ſtatuto poteſt capi die-
bus feriatis in honorem Dei, etiam in die Paſchatis. gl. in l. fi. C. de
feriis. in ver. fideiuſſiones. Iaſ. plene in l. 1. §. ſed excipiuntur. n. 6. ff. eodem,
vbi, quod feriæ ſolemnes, ſolemniores, & ſolemniſſimę in hono-
rem Dei non attenduntur. Anch. conſ. 123. in fi. & conſ. 192. In auxi-
lium veritatis. n. 4. Bologn. in addit. ad conſ. 53. Io. de Anan. vbi late Vi-
de Soci. reg. 3. Debitor fugitiuus, vbi firmat hanc regulam, & limitat
duobus caſibus, quando debitum eſſet paruæ ſummæ, & quando
82 ſuſpitio non emerſit poſt debitum cõtractum. † Limita; quia ſu-
ſpectus de fuga poteſt carcerari, & capi etiam in domo; quia valet
argumentum de tempore ad locum; quia ſi poteſt capi tempore
feriato prohibito; ergo etiam loco prohibito, videlicet in domo.
Iaſ. in l. plerunque. n. 26. ver. decimo limita. ff. de in ius vocan. Iacob. Rim.
in d. l. vinum. n. 5. ff. ſi certum petat. Dec. ibi n. 8. Curt. Iun. nu. 11. Cagn.
num. 49. & ſeq. Bero. conſ. 11. per tot. lib. 3. Cardi. Bertrand. in 2. part. 3.
83 vol. conſ. 304. per tot. † Extende; quia poteſt capi ante diem, & con-
ditionem, ita Iacob. Rimin. in d. l. vinum. n. 5. ff. ſi certum petat. Con-
84 trarium † tenet Alex. conſi. 241. in princ. lib. 6. & videtur Cagnol. in
d. l. vinum. n. 49. & 50. dicere, in ver. ſed prædictam deciſionem, quod in
* contrarium eſt * communis contra Iaſ. vt refert ibi Bologn. num.
* 27. ver. ſecundus caſus, vbi dicit * omnes tenere contra Iaſ. ſed ipſe
85 recedit ibi. ff. ſi cert. pet. † Et in die feſtiuo in honorem Dei capi po-
86 teſt. Anch. conſi. 85. in princ. † Reſtringe, vt non procedat reſpectu
Eccleſiæ; quia licet die feriato ſuſpectus capi poſſit; non tamen
in Eccleſia; quia eſt diuerſa ratio, Dec. d. l. vinum. num. 8. Curt. Iun.
nu. 11. & Cagnol. qui dicit * communem nu. 50. ff. ſi cert. pet. allegat *
Soci. contrarium tenere, & in domo, & in Eccleſia, in tract. de citat.
art. 17. q. 5. & communem * in Eccleſia. Bologn. in d. l. vinum. n. 26 *
ver. tamen pro reſolutione. ſequuntur Buticel. Purpur. & Alciat. ibi.

## Fugæ ſuſpectus captus nõ allegat incompetentiam iudicis, & quando ſecus. Concl. 525.

CAPTVS † debitor vti ſuſpectus non opponit de incompeten- 1
tia iudicis. Anch. conſi. 192. In auxilium veritatis. col. 2. ver. quoad
primum. n. 4. Rom. conſil. 242. Vnum eſt. Dec. conſi. 49. ante finem. ver.
quinto, & vltimo. Bologn. in addit. ad conſ. Io. de Anan. 53. vbi alios al-
legat, & ſequitur Anch. pleniſſime Bologn. in addit. conſ. Ioann. de
Anan. 55. nu. 6. & ſeq. & eſt magis * communis opinio, vt per apoſt. *
ad Rom. d. conſ. 242. quæ infinitos allegat, Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis
nouos. ff. de noui operis nunciatio. † Contrarium tenet Aret. conſil. 95. 2
Reſpondeo breuiter, per tot. Natt. conſi. 430. in fi. nu. 29. ver. non obſtat a-
liud. Bald. conſi. 285. in prin. lib. 2. & conſi. 318. in princ. lib. 4. plene Dec.
conſi. 75. per tot. vbi late. † Declara tribus modis, videlicet primo, 3
quando interuenerunt requiſita ad capturam; ſecundo, quando
eſſet periculum in mora, vel quando nõ poſſidet captus bona, vel
non eſt vera, ſecundum Dec. conſi. 75. Pro tenui, in fin. vbi ita decla-
rat, & idem dicit Natt. conſ. 430. in fi. & procedit ſolum, quando e-
rat ſuſpectus de fuga, & periculum erat in mora taliter, quod non
poterat adire iudicem competentem, & hanc approbat apoſt. ad
Rom. d. conſ. 242. vbi plures allegat, & hanc magis * communem *
dicit apoſtil. ad Rom. d. conſi. 242. quando eſt periculum in mora.
† Declara alio modo, vt per Crauet. conſi. 847. n. 4. vbi, quod præ- 4
dicta procedit concluſio in fugitiuo; ſecus eſt in ſuſpecto dumta-
xat fugæ. Soc. conſ. 99. n. 6. lib. 4. & ita loquitur Io. de Anan. conſ. 53.
n. 4. pleniſſime Bologn. ad conſ. Io. de Anan. 55. n. 6. & ſeq. † Declara, 5
vt per eundẽ Anch. vt non valeat exceptio incompetentiæ quo-
ad capturam, & fideiuſſionem; ſecus quoad cauſam principalem,
quæ debet poſtea remitti ad ſuum iudicem, ita ſe ipſum declarat
Anch. conſ. 201. Præmittendum eſt. in fin. † Declara plenius, quama- 6
lius, vt per Iac. Rimin. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi multa hinc in-
de cumulat pro veritate vtriuſque partis, & tandem concludit,
quod licet capi poſſit ſuſpectus à priuato; ergo & à iudice delega-
to incompetenti; tamen hoc erit verum, tanquam captura priua-
ti, & extra iudicium; ſecus eſt, vt valeat tanquam iudicialis. † De- 7
clara, vt per Natt. d. conſ. 430. nu. 23. quia ex quo non proceſſit vt
iudex, non vt priuatus, non ſubſtinetur captura nulla.

## Fugæ ſuſpectus quando nulliter captus dicatur, & ſit relaxandus, vel non. Concl. 526.

CARCERATVS † tanquam ſuſpectus de fuga in caſibus, in qui- 1
bus nõ potuit de iure carcerari, debet relaxari tanquam nul-
liter captus, veluti, ſi cœpto iudicio in vno tribunali in alio tribu-
nali allegetur ſuſpectus; item, ſi non mutauit conditionem; item,
ſi non eſt verificata ſuſpitio, & creditum; item, quando creditor
habebat pignus, vel fideiuſſorem; nam debet relaxari, tanquam
nulliter captus. Bald. conſ. 285. Quia non eſt opus, per tot. lib. 1. ſequitur
apoſt. ad Caſtren. conſi. 3. in ver. detinetur, lib. 1. † Et quæ ſint neceſſa- 2
ria, quatuor ponit Rom. conſ. 320. Hæc iſtorum, nu. 3. Primo, vt con-
ſtet debitorem ſuſpectum; ſecundo, quod ſuſpitio poſt creditum
ſuperuenerit; tertio, quod conſtet de debito; quarto, quod nõ ſit
modica ſumma, & ibi vide concord. in apoſtillis. vide pleniſſime
Rol. à Val. conſ. 65. n. 5. & ſeq. lib. 3. vbi, quod nec valet iuſtificatio ex
poſt facta. † Amplia; quia ſi quis carceratur, tanquam ſuſpectus 3
de fuga, coram iudice incompetenti ſine cauſa, & ſine ordine, &
ſine forma, ſi aufugiat, non tenetur cuſtos carcerum, alias ſecus.
Bald. conſi. 177. In iſta captura, per tot. & conſ. 178. In præſenti materia,
per tot. li. 2. vbi qualiter poſſit ſuſpectus de fuga carcerari. Vide, Fu-
gæ ſuſpectus quando poſſit carcerari, vel non. Concl. 524. † Amplia; quia 4
captus ex eo; quia deteriorauerit conditionem ſuam poſt contra-
ctum debitum, medio iuramento creditoris facta captura, ſi non
iuſtificat cauſam deteriorationis expreſſam, debet relaxari captus
tanquam captus nulliter, & non ſufficit, ſi vellet iuſtificare captu-
rã ex alia cauſa, puta, quia non erat ſoluendo tempore contractus,
& creditor hoc ignorabat. Alex. conſ. 19. Viſo proceſſu, per tot. lib. 3. v-
bi extendit etiam ſtante ſtatuto Fani, quod captura detur ad iura-
mentum creditoris; quia ſic debet ſtatutum intelligi ſecundũ ius
commune. † Amplia; quia ſi data eſt certa forma ad capturam ſu- 5
ſpectorum fugæ, veluti, quod conſtet de credito per inſtrumen-
tum, vel alias, prout Tuderti, ſi non eſt ſeruata forma, captura eſt
nulla. Bald. conſ. 374. Quæritur, vtrum captura, n. 3. ver. ſuper ſecundo,
& conſi. 318. Iſta captura. lib. 4. † Extende, vt procedat, etiamſi quis 6
ex duplici iure, vel duplici perſona aliquẽ carcerari fecerit, tanquam
ſuſpe-

ſuſpectum de fuga; quia, ſi eſt nulliter captus quoad vnã perſo-
nã,& quod ad aliam bene captus,debet captura nulla declarari.
7 Bald.*d.conſ.*374.*n.*3.*lib.*4. † Idem, ſi pro debito partim vero, par-
tim non vero eſt captus; quia in totum eſt nulla.Caccialup.*tr.de*
8 *debit.ſuſpect.q.*6.*in fi.* † Reſtringe; quia, ſi data eſt forma, quod iu-
dex deferat iuramentum creditori, & reperitur iuratum; quia
bene pręſumitur iuraſſe ex commiſſione iudicis, licet commiſſio
non præſumatur.Bald.*d.conſ.*374.*in fi. ver. ſuper quarto*, *li.*4.Vide,
9 *Præſumitur pro iudice,& pro ſententia, & quando ſecus*.*Concl.*621.† De-
clara tamen; quia ſi iuramentum per procuratorem eſt præſti-
tum in animam propriam procuratoris, & non principalis, non
dicitur iuratum ſecundum formam ſtatuti.Bald.*d. conſ.*318.*circa*
10 *fi.ver.item procuratores,li.*4.† Amplia; quia nulliter dicitur captus,
& debet relaxari carceratus, quando debitum non eſt liquidũ,
ſed venit liquidandum; ratio eſt; quia capturæ decretum eſt in-
terloquutoria, quæ non poteſt ex nouis iuſtificari.Bald.*conſ.*318.
*n.*3.*verſ.notandum ergo,lib.*4.Natt.*conſ.*430.*n.*8. ſequitur Hipp.Ri-
minal.*conſ.*58.*n.*18.*li.*1.vbi, quod non poteſt committi pro debi-
to nõ liquido.Caſtr.*conſ.*31.*col.*2.*ver.ſed certe nec hodie li.*1.vbi apoſt.
ſequitur Bald.in *dict.conſ.* 318.*lib.*4. & quod non valeat pro debi-
11 to non liquido.Cuma.*conſ.*157.*per tot.* † Cõtrarium tenet Caſtr.
*conſ.fin.col.pen.lib.*1.vbi, quod Bald. male loquitur; quia procedit,
quando capitur, vt ſoluat; ſecus, ſi vt caueat, & quod valeat ca-
ptura pro debito non liquido, neq; probato, ſi poſtea probetur
ex confeſſione, idem Hip.Rimin.*conſ.*125.*per tot. lib.* 2. Anch.*conſ.*
12 192.*nu.*10.*& ſeq.*† Extende, vt procedat, etiam quando captura
eſſet facta ex cauſa nulla, veluti occaſione mutui,& creditũ exhi-
beretur ex cauſa depoſiti; quia non poteſt captura nulla iuſtifi-
cari ex alia cauſa. Bald.*conſ.*338.*In cauſa incarcerati, in* 2.*conſilio in-*
13 *ſerto,li.*4.† Extende; quia contra iudicem incipientem à captura
poteſt agi actione iniuriarum. Alex.*conſ.*17. *Requiſitus in cauſa.col.*
14 *pen.li.*1.† Declara, vt ſupra, *Fuga ſuſpectus quando poßit carcerari.*Cõ-
*cl.*524.*n.*60.*& ſeq. ver.limita*, vbi latius,& maxime, qñ periculum
eſt in mora, poteſt capi, vt caueat, etiam ante liquidationẽ.Dec.
15 *conſ.*75.vbi ita reſpondet ad cõtraria.† Extende; quia licet fiſcus
poſſit incipere ab exequutione contra ſuos debitores, tamen
intelligitur, ſi ſunt liquidi debitores, alias autem debet age-
re via ordinaria, & liquidare creditum ante capturam. Bartol.
in *l.ii,qui,n.*3.*C.de conuen.fiſci debit. lib.* 10. Bart. & Bald. in *l. proinde*
*§.notandũ.ff.ad l.Aquil.* qui loquũtur in ſimili in ſtatuto dante exe-
16 quutionem pro credito; quia intelligitur, ſi eſt liquidum. † Ex-
tende etiam in captura pro relaxatione bonorum, ad quæ con-
demnatus fuit reus; quia ſi conſtat clare, quæ bona ſint,& ſint li-
quida, concedi poteſt captura, alias ſecus; ſi non ſunt liquida, vt
quia ſunt communia, vel incerta.*l.qui reſtituere.* vbi Bald. & Ang.
*ff.de rei vendic.*nec ſubſtinetur, vt valeat captura pro bonis illiqui-
dis, ſaltem, vt permittat vti & frui; quia licet exequutio realis
potuiſſet concedi; non tamen perſonalis. Saluet.ſuper *ſtatuto de*
17 *præcepto guarent.in gl.in ver.liquida,v.& ita eſt pract.*† Extende; qa ca-
ptus ſuper iuramento creditoris, ꝙ debitor eſſet ſuſpectus de fu-
ga, ſi conſtabat de contrario; quod imo poſſidebat bona, & non
erat ſuſpectus, debet relaxari, nec admittitur noua iuſtificatio;
eo quia ordo datur à lege, ꝙ iuſtificatio fiat ante capturã.Rom.
*conſ.*241.*Spectabiles Domini.n.* 5.*col.* 2.*circa fin. ver.quib. illud adiicitur*,
18 vbi plena apoſt.in *ver.non ſufficit*, quæ dat plurimos concord.† Et
quod non poſſit concedi captura ante liquidatum creditũ, facit;
quia res capi non poteſt ante liquidatum creditum, *l.meminerint.*
*C.vnde vi*, multo minus debet poſſe capi perſona; cum ſit maior
captura perſonæ, quam rei.*l.magiſtratibus.ff. de iuriſd.omn. iud.l.ne-*
*mo carcerem. C.de exacto.trib.li.*10. & quia creditum, quod eſt cau-
ſa capturæ, debet liquere, vt captura effectum habeat, *l. hoc autẽ,*
*§.*1.*ff.ex quib.cauſis in poſſ.eat.*Iaſ.in *l.*1.*ff.de edendo*, Bart. in *l.proinde,§.*
*notandum,ff. ad l. Aquil.* & iſta procedunt de iure communi; item
quia ſi miſſio,& captura fit pro menſura debiti.Bald. in *authen.ei*
*qui,circa finem.C.de bon.author.iud.poßiden.* impoſſibile eſt, quod fiat
pro debito incerto.Caſtr.*conſ.*473.*n.*1.*li.*1.igitur, ſi certa non eſt
quantitas, captura eſt nulla.idem Caſtr.*conſ.*231.*Viſis actis,li.*1.Ri-
pa *reſp.*13.*n.*32.*li.*1.& facit ratio; quia ſi quantitas nõ eſt certa; poſ-
ſet eſſe tam parua, quod pro ea non daretur captura.Dec.*d. conſ.*
75.*col.pen.ver. quando debitum eſt incertũ.* maxime quia captura per-
ſonalis affert præiudicium irreparabile,& maius; quam captu-
19 ra bonorum. Bald.*conſ.* 285. *Quia non eſt opus,n.*3.*lib.*1.† Extende,
vt idem ſit, quando creditor ex eodem inſtrumento eſſet con-
demnatus ad aliquid explicandum; quia ſi obtinet capturã, an-
tequam impleat pro parte ſua, eſt nulla, ex regula, quod ex con-
tractu, vel ſententia vltro citroq; obligatoria nõ datur actio ei,
qui non implet ex parte ſua.*l.ſi.ff. de reſcind.vend.* & ibi Bal, quem

textum adhoc allegat Rom.*conſ.*421.*Hic Matthæus*.Bart.in *l.quæro.*
*§.inter locatorem.ff.locati*.Seuero in *tract.de tranſact.*14.*qu.col.fi.*Bald.
*conſ.*368.*Quod permutatio facta*, *lib.*5.*in fin.* & qui agit ex contractu
vltro citroq; obligatorio, debet prius ex parte ſua implere, Dec.
*conſ.*421.Alex.*conſ.*119.*Viſo proceſſu,li.*1.† Declara tamen extenſio- 20
nem, vt ſi actor, qui tenetur implere, puta conſignare, bona reo,
illa conſignauerit per inſtrumentum etiam reo abſente, poſſit
tunc obtinere capturam; quia regula eſt, vt illud reſoluat captu-
ram, & exequutionem iam factam; quod ſi prius factum fuiſſet,
exequutio non fuiſſet commiſſa, text. & ibi Bart. in *l. ſi pecuniæ.§.*
*qui fideicommißi ſeruandi cauſa,ff.vt in poſſeſſ.legat.* & idem Bart.in *l.*
*eum qui,ff.de priu credit.* ſequitur Ang.*conſ.*196.*Ex themate ſupradi-*
*cto*, & propterea ſi actor fuiſſet tactus, reſolutus eſſet tactus, &
hoc eſt clarum, ſtante ſtatuto Florentiæ, *qualiter alteri per alterum,*
*lib.*2.*c.*39.per ꝙ diſponitur, abſenti acquiri per quẽcunq;. † Am- 21
plia; quia ſi principalis eſt ſuſpectus de fuga; non tamẽ poteſt ca-
pi fideiuſſor illius, vti ſuſpectus. Rom.*conſ.* 241. *Spectabiles domini,*
*col.*2.*nu.*5.*ver.dicitur vlterius*, vbi, quod regula iuris eſt, quod alteri
per alterum nõ debet iniqua conditio fieri. † Extende; quia imo 22
fideiuſſor non poteſt capi, donec extent bona principalis debi-
toris obligata, communem* dicit Roman.*d.conſ.*241.*col.*3.*in prin-* *
*cip. verſ. ſupereſt igitur dicendum.* † Extende maxime in fideiuſſore 23
indemnitatis; quia non poteſt moleſtari, antequam principalis ſit
diſcuſſus, etiam ſi renunciauit beneficio de fideiuſſoribus, etiã
ſtante ſtatuto, quod excuſſio non habeat locum; quia intelligi-
tur de excuſſione iuris, non de excuſſione ex natura contractus,
ita Rom.*d.conſ.*241.*n.*5.*in fi.& n.*6.*verſ.& ſi dicatur*, vbi apoſt.in *ver.*
*principalis.* † Extende, etiamſi conſtaret notorie principalem non 24
eſſe ſoluendo; quia adhuc capi non poteſt, neq; moleſtari, ante-
quam ſit facta declaratoria per iudicem. Rom.*d.conſ.*241.*n.*7.*ver.*
*plene ſi dicatur*, vbi apoſt.in *ver.declinatoria*, quę dicit *communem.*
† Et per proceſſum ad vlteriora non dicitur eſſe declaratum, niſi 25
fuiſſet de hoc oppoſitum, & ſuper eo cognitum; quia bene tunc
per proceſſum ad vlteriora reſultat tacita declaratio, alias non,
Rom.*d.conſ.*241.*n.*7.*ver.vltimo,ſi dicatur*, vbi apoſt.in *ver. cognitum.*
† Amplia; quia captura poſſidentis bona non poteſt fieri, tanquã 26
ſuſpecti de fuga, niſi prius facta excuſſione, an bona ſufficiant.
Rom.*d.conſ.*241.*n.*7.*in fi.& n.*8.*verſ.dicitur autem*, vbi apoſt.in *verb.*
*diſcußio*,& in *ver.non tollitur*,& dicit Rom.eſſe* communem.† Ex- * 27
tende; quia captura ſuſpecti eſt nulla, ſi poſſidet bona; quia da-
tur in ſubſidium; & ideo ſicuti poſſunt mobilia ſequeſtrari, &
immobilia interdici, ne alienentur, ſi hoc factum non fuit, non
poteſt deueniri ad capturam.Rom.*d.conſ.*241.*n.*9.*ver.tertio princi-*
*paliter.*† Amplia; quia captura eſt nulla, ſi capi faciens non habet 28
legitimum mandatum ad capi faciendum.Rom.*d.conſ.*241.*nu.*9.
*& ſeq.ver.vltimo aduertendum*, vbi, quod hæc eſt veritas, ſicut ipſa
veritas. † Extende, etiam ſi Procurator, vel coniuncta perſona 29
ſubſtituiſſent, vel conſtituiſſent Procuratorẽ ante litem conte-
ſtatã; quia non valet conſtitutio, & captura facta ad inſtantiã ta-
lis ſubſtituti eſt nulla.Rom.*d.conſ.*241.*n.* 10. *ver.quemadmodum.n.*
vbi, quando valeat mandatum patris pro filio in cauſa communi
cum filio; quia debet adeſſe conſenſus filii.† Extende; quia ſi do- 30
minus incideret in pœnam capi faciendo nõ ſuſpectum de fuga,
requiritur mandatum ſpeciale.Rom.*d.conſ.* 241. *n.* 11. *ver.ſecundũ*
*principaliter*, vbi apoſt.in *ver. incidere*, & in *ver.non potuit*, dat con-
cord. † Amplia; quia imo pœnam periurii incurrit capi faciens 31
debitorem ſuum, vti ſuſpectum de fuga, qui non ſit ſuſpectus A-
lex.*conſ.*19.*Viſo proceſſu,in fi.lib.* 3. † Idem tenetur debitori actione 32
iniuriarum. Alex.*d.conſ.*19.*in fi.lib.*3. † Limita; quia ſuſpectus de 33
fuga nulliter captus; quia ordine non ſeruato, non relaxatur, ſi
conſtat de credito, ita quod de nouo eſſet carcerandus. Iaſ.in *l.à*
*Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.n.*16. vbi late Anch.*conſ.*192.*n.*11.
Vide, *Facta de facto etiam de facto ſunt reuocanda, & quando ſecus.* *Cõcl.*
11. † Extende; quia captura ſuſpecti nulla poteſt confirmari, ita 34
tenet Paul.de Caſtr.*conſ.*39.*In cauſa captura Iacob.in fi.*ſequitur Dec.
*conſ.*449.*n.*19.qui loquuntur, quando captura fuit nulla non ſer-
uato ordine, quod debet confirmari, ſi eſſet de nouo conceden-
da.Bero.*conſ.*162.*n.*15.*lib.*3.Gozadin.*conſ.*21.*n.*31.Ruin.*conſ.*152.*li.*
4.Caccialup.*tract.de debitore ſuſpecto.quæſt.*14.Soc.*conſ.*113.*in fi. li.*3.
communem * dicit Lancellot.Corad.in ſuo *breuiario*, *tit. de exe-* *
*quutio.n.*9.*ver.quæſtio iſta.Deciſ.Pedem.*34.*n* 2.Crauet.*conſ.* 46. *num.*
7.Marc.*deciſ.Delphinat.*1061.*lib.*1.Bero.*conſ.*12.*n.*10.*ver. non obſtat*
*ſextum.li.*3.vbi loquitur de capto pro maiori ſumma, quam eſſet
debitor,& *conſ.*10.*n.*7.*eodem lib.*Curt.Iun.*conſ.*127.*n.*5.*ver. accedũt,*
*li.*1.vbi dicit magis *communem; & reddit rationem, & loqui- *
tur, quando eſt captus parte non citata; quia ſi eſſet de nouo cõ-
cedenda; ergo poteſt confirmari ad ſimilitudinem iudicis appel-

35 lationis.Hip.Rim.*conſ.367.n.20.*Pariſ.*conſ.99.nu.35.lib.3* † Contrarium,quod captura ſit nulla data non liquidato credito,vel nō probato, quod captus ſit hæres debitoris, vel alias non ſeruatis ſeruandis,tenet Natta *conſ.430.per totum.* Roland.à Vall. *conſ.5.n.19.lib.2.*Neuizan.*conſ.42.nu.53.*Benintend.*deciſ.53.nu.2.*vbi,quod ante omnia debet reſtitui captus, Bald *conſ.285. Quia non eſt opus, per totum.*vbi, quod ſi nulliter,& iniuſte eſt captus,debet relaxari. *lib.1.*& idem dicit, quando captura eſſet ex cauſa mutui,& creditum eſſet ex cauſa depoſiti.Bald. *conſ.338.In cauſa incarcerati. lib. 4. & in ſecundo conſilio inſerto.*Rota *par.2.in nouiſſimis dec.151.n.3.*pleniſſime Rom *conſ.320.Hæc iſtorum.n.4.vſq. in finem*, vbi, quod poteſt de facto exc rcerari,allegat text.in *l.fi.§.nullo tempore.ff de liber.homin.exhib.* Alex.*conſ. 241. in fi.lib.6* quem ſequitur Rol.à Vall. *conſ.*
36 *65.n.31.& ſeq.li.3.*vbi, quod poteſt etiam aufugere. † Declara,vt per Bar.in *q. 6.per tot.* Gargiareus *conſ. 54.per tot.* quia ſi eſt nulla ex vi compulſiua, poteſt ſanari; ſecus ſi ex vi ſpoliatiua.Bero. *conſ.11. in pr.*vbi, quod ſpoliatus debet reſtitui priſtinæ libertati, in ſimili de male capto ex delicto.Caſtr.*conſ.309.col.2.lib. 2.*plene Alexan. *conſ.241. Perſpectis.n. 7. & ſeq.per tot.lib.6.*Rota Romana in *nouiſſ.d.*
37 *deciſ.151.nu.3.parte 2.*† Declarat,ſeu extendit Alex.*d.conſ.241.lib.6. in fi.*vt non conualidetur,etiamſi carceratus nulliter prȩſtitit cautionem, quatenus captura ſit valida de ſtando iuri, & iudicatum ſoluen.quia euaneſcit per conditionem prædictam,& quod con-
38 ditio ſit de præſenti,& non de futuro.†Declara;quia captura pro debito partim vero, & partim falſo in totum redditur nulla.Caccialup.in *tract.de debit.ſuſpect.quæſt.6.in fine*, Bald.*conſ.374.numer.3. lib. 4.* vbi, quod ſi ad inſtantiam duorum, quorum vnus non eſt
39 creditor,quis capitur,non ſubſtinetur pro credito alterius.† Declara; quia poteſt reuocari captura nulla,& iterum committi, ſi eſſet facienda de nouo.Ioſeph.de Ludouic.*deciſ.Peruſi.40.per tot.*
40 † Imo plus dicit Alexand *conſ.141.in fine.li.6.*quod fideiuſſio præſtita per captum iniuſte ad fauorem eius, qui fecit eum capere in-
* iuſte,eſt nulla ſecundum *communem,& ibi apoſtilla in *verb. ca-*
☞ *pi.*dat concordantes. Vide, *Captura ſuſpecti ex quibus valida, vel nulla.*
41 *Concluſ.71.* † Declara;quia ſi debitum iuſtificatur ex confeſſione; tunc non poteſt dici nulla, ſed confirmanda eſt, ſiue confeſſio ſubſequatur,ſiue præcedat;&ideo ſi conſtat de debito per inſtrumentū, vel alia confeſſione capti etiā nulliter, poteſt confirmari.
42 Hippol.Riminald.*conſ.125.per totum.* † Limita;quia in captura ſuſpectorum de fuga non ſeruatur ordo iudicii, neq; citatur ſuſpectus, etiam ſi ſtatutum generaliter loquatur, quod in omni actu debeat citari pars; quia reſtringitur,non vt procedat in ſuſpecto. Anch.*conſ.123.in fin.*&ordo in iſtis capturis non eſt de ſubſtantia,
43 ſi poſtea ſeruetur.Anch.*conſ.192.n.10. & ſeq.* † Limita;quia fugitiuus captus à quocunq; iudice non verificato debito,&ſine mādato, etiā ſi non conſtet de deterioratione conditionis ſuæ, non poteſt relaxari de facto, prætextu, quod de facto ſit captus, alias iudex tenetur de ſuo intereſſe.Io.de Anan.*conſ.55. Quia dubia, ver. circa quartum*, vbi Bologn.in apoſtilla in fine dicit,quod debet citare partem, pro qua eſt captus, etiam ſi ignoratur ponere ban-
44 num, alias facit litem ſuam, etiam ſi non conſtet de credito.† Et confeſſio facta ad poſitiones per iudicem, qui capi fecit, & relaxauit ſuſpectum, probat capturam legitimam; quia audiri non debet,ſi vult dicere capturam nullam, ex quo allegaret ſuam tur-
45 pitudinem.Io.de Anan.*d.conſ.55. num.2.& 3.*† Extende;quia contra iudicem,qui relaxauit nulliter ſuſpectum de fuga captum, iuratur in litem propter dolum adhibitum. Ioannes de Anania.*d.*
46 *conſ.55 n.3.verſ.circa quartum.*†Extende;quia iudex,qui nulliter relaxauit captum pro ſuſpecto, tenetur ad damna & intereſſe parti.
47 Ioan.de Anan.*d.conſ.55.in fine.* † Et idem in cuſtode carcerum, vel alio priuato; quia tenetur ad intereſſe. Ioann. de Anan.*conſ.53. numer. 4.* vbi, quod intereſſe conſiſtit, etiam ſi non poteſt probari creditum; quia ſi captus eſſet, potuiſſet probari ex confeſſione capti;ideo is, qui fecit fugere, etiam iſto caſu tenetur; quia ſtatur dicto creditoris.

## Fuga ſuſpectus in criminalibus non relaxatur ſub cautione, ſecus in ciuilibus, & quando. Concl. 527.

1 DE † fuga ſuſpectus pendente inquiſitione criminali poteſt carcerari, etiamſi ſit paratus dare fideiuſſoriam cautionē, licet crimen nondum ſit probatum.Cald *conſ.406.* alias 21.*de regu-*
2 *lar.* qui loquitur in monacho ſuſpecto de fuga inquiſito. † Amplia;qui vbicunq; agitur de pœna depoſitionis, ſecundum Canones, quæ eadem eſt cum pœna diminutionis capitis;tunc inquiſitus ſuſpectus non admittitur ad fideiuſſoriam cautionem.Cald.
3 *d.conſ.406.*alias 21. *ver. item hic agitur.de regular.* † Limita regulariter; quia omnis ſuſpectus de fuga relaxari debet data cautione de ſe repræſentando, vel de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.Bald. *conſ.285. Quia non eſt opus, in fin. lib. 1.* vbi, quod non eſt ſuſpectus, qui habet fideiuſſorem,& plenius *conſ.94.nu.2.li.5.* † Et quod de- 4
beat dari fideiuſſio de ſtando iuri,& iudicato ſoluendo,& nō ſufficiat de ſtando iuri.Caſtr in *l.nec impuberes.§. Quintus.ff.de in ius voc.* Caccialup.*de debit.ſuſpect.q.9.*licet dicat,quod articulus eſt dubius & non bene dilucidatus, ita tenuit conſilium Neapolis, vt per Afflictum *deciſ.170.in fine*,& ibi Vrſil.*nu.2.* qui allegat Cot. *in memor.in ver.debitor.ver.fideiuſſor de iudicio ſiſti.* † Contrariū tenet Are- 5
ti.*Inſtit.qui ſatiſd.cog.§.ſed hodie*, per illum text. Alex.& Iaſ.in *l.Iulianus.in fi.ff.qui ſatiſd.cog.*† Declara;quia arbitrariū eſt iudici, vt dicit 6
Vrſill ad *d.deciſ.Afflict.170.num.3.* † Adde tamen;quia ſi fideiuſſor 7
ſuſpecti de fuga promitteret ſoluere,quicquid cōſtiterit, vel probabitur captum debere creditori, intelligitur,dummodo probetur viuente relaxato; ſecus eo mortuo;quia imputandum eſt creditori. Alex.&alii in *l.qui Romæ.§.Augerius, in pr.* vbi* omnes, ma- *
xime *n.5.ff.de verb.oblig.* vbi dicit notabile pro mercatoribus Florētinis, qui ita ſe obligant. † Et quando dicatur conſtare in vita an 8
requiratur ſententia, an ſufficiat ſola probatio facta.Alex.vbi ſupra,*in pr.ver.in textu ibi.*

## Fuga ſuſpectus quando propria auctoritate capi poſſit, vel non. Concl. 528.

FVGA † ſuſpectus poteſt capi propria auctoritate per credito- 1
rem,dum tamen illum præſentet iudici.*l ait prætor.§ ſi debitorem ff.de his,quæ in fraud.credit.*vbi Bar.& alii. Anchar.*conſ.182.In auxilium.*Iaſ.in *l.2.ff. de iuriſd.omn. iud.*plene Alex. *conſ. 64.E. ſi celeberrime,num.2.ver.vnde text.lib.3.*& ibi apoſtill. in *§.debitorem*, dat pluri mos concord. † Et hæc conſignatio iudici debet fieri intra 20. 2
horas.Alexand.*d.conſ.64.nu.6.lib.3.* † Extende; quia vbicunque 3
fuga debitoris timetur, poteſt capi,& detineri, ne fugiat. Bart.*qu. 6.Lapus.n.8.ver.octauo probatur.*& hanc veriorem dicit Alex.*d.conſ. 64.n.6.ver.nec obſtat,li.3* & plenius *num.12. & 13. ver. non obſtat etiā.*
† Declara tamen; quia ſi poteſt haberi copia iudicis, non debet 4
quis propria auctoritate capere,& ius ſibi dicere;ſed tamen, quādo adeſt timor fugæ, nunquam poteſt allegari commoditas iudicis;quia dum adire vellet,perderet occaſionem capiendi,ita Alex. plene *d.conſ.64.n.11.ver.præterea.lib.3.*vbi apoſtilla in *ver. trepidatio*, dat concord.† Reſtringe, quando creditor viam iudicii elegiſſet 5
ex vrbanitate adeundo iudicem; quia tunc ſummarie debet facere fidem de credito, & quod ſuſpitio fugæ ſuperuenerit poſt creditū,& ceſſat propria auctoritas,vt per *omnes in *l.ſi ab arbitro.§. 1.ff.qui ſatiſd.cogant.* † Amplia;quia poteſt creditor rem ſibi debi- * 6
tam propria auctoritate capere, & auferre ſuſpecto de fuga; ideo is, qui capit equum ſibi ablatum è manibus fugitiui, non incidit in aliquam pœnam. Alex.*d.conſ.64. Etſi.n.2.& ſequen li.3.*vbi,quod quando periculum eſt in mora, poteſt capi.† Extende,vt proce- 7
dat etiam in re propria, quando eſt furtiua, quia poteſt auferri propria auctoritate ſine pœna à fure. Alexand. *dict. conſil.* 8
*64.nu.4.ver. & quod textus. li.3.* † Extende; quia licet capiens debitorem ſuſpectū teneatur conducere ad iudicē intra 20. horas; ſecus eſt, ſi capiatur res ſibi debita, vel res propria furto ſubtracta; quia non reperitur iure cautum, quod res, ſicut perſona, debeat iudici conſignari;& ratio eſt; quia in perſona exerceret priuatum carcerem, quod eſt prohibitum de iure. Alexan.*d.conſ.64.n.5.ver. non obſtat,lib.3.& nu. 6.* nec obſtat, quod ſibi ius dicat; quia hoc eſt permiſſum de iure, quando adeſt fuga, vel ſuſpicio fugæ. † De- 9
clara; quia quoad perſonas debet duci ad iudicem captus ſuſpectus intra 20. horas, ſed res ſibi debita, vel res propria furto ſubtracta non, &etiam dato, quod contrarium dici poſſet, ſufficit notificatio facta iudici. Alex.*d.conſ.64.n.5 ver.præterea dato, li.3.* † Ex- 10
tende;quia imo ſi capiens perſonam fugitiui, vel rem ſibi debitam penes eum, ſi fuit præuentus à iudice in exequutione, vt quia iudex fecit captum, vel res captas penes ſe deferri, excuſatur capiens eo caſu, ſi non aliter conſignauit. Alexand.*d.conſ.64.nu.6.verſ. & licet acceſſerint,li.3.* † Extende; quia non poteſt eſſe locus *l. ſi quis* 11
*in tantam. Cod. vnde vi*, quando capitur res ſibi debita à ſuſpecto de fuga; quia ceſſat dolus,& culpa, quos ipſa lex requirit. Alexand *d. conſ.64. in fine. verſic. vltra prædicta.lib.3.*vbi, quod habet locum contra violentum inuaſorem. Vide, *Fuga ſuſpectus quando poſſit carcerari, vel non. Concl.524.*

## Fuga operatur multa. Concl.529.

1 FVGA † operatur triplicem effectum, quandoq; vt delictum,
prout in milite deſertore,in quo probata fuga probatur deli-
*2 ctū.Iul.Clar.*in* §.*fi.q* 21.*n.*18.*&* 19.vbi dicit * communē.† Quā-
doq; ad indicium faciendum, vt quia ſuſpectus de delicto aufu-
git; & tunc facit indicium ad torturam, ſi aufugit ante inquiſi-
tionem,& informationem,alias ſecus.Iul.Clar.*d.*§.*fi.qu.*21.*n.*20.
* *& ſeq.ver.aut vero*, vbi recitat opiniones hinc inde,& vtranque *
communem pro, & contra, & ita diſtinguit;quia facit ſemiple-
3 nam probationem. † Quandoq; ad probationem, & ſiquidem
ſumus in delicto, ꝙ probatur ſolis ſuſpitionib. & tunc ſola fuga
probat ſuſpectum, prout in tutore ſuſpecto,mercatore, & ſimi-
4 libus,ita Clar.*d.*§.*fin.quæſt.* 21.*n.* 20. † Si vero eſt crimen,quod re-
quirit plenam probationē; tunc ſemiplene probat fuga,vel for-
* te ſecundum aliquos pluſquam ſemiplene,ſecundum *commu-
5 nem,& magis communem. Iul.Clar.*d.*§.*fi.q.*21.*n.*21. † Contra-
rium dicit tenere Curt.Iun. *in l.admonendi*, *nu.*49.*ff.de iureiur.*vbi
*6 citat alios; & dicit magis * communem. † Declarat Iul. Clar.vt
procedat contrarium, ſi fuga eſſet poſt receptas informationes;
* ſecus ſtante,ibi *q.*21.*n.* 22. *& ſeq.* vbi dicit * communem vtranq;
7 diſtinctionem.† Declara;quia in criminibus capitalib.ſola fuga,
ſiue ante informationem, ſiue non,non probat ſemiplene;ſi v.in
non capitalibus,probat ſemiplene, & facit inditium ad torturā,
* maxime iuncta fama, vel adminiculo aliquo,* communē & ma-
gis communem aſſerit Clar.*d.* §.*fi.q.*21.*nu.*23.*& ſeq.ver. hoc autem.*
8 † Et quod fuga facit inditium ad torturā,&maxime, quādo fuit
continuata per plures annos, Grammat.*deciſ.*11.*n.*13. vbi, quod
9 facit ſemiplenam probationē criminis.† Extende;quia fuga ſo-
ciorum facit inditium contra carceratum.Grammat.*d.deciſ.*11.*n.*
10 14.† Extende ; quia ſola contumacia , & bannum ob contu-
maciam facit inditium ad torturam. Grammat.*dict. deciſ.*11.*num.*
11 15. vbi plures allegat. † Reſtringe ; quia fuga nullum facit
inditium etiam leue,quādo is,qui aufugerat, poſtea citatus ſpō-
* te comparuit,* communem dicit Clar.*d.*§.*fi.q.*21.*nu.*24.*verſ.ſcias.*
12 † Quandoq; operatur ad plenam confeſſionem delicti inducen-
dam, veluti, ſi quis aufugiat de carcere; quia habetur pro con-
feſſo,& poteſt condemnari pœna ordinaria delicti,pro quo erat
* carceratus,* communem dicit Clar.qui alios citat,*d.* §.*fi.q.*21.*nu.*
13 25.*& ſeq.ver.tertio autem modo* † Declara;quia habetur pro confeſ-
ſo,& poteſt condemnari pœna ordinaria, ſi erat iuſte captus, &
ex carcere publico aufugit ; ſecus ſi eſſet iniuſte captus, vel in-
iuſte condemnatus,vel ex priuato carcere aufugiſſet.Clar.*d.*§.*fi.*
14 *q.*21.*n.*25.*& ſeq.* † Declara alio modo; quia ſi aufugit fracto car-
cere,cum conſpiratione,tunc poteſt puniri pœna ordinaria, ſic-
uti ſi eſſet confeſſus,quando erat iuſte captus;ſi vero ſine fractu-
ra,& ſine conſpiratione aufugit, licet habeatur pro confeſſo, &
condemnetur tanquam confeſſus;tamen ex eo ſolo Senatus non
traderet eum morti,ita plene Clar.*d.*§.*fin.q.* 21.*num.* 25.*& ſeq.*vbi
plene.

## Fuga inducit delictum & quando ſecus. Concluſio 530.

1 FVGA † in ſeruo, vel ſeruili macula aſperſo, eſt delictum. Bald.
*conſ.*250.*In quæſtione Domini Milani,nu.*3.*ver.ſequitur videre,lib.*1.
2 *& conſ.*382.*n.*5.*li.*5.† Fuga in carcerato ſine fractura non eſt licita,
& inducit delictum. Vide plene per Florian. de S. Petro *quæſt.*2.
*varia,& diuerſa*,vbi allegat multa pro vtraq; parte,& hanc tuetur,
quando iuſte detinebatur;quia non licet aufugere, vſq; ad *nu.*9.
dicit tamen *n.*11.*verſ.tertio hoc confirmatur*, quod fugiēs fracto car-
cere punitur pœna mortis,& fugiens propter negligentiā custo-
3 dis mitius punitur.† Extende;quia multi ſunt caſus, in quib.ſola
fuga inducit delictum, & probatio fugæ inducit plenam proba-
tionem delicti,prout in deſertore,*l.deſertores.ff. de re milit.* Item,ſi
delictum oritur ex ſuſpitione, fuga probat;item in caſu *l.conſilia-
rios.C.de aſſeſſor.*Florian.*d.q.*2.*n.*10.*v.quinto hoc videtur.* Vide, *Contu-*
4 *macia delinquentis quando probet delictum, vel non. Concl.*1020.† Limi-
ta;quia fuga in homine libero non eſt maleficium,quando eſt ſi-
ne aſportatione rerum alienarum.Bald.*d.conſ.*250.*n.*3.*ver. aut fu-*
5 *git,lib.*1.*& conſ.*382.*n.*5.*lib.*5.† Extende limitationem, vt fuga ho-
minis liberi non ſit delictum, quando non fugit cum re aliena,
etiam ſi citatus fugiat, & condemnetur; quia condemnatio ob
contumaciam non dicitur condemnatio de maleficio.Bald.*d.cōſ.*
* 250.*n.*3.*ver.& iſta fuga,li.*1.vbi dicit * communem, & duplicatur
6 *conſ.*382.*n.*5.*li.*5.† Reſtringe,niſi ſit deſertor militiæ; quia ſola fu-



ga probat delictum, vt puniri poſſit,* communem dicit Iul.Clar. *
in §.*fi.q.*21.*n.*18.*&* 19.† Reſtringe in officiali,qui tenetur ſtare ad 7
ſyndicatum per 50. dies; quia ſi aufugiat, incidit in crimen læſæ
maieſtatis,*l.*1. *C. vt omnes iudic.* & plene Gigas *de crimine læſæ maieſt.*
*parte* 2.*q.*40. † Reſtringe, quando homo liber fugit cum re alie- 8
na;quia illam contrectando dicitur facere furtum;& idem,ſi cū
re, quæ aliquando fuit aliena, & idē, ſi cū pecunia ad numerū
depoſitata.Bald. *d.conſ.*250.*n.*3.*ver.ſequitur videre,li.*1. *& conſ.*382.*n.*
5.*lib.*5.

## Fuga,vel contumacià non probat delictum,& quando ſecus. Concl.531.

FVGA † vel contumacia non probat delictum, ſed bene facit 1
præſumptionem,vel ſemiplenam probationem.Oldr.*conſ.*65.
*in pr ver.& Doctores iuris Canonici.*&Bald.*conſ.*32.*Primus quæſtionis, in
pr.lib.*3.Io de Anan.*conſ.*1 *n.* 7.vbi, quod facit ſemiplenam proba-
tionem,quando fit ante capturam.Flor.in 2.*quæſt.in* 1.*parte,nu.*11.
*ver.quinto hoc videtur.*Vide, *Contumacia delinquentis quando probet de-
lictum,vel non.Concl.*1020. † Declara; quia fuga ante accuſationē, 2
vel inquiſitionem reddit ſuſpectum fugientem; ſecus,ſi poſt ac-
cuſationem;quia iuſta cauſa infertur.Cuma.*conſ.*175.*num.* 3.ple-
ne Marſil.*ſingul.*115.*fuga*,vbi plures allegat. Vide Socin. *Regul.* 22.
*Fuga ſola ſuſpitionem facit,imo ſemiplenam probationem*,vbi limitat tri-
bus modis.† Amplia, vt procedat, etiam ſi quis detentus pro de- 3
licto, & inquiſitione generali, & non particulari aufugiat etiam
fracto carcere;quia licet poſſit puniri pro arbitrio iudicis;tamen
non habetur pro confeſſo, ex quo delictum, vel crimen non eſt
ſpeciale.Bald.*conſ.*32.*in pr. ver.nam aut quis,lib.*3.Vide, *Carcerati au-
fugientes qua pœna puniantur.Concl.*88.† Amplia; quia citatus aufu- 4
giens vt euitet pœnam delicti, non dicitur condemnatus de de-
licto,ſed ob contumaciam.Bald.*conſ.*250.*In quæſtione d. Milani,lib.*
1.*n.*3.*ver.ſequitur videre*,quod duplicatur,*lib.*5.*conſ.*382.† Amplia; 5
quia accuſatus de vno furto, ſi arripiat fugam , & etiam de aliis
furtis imputetur,fuga nō aggrauat, neq; probat quoad alia fur-
ta;de quibus non inquirebatur à principio.Caſtr.*conſ.*331.*per tot.*
*lib.*2.maxime *col.fi.*vbi, quod limitata cauſa limitatum parit effe-
ctum.† Limita, quando carceratus pro crimine ſpeciali aufugit 6
fracto carcere; quia tunc fuga probat delictum.Bald.*d. conſ.*32.
*Primus quæſtionis,li.*3.& poteſt puniri pro delicto, pro quo detine-
batur.Ioan.de Anania *conſ* 1.*n.*7.vbi Bologn.*n.*18. quod iuſtificat
ſententiam latam ſuper delicto. Floria.*quæ.*2.*in pr.n.*11.*v.tertio hoc
confirmatur.*† Reſtringe,ſi aufugiſſet carceratus non fracto carce- 7
re, ſed propter malam cuſtodiam; quia minori pœna punitur.
Ludouic.Bologn.in *addit.ad d.conſ.*1.*Io. de Anan.n.*18. Floria. *d. qu.*
2.*in pr.nu.*11.*ver.tertio hoc confirmatur.* † Limita; quia communiter 8
in Italia extant ſtatuta, & conſuetudines,quod fuga probet deli-
ctum.Comen.*conſ.*141. *Domini iudices*, *n.*2. † Limita;quia bene fa- 9
cit inditium ad torturam, quando fuga eſt ante tranſmiſſam in-
quiſitionem;ſecus ſi poſt tranſmiſſam inquiſitionem.Clar.*quæſt.*
21.*numer.*22.*ver.ideo facit*,plene Marſilius *ſingul.*115.*fuga.* Mathe-
ſilan. *ſingul.* 145. *nota aureum*, vbi prima apoſtilla , & ple-
nius ſecunda apoſtilla, *in princip.* Florian.in 2. *quæſtio. in* 1. *parte,
numer.*10.*verſic.quinto hoc videtur circa finem.* Vide, *Indicia quæ ſuffi-
ciant ad torturam,vel non.Concl.*97.*n.* 62. *& ſequen.*† Extende; quia 10
quando is, qui fugit, eſt malæ conditionis, ſemper fuga facit in-
ditium contra fugientem.Marſ.*ſing.*217.*n.*3.incipit,*ter, vel quater.*
† Reſtringe,ſi aufugit poſt denunciationem, accuſationem, vel 11
inquiſitionem, aut poſtquam iuſte ſuſpicabatur cōtra eum pro-
cedendum eſſe ad capturam,apoſtilla magna ad Matheſil. *d.ſing.*
145.vbi late, Marſil.de vtroq; *ſing.* 497.*ſæpiſſime.* † Contrarium, 12
quod imo ante accuſationem fugiens facit ſe ſuſpectū; licet quis
iactauerit, velle accuſare; quia tunc eſt ſuſpectus,plene Soc.*reg.*
21.*in v.fuga*,vbi hoc ponit in prima limit.&ponit alias duas limi-
tationes,ſi ſuſpectus eſſet.Itē,ſi fuga eſſet ex carcere clauſo.† De- 13
clarat Soc.*d.reg.*21 *fuga poſt accuſationem*,vbi,quod nihil probat,li-
mitat tribus modis.† Imo, quod ſi fugit à die delicti, & perſiſtit 14
in fuga poſt citationem, vel denunciationem , probetur delictū
ſemiplene.Grammat. *dec.*11.*n.*13. † Et fuga ſociorum delinquen- 15
tis;quia citati non comparent,facit inditium.Grammat.*d. dec.*11.
*num.*14. † Limita in officiali;quia fuga officialis in ſyndicatu ple- 16
ne probat, Marſil. *dict. ſing.* 115.*Fuga,numer.* 2. apoſtilla magna ad
Matheſil *d.ſing.*145.*in fi.*Bart.*ſing.*137.† Declara omnes limitatio- 17
nes;quia in omnibus caſibus, in quibus fuga facit inditium con-
tra fugientem,illud procedit,niſi iuraret,quod non fugit ex cau-
ſa delicti; quia ſtatur iuramento ſuo in hoc, quod mirabile dicit

Marſil.*d.ſing.*115.*Fuga,in fi.*& apoſtilla magna ad *d. ſingul. Matthesil.*
18 145.*in fin.* † Contrarium vide in ſimili in *verb. iuramento aſſerentis*
19 *quando ſtetur, vel non. Concl.*531. † Declara; quia vbicunq; fuga &
contumacia probat delictum, intelligi debet quoad fugientem,
& contumacem, non quoad alios. Caſtr.*conſ.*168. *Super primo, col.*
20 2.*n.*5.*ver.ſuper quarto.li.*1. † Limita; quia in caſibus, in quibus fuga
inducit delictum, prout in deſertore. *l.deſertores.ff.de re milita.* pro-
bata fuga probatur delictum. Florian. de S. Petro *q.* 2. *in* 1.*parte,n.*
21 10.*ver.quinto hoc videtur.* † Limita, quando delictum cauſatur ex
ſola ſuſpitione; quia tunc fuga, quæ reddit fugientem ſuſpectum,
probat plene delictum. Flor.*d.quæſt.*2.*in* 1.*parte, nu.*10.*verb.quinto,*
22 *hoc videtur.* † Limita in caſu *l conſiliarios.C.de aſſeſſor.* Flor. *d. quæſt.* 2.
*in* 1.*parte,n.*10.*ver.quinto,hoc videtur,prope fin.*

## Fulgineum eſt ciuitas, ſtatutaq;, conſuetudines, & priuilegia eius. Concluſ. 532.

1 CONSTITVTIO † Marchiæ, quod minores non poſſint donare
ſub quacunq; forma, neq; vendere, neq; alienare ſine iura-
mento, & conſenſu duorum proximiorũ, & decreto iudicis, ſer-
uatur etiam in ciuitate Fulg. Bald. *conſ.*169.*iuncto caſu*, incipien.
*Egregie pater, lib.*4. vbi, quod non habet locum in donatione cauſa
2 mortis. † Statutum eſt in Ciuitate Fulginei, quod filia dotata ex-
cludatur à ſucceſſione patris, ſtantibus maſculis. Bald.*conſ.*55.*Qui-
dam Lillus, lib.*5. vbi, quod non habet locum contra filiam mona-
3 cham, quia de ea non loquitur. † Item, quod ſi qua mulier vocata
fuerit ad cauſam, iudex, & Notarius Poteſtatis teneatur ire ad
plateam Epiſcopatus, & ibi eam audire, & ſi aliter fieret, non va-
leat; & quod nulla mulier pro aliqua cauſa ciuili debeat accede-
re ad palatium, ſub pœna centũ ſolidorũ. Bald.*conſ.*149. *Statuto Ci-
uitatis, lib.*5. vbi, quod mulier citata ad legitime comparendum in
palatio, non tenetur comparere, & non poteſt dici contumax, li-
☞ cet non miſerit Procuratorem. Vide, *Citatio tempore feriarum, vel
feſtiuo in honorem Dei an valeat, & arctet citatum. Concl.*242.

## Fundamentum in omnibus conſtituendum eſt. Concluſ. 533.

1 FVNDAMENTVM † in omnibus eſt conſtituendũ, & Deus ipſe
eſt caput & fundamentum omnium, & vbi non reperitur
fundamentum, corruit velociter ſuperædificatum, *cap. cum Pau-
lus,*1.*q.*1. Arch. in *præmiſſis, quas fecit ad lecturam decreti, in princ.*

## Fundi appellatione, vel fundi inſtructi appellatione quid veniat. Concl. 534.

1 FVNDI † inſtructi appellatione veniunt omnia parata & deſti-
☞ nata perpetuo ad vſum fundi. Alex.*conſ.*68.*li.*6. Vide, *Domus ap-
2 pellatione quid veniat. Concl.*618. † Reſtringe; quia veniunt ſolum ea,
quæ pertinent ad culturam fundi, non autem alia; vnde aſina mo-
lendinaria exiſtens in fundo non venit appellatione inſtrumen-
torum fundi; quia non inſeruit fundo. Abb.*conſ.* 88. *Caſus in facto,
in pr. li.*2. vbi, quod pertinentia ad artificium veniunt, nõ alia; id-
3 eo lecti, culcitræ, & ſimilia non veniunt. † Contrarium, quod i-
mo vaſa ad coquendum, lecti, & culcitræ, & alia deputata ad vſum
loci legati, cum inſtrumentis ſuis veniant, quando erant ad vſum
deſtinata. Abb.*d conſ.*88.*col.*2.*ante n.*3.*ver.quinimo, lib.* 2. allegat tex.
in *l.cum de lanionis* §.*deputatoribus, &* § *aſinam. ver. item cacabos, ff.de
4 fundo inſtructo.* † Limita; quia reliqua debita à colono non ſunt in-
ſtrumenta fundi; ideo non cadunt ſub legato fundi inſtructi. Alex.
*d conſ.* 68. *col.* 1. *lib.* 6. quia non ſunt de iis, quæ perpetuo ſunt apta
eſſe in fundo, & non reſpiciunt fundum; nec certum patrimoniũ,
5 ſed vniuerſum. † Extende; quia non veniunt, niſi apta ad culturã
fundi; & ideo, quæ ſunt ibi ad tempus, non dicuntur inſtrumenta
6 fundi. Alex.*d conſ.*68. *li.* 6.*col.*1. † Extende, vt procedat, etiam ſi le-
gatum fundi inſtructi eſſet factum coniunctę perſonæ. Alex. *d.cõſ.*
☞ 68.*col.*1.*n.*6. Vide, *Domus appellatione quid veniat. Concl.*618. Vide, *Le-
gato fundo inſtructo quæ veniant, vel non. Concl.*123.

## Fundi appellatione quid veniat, quando dictum eſt, cum pertinentiis. Concl. 535.

1 EXTENDE; † quia legato fundo cum domo laboratoris, & per-
tinentiis non venit domus pro patrono, quando eſt magni
☞ valoris, & inſeruit aliis bonis, vltra fundum legatum. Vide,
*Pertinentiarum appellatione quid veniat.*
*Concl.*323.

## Funeralia quæ dicantur, ad quos ſpectent, & cuius ſint. Concl. 536.

FVNERALIA † dicuntur omnia, quæ portantur cum funere ad 1
eccleſiam Card. Zab.*conſ.*90.*n.*3.*ver.ad primum.* † Et veniunt 2
cum impenſa funeris veſtes lugubres vxoris, & familiæ. Soc.*conſ.*
134.*num.*39.*lib.*1. † Duplex eſt impenſa funeris, quædam tendit ad 3
remedium & ſolatium animæ defuncti, prout eſt impenſa cleri-
corum orantium, ceræ ſepulchri, neceſſaria ſecundum cultum di-
uinum. Abbas in *q.*3.*Sempronius, col.*3.*ver. ad ſolutionem.* † Quædam 4
impenſa tendit ad viuorum, & amicorum conſolationem, vt ap-
paratus funeris, ornata ſepultura, veſtes lugubres, & alia ad pom-
pam. Abbas *d.qu.*3.*col.*3.*ver. ad ſolutionem.* † Debentur hæc funera- 5
lia eccleſiæ, in qua ſepelitur funus. Vide, *Sepulturæ & funeris impen-
ſa, & pompa ſunt eccleſiæ, in qua fiunt, & quando ſecus. Concl.*197. † Imo 6
quarta funerum debetur etiam parochiæ, quando eligitur ſepul-
tura in alia eccleſia. Vide, *Quarta funerum cui parochiæ ex pluribus de-
beatur. Concl.*26. *& Concl. ibi prox ſeq.* † Impenſa hæc funeris ſpectat 7
ad hæredes pro rata, *l. & qui.*§.*fin. ff. de relig. & ſumpt.funer.* &
debetur ex maſſa hæreditatis, *l.pen.ff.eod.tit.* Ang. Aret.*conſ.*90. *In
prima conſultatione, n.* 21. *& ſeq.ver.ſed dubium.* vbi, quod in tantum
eſt verum, quod ſi non curaſſent fieri, redderentur indigni hære-
ditate. † Extende, vt procedat; ſiue fiat hæc impenſa ab hærede, ſi- 8
ue ab alio etiam hærede ignorante, ſeu etiam inuito, *d.l.& qui,*§.*i-
dem Labeo, ff. de relig. & ſumpt funer.* etiam ſi ſit facta ab auo paterno,
vel materno; quia imputat nepotibus hæredibus filiæ. Ang. Aret.
*d.conſ.*90.*n.*21.*& ſeq.ver.quinimo.* † Extende; quia licet is, qui impẽ- 9
dit in funere, dicatur cum defuncto contrahere, *l.*1.*ff.de relig.&
ſumpt.funer.* tamen illud eſt ſolum quoad ſeparationem bonorum,
& priuilegium actionis; ſecus quoad contractum, & actionem;
quia repugnat naturę, quod viuus funeretur, *d.l.*1. ideo illud eſt
debitum hæredis, non defuncti, & per prædicta fuit iudicatum,
quod legatarius, qui tenetur ad omnia debita defuncti, non tene-
tur ad impẽſam funeris, *l.*3.§.*hæc verba, ff. de negotiis geſtis.* † Extẽde; 10
quia hęc impenſa funeris facta à quocunq; pro vxore debet repe-
ti ex dote; ideo ſi quis dotauit mulierem cum pacto, quod dos in-
tegra, & tota mortua muliere, ad eum reuertatur; tenetur tamen
ad hanc impenſam funeris; quia ineſt tanquam onus dotale. Alex.
*conſ.*133.*Super quæſitis.n.*7.*ver.vbi ſi quis, li.* 5. † Reſtringe in eccleſia; 11
quia tenetur ad impenſas funeris Epiſcopi, & ſui Prælati, non a.
hæres, cum diſtinctione; quia ad funeralia, quæ reſpiciunt conſo-
lationẽ animæ defuncti, prout luminaria, & ſimilia, tenetur ſuc-
ceſſor; ad ea vero, quæ ſunt ad pompam, tenentur hæredes. Abb.
in d. ſua *q.*3.*col.*3.*ver.ad ſolutionem.* vbi *col.* 4.*ver. & ſi diceret,* dicit, quod
pro funere Epiſcopi omnes clerici gratis venire debent, nec pro
terra ſepulturæ aliquid ſolui debet, prout pro aliis. † Declara, ſi E- 12
piſcopus eligeret ſepulturam extra ſuam ciuitatem; quia clerus &
eccleſia tenentur celebrare exequias, non autem ad aliquas fune-
ris impenſas. Abb.*d.q.*3.*col.*4.*n.*6. *ver. hæc omnia.* † Reſtringe in Pa- 13
pa; quia abſolute eccleſia, & Populus Romanus tenentur ad to-
tam impenſam funerum. Abb.*d.q.*3.*n.* 4 *verb.ſecundo adduco.* † Im- 14
penſa hæc funeris recipitur à clericis, non vt merces officii diui-
ni, & ſepeliendi; quia nihil poſſunt habere, ſed pro opere ſuo per-
ſonali; gloſſ. in *cap pen. de ſepult. & in c.clerici.* §.*item quæritur.*13.*q.*2.
Abb.*d.qu.*3.*col.* 4.*ver.& ſi diceres.* † Priuilegium habet funeris im- 15
penſa, vt deducto ære alieno deducatur ante legitimam filiorum.
Alex.*conſ.*5.*Conſideratis, in pr. li.*6.

## Furcarum erectio cui competat. Cõcl. 537.

FVRCARVM † erectio competit ei, qui habet cognitionem, & 1
exequutionem cauſarum criminalium, etiam inuito alio ha-
bente ſolam cognitionem earundem cauſarum criminaliũ. Old.
*conſ.*6.*Quæſtio talis eſt,* vbi, quod alius proteſtetur, ſi dubitat ſibi p-
iudicari in cognitione earundem cauſarum. † Et competit ei, qui 2
habet merum imperiũ in loco, licet in eodem loco alius habeat
mixtum imperium. Oldr.*conſ.*161.*Thema tale eſt, orta materia, ver.ad
primum,* vbi, quod iſta erectio non competit ei, qui non poteſt
hanc pœnam imponere; ideo ſignum eſt, & probatio poſſeſſionis
meri, & mixti imperii. Bald.*conſ.*433. *Apulus caſtrum, col.* 4. *ver.ſepti-
mo probatur, li.*3. † Erectio furcarum reſpicit publicam & priuatam 3
vtilitatem, & ſit, vt ſuppliciorum renouetur memoria; prout dici-
mus de ſepulchris adinuentis ob memoriã conditionis humanæ.
Oldr.*d.conſ.*161.*verſ. ad primũ.* † Vendere poteſt quis cõpelli agrũ, 4
in quo erigantur furcæ, ſi non reperiatur locus. Oldr.*d.conſ.*161.*n.*
5.*ver. & ex iis.* † Erectio furcarum dominium aeris demonſtrat, 5
& pro-

& probat merum & mixtum imperium. Bald. *conſ.* 420. *Verba prin-*
6 *cipis, nu.* 2. *ver. hoc modo furcæ, lib.* 1. † Limita; quia ſi ciuitas erigit fur-
cas in villa, cuius populus migrauit ad tempus propter bellum,
vel alias; non tamen acquirit aliquod ius, etiam per 30. annos;
quia reuertẽte populo recuperat iura primæua. Bald. *conſ.* 158. *Pro-
ponitur quod, in fi. lib* 3.

## Furcarum pœna quibus imponatur, vel non. Concluſ. 538.

1 POENA † furcarum imponitur pro delicto priuato, non autem
pro delicto publico. Bald. *conſ.* 426. *Præmittendum, in fine. lib.* 1.
2 † Sepeliri non conſueuerunt illi, qui ſuſpenduntur; ideo pæna eſt
magis ignominioſa, quam ſit decapitatio; ideo milites nõ cõſue-
3 uerunt ſuſpendi, ſed decapitari. Bald. *d. conſ.* 426. *per tot. lib.* 1. † Et
quod nobiles non ſuſpendantur furcis, ſed ignobiles, niſi certis
caſib. quando ſunt proditores principis; quia tunc nobiles imo al-
tioribus furcis ſuſpenduntur, dicit Iul. Clar. in § *fi. q.* 60. *n.* 24. *ver.
prodeſt etiam*, vbi plures allegat atteſtantes de conſuetudine gene-
4 rali ita ſeruari. † Extende; quia neq: mulieres ſuſpenduntur fur-
cis in aliquibus regionibus Lombardiæ, prout de Brixia, Alexan.
*conſ.* 135. *Circa primum, col. pen. n.* 5. *li.* 1. vbi, quod neq; conuenit ſexui
feminino, quod ſuſpendantur fœminæ furcis, niſi in caſu læſæ
5 maieſtatis. Vide, *Furti pœna quæ ſit. Concl.* 564.

## *Furioſus* quis dicatur, & in quo differat à ſtulto, mente capto, & demente, & ſimilibus. Concluſ. 539.

1 FVRIOSVS † dicitur, qui caret intellectu; & ideo is, qui caret
ſenſu, & loquela, dicitur furioſus. Bald. *conſ.* 213. *Caſus talis eſt,*
2 *in pr. li.* 3. † Et furioſus proprie eſt ille, qui cum rabie euidentis fu-
roris eſt, & mente captus eſt ille, qui non habet animi conſilium,
ſed nullum furorem oſtendit. Alexa. *conſ.* 54. *Ad quæſitum, in princip.*
3 *li.* 1. Rota Roma. *li.* 1. *dec.* 107. *in pr.* vbi plurimos allegat. † Furioſi
largo modo dicuntur omnes, ſiue furor ſit apparens, & exiſtens,
ſiue ſit exiſtens, & non apparens, qui appellatur conſpectus in-
umbratæ quietis, ſiue amentia, ſiue dementia, non eſt vis. Bald.
4 *conſ.* 345. *Ecce formata, lib.* 3. † Et ne obligentur, neq; puniantur, o-
portet intelligere de eo, qui omnino alienauit intellectum, vt di-
cit Bald. *d. conſ.* 345. *num.* 3. & 4. *lib.* 3. *verſic. confeſſio enim*, vbi, quod
nulla eſt confeſſio furioſi, quia vocem ſuam ignorat, & quod lo-
quitur, non ſentit; quia non eſt capax animi, neq; doli, neq; cul-
pæ; & dicit, tolle mentem de medio, & verbum remanet ſine in-
5 tellectu. *l.* 2. § *voluntatem. ff. ſol. matrim. l. furioſi. ff. de reg. iuris.* † Et li-
cet differant furioſus & mente captus, inſanus & demens; tamen
æquiparantur in hoc, ꝙ vbi requiritur conſenſus, ex quo non ha-
beant conſenſum, idem reputantur quoad effectum, licet ſecun-
dum propriam ſignificationem diuerſi ſint; & ideo lex abutitur
iſtis vocabulis, ſumendo vnum pro alio. Corn. *conſ.* 22. *n.* 6. *in fi.* &
6 *n.* 7. *li.* 4. † Vide multa exempla furioſorũ, qui fecerunt actus pru-
dentiſſimos, quos enumerat Boer. *dec.* 23. *n.* 57. & *ſeq.* & alios citat
7 Menoch. *conſ.* 82. *n.* 217. & *ſeq.* † Differt tamen furioſus à ſtulto,
vel mente capto; quia furioſus animi rabie vexatur, ſtultus vero,
ſeu mente captus, qui morbo laborat, & pars animæ rationalis
vitiata eſt; furioſus oſtendit extra ſuum furorem; ſtultus autem
ſecus. Menoch. *d. conſ.* 82. *nu.* 195. & *ſeq.* vbi plures allegat, & plene
Iaſon in *l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſ. n.* 2. Corn. *d. conſ.* 22. *num.*
8 5. *lib.* 4. † Æquiparantur furioſo, demens, mente captus, amens, &
alii, qui non habent intellectum. Fulg. *conſ.* 79. *Quidam Ser Ven-
tura, per totum*, vbi, quod amens eſt idem, quod ſine mente: De-
mens quaſi deorſum à mente, mente captus quaſi captiua mente,
furioſus, qui mente caret; & ideo ſicut furioſus non poteſt teſta-
ri, neq; obligari; ita neq; alii dementes, ſequitur Crau. *conſ.* 689.
*Franciſcus Thomati, in fin.* Rota Romana *deciſ.* 107. *numer.* 17. *libr.* 2.
9 *d.* Corne. *conſ.* 22. *numer.* 5. 6. & 7. *lib.* 4. † Æquiparatur furioſus
mortuo; quia ſtatim, quod perdidit intellectũ, ſimilis eſt mor-
10 tuo. Bald. *conſil.* 213 *ante med. verb. ideo forte lex. libr.* 3. † Non tamen
æquiparatur prodigo in hoc, quod requiratur datio curatoris,
vel interdictio bonorum; quia etiam ſine iſtis actus eſt nullus in
furioſo, vel demente; ſecus in prodigo. Fulgo. *conſ.* 79. *circa fi. ver.*
11 *ex iis apparet.* † Item æquiparatur minori; quia quoad multa ha-
bet furioſus beneficium minoris. Bald. *dict. conſil.* 213. *circa fin.*
12 *ver. item ſequeretur, libr.* 3. † Reſtringe; quia furioſus non reſtitui-
tur in integrum, ſiue ſit maior, ſiue ſit minor. Bald. *dict. conſil.*
213. *per tot. lib.* 3. vbi, quod nulla lex concedit reſtitutionem furio-
13 ſo. † Mente captus eſt nomen magis generale, quam furioſus.

Corne. *conſ.* 216. *lib.* 3. *princip.* † Et quod demens & furioſus 14
æquiparentur in hoc; quia non poſſunt contrahere matrimo-
nium carnale, neque ſpirituale; quia carent conſenſu. Alexand.
*conſil.* 54. *in princip. lib.* 1. item in iis, quæ requirunt conſenſum, æ-
quiparantur; ideo non poſſunt teſtari, neque obligari, ſiue ſint
furioſi, ſiue mente capti, dementes, vel inſani. Corne. *d. conſ.* 22.
*num.* 6. & 7. *lib.* 4. † Idem in ebrio, qui dum eſt ebrius; ita quod 15
non intelligat, quid agat, non valet matrimonium, nec teſtamen-
tum, nec alius actus. Dec. *conſ.* 112. *in princip.* vbi late, quod non va-
let contractus factus ad fauorem eius, qui inebriauit contra-
hentem propter dolum adhibitum. † Idem eſt in eo, qui propter 16
ſenectutem, & multam ætatem à communi iudicio eſt ſequeſtra-
tus; quia pariter non ſunt tales compotes mẽtis; ideo non teſtan-
tur, neq; obligantur. Fulgo. *d. conſ.* 79. *numer.* 2. † Idem in eo, 17
qui mouetur ira, vel nimio amore; quia dicitur quidam furor
breuis ad delicta contemplatione iræ, vel amoris, & excuſatur,
vt ſaltem minor pœna imponatur. Iul. Clar. in § *fin. quæſt.* 60. *n.* 9.
& *ſeque.* vbi ponit alias ſpecies furoris. † Idem in eo, qui eſt phre- 18
neſi miſera correptus, quæ imaginandi potentiam lædit. Galen.
*libr.* 3. *de morbis*, & Cælius Rhodigin. *lect. antiqu. cap.* 3. Menoch.
*conſ.* 82. *num.* 222 nam phreneſis melancholiam generat, quæ ſem-
per adeſt, vt poſt Auic. Roderic. Suarez, *alleg* 1. *num.* 19. qui ex Ga-
leni ſententia concludit, quod quando quis in huiuſmodi mor-
bum incidit, ſemper in eo perdurat, & in dementia eſt infirmus,
& mentis alienationem patitur, licet aliqua loquatur, vel faciat,
quæ ſanitatem ſapiant. Menoch. *d. conſ.* 82. *numer.* 232. & *ſequent.*
† Phreneſis igitur dicitur morbus acutus in febre ſuperueni- 19
ens, cum ægrotantes deſipiunt, & aliena loquũtur, & de phrene-
ſi, & melancholia ſcribunt plurimi, quos citat Menoch. *d. conſ.* 82.
*num.* 197. & *ſequen.* † Plures eſſe ſpecies phreneſis, & quinque ſi- 20
ne febri, & eſſe melancholiam, & dementiam, ſcribit Galen. *de
locis affectis, cap.* 7. Corne. *conſ.* 91. *num.* 23. *ver.* & *ex iis. lib.* 4. & quod
ſint plures ſpecies phreneſis. Cornel. Celſus *de re medica, lib.* 3. *cap.*
18. quem citat Menoch. *d. conſ.* 82. *numer.* 226. Cælius Rhodigin.
*lib.* 17. *lect. antiqu. cap.* 3. & 4. vide verba Cornelii Celſi apud Me-
noch. *præſumpt.* 45 *lib.* 6. *num.* 3. & *ſequen.* † Et non omnis phrene- 21
ſis tollit in totum vſum rationis; quia ex læſione imaginatiuæ
non infertur læſio totius cerebri. Galen *lib.* 3. *de locis affect. ca.* 7. &
*lib.* 2. *de ſymptom. cauſ. cap.* 7. exempla afferens de eo, qui ſe teſtam
credebat, & ideo obuiantibus cedebat, ne collideretur; ſic etiã
admittit Menoch. *d. conſ.* 82. *nu.* 231. *verſ. primo cum inſania.* & quod
detur dementia, & fatuitas, quæ in totum non tollat vſum ratio-
nis, clare Deci. *conſ.* 448. *n.* 22. Pariſ. *conſ.* 88. *num.* 38. & *ſequen. lib.* 3.
Ceph. *conſ.* 753. *numer.* 8. vbi ponit text. & concord. Mantica *de con-
iect. vltim. volunt. lib.* 2. *titul.* 5. *num.* 6. *ver. ſed tamen.* † Et phreneſis 22
diſtinguitur ab inſania. Cornel. Celſus, vbi ſupra. Corne. *d. conſ.*
91. *num.* 23. *lib.* 4. vbi, quod licet quis in aliquibus ſit inſipiens,
& patiatur defectum cerebri, nõ propterea eſt in totum inſanus,
neque impeditur diſponere de rebus ſuis. Pariſ. *d. conſ.* 88. *numer.*
42. *lib.* 3. † Et Galenus in *tract. de ſymptom. differ. cap.* 3. dat exem- 23
plum de eo, qui omnia recte gerebat, excepto eo, quod in loco,
vbi decumbebat, dicebat adeſſe tubicines aſſidue ſonantes, & ex-
pelli iubebat pluries. † Et quod ſit medium inter fatuum & ſanã 24
mentem, Corne. *conſ.* 85. *num.* 5. *lib.* 2. vbi, quod ſufficit pro actu va-
lido, quod non probetur inſania, neque ſana mens. † Et quando 25
conſtat ſaltem, quod ſi quis non eſſet in totum fatuus, vel de-
mens, ita quod alienata eſſet ſana mens; ſed tamẽ negari nõ poſ-
ſet, quin eſſet affecta mens in aliquo, quin de facili induci poſſet
ad conſentiendum omnib. non valet teſtamẽtũ factum ad inter-
rogationem alterius, quando reſpondit ſolum, quod ſic; quia eſt
ſuſpectũ, ne careret opportunis ſeruitiis in ſua infirmitate; & id-
eo non valet. Corneus plene *conſ.* 319. *n.* 11. & *ſequen. lib.* 1. vbi la-
tiſſime. † Item fatuitas quãdoq; leuis à principio, ſed tamen au- 26
getur ex tempore. Corne. *conſ.* 22. *nu.* 7. *lib.* 4. † Multiplex eſt ſpe- 27
cies furioſorum, aliqui ſunt penitus fatui, & furioſi carentes pe-
nitus intellectu, etiam à natiuitate, & iſtis nihil penitus permit-
titur; quia nec matrimonium contrahere, nec teſtamentum fa-
cere, aut aliquid facere poſſunt, in quo requiratur conſenſus. So-
cin. *conſ.* 62. *ante n.* 10. *ver. circa ſeptimum. li.* 1. vbi dicit communem.* *
† Aliqui ſunt paulo melioris conditionis, & iſti cum curatore 28
contrahunt. Soc. *d. conſ.* 62. *n.* 11. Rota Rom. *in vltimis impreſſis, lib.* 1.
*dec.* 577. *per totam.* † Aliqui ſunt groſſolani, & hebetis ingenii à na- 29
tiuitate, & iſti de reb. ſuis diſponunt, & ad iſtos applicari poſſunt,
quod dicit Pariſ. *d. conſ.* 88. *li.* 3. Dec. *conſ.* 448. *n.* 22. Barbat. *conſ.* 59. *li.*
2. Soc. *d. conſ.* 62 *n.* 12. *verſ. tertius, li.* 3. Decian. *cõſ.* 127. *n.* 38. *li.* 3. ita Pe-
trus Ruiz. *dec. Lituan.* 4. *nu.* 318. & *ſeq.* vbi intelligit de groſſolanis
hebetis ingenii. † Alii ſunt à natiuitate perſpicacis ingenii; ſed 30

ex aliquo accidenti atra bilis immodice generata mentis ſedem
occupat, inſtrumentiſq; deprauatis mentis vſum amittunt, non
per ablationem, aut diminutionem, ſed per deprauationem, &
aliquando quoad imaginatiuam tantum, & apud Galenum de lo-
cis affectis, ponitur de illo, qui teſtam ſe factũ putabat, & ideo ob-
uiantib. cedebat, ne collideretur, & Phylodotus Medicus, qui ſi-
31 bi amputatum caput eſſe credebat. † Aliquando nõ ſolum ima-
ginatio lęditur, ſed etiam cogitatio, vt Galenus, vbi ſup. de eo, qui
primum fictilia, poſtea infantem ex feneſtra proiecit, & in iſtis
32 memoria remanet illæſa. † Alii ſunt dementes; quia placidi, & i-
ſti mente capti appellantur; alii furore pleni, qui tamen æquipa-
rantur quoad hoc, vt priuati ſint ſana mente, & careant conſen-
ſu. Deci. l. furioſum. n. 2. C. qui teſtã. fac. poſſ. & in l. humanitatis. C. de im-
pub. & aliis ſubſtit. Matheſil. ſing. 179. n. 1. Alex. conſ. 54. n. 1. li. 1 Bald.
in l. 2. C. de curat. furioſ. vbi dicit, quod mente captus habet furorẽ
latentem; furioſus vero habet furorem patentem, & idem in l. fu-
rioſi. n. 2. C. de nupt. & tamen æquiparantur, Grammat. conſ. crim. 16
nu. 14. Curt. Iu. conſ. 151. n. 8. plene Petrus Ruiz. dec. Lituan. 4. n. 318.
33 † Et ideo iſti mente capti diſcurrunt bene, retinent memoriam,
& niſi tangatur illa pars melancholiæ, in qua peccant, difficulter
cognoſcuntur; ſi vero illa pars, in qua humor peccat, tãgatur, de
facili erumpunt in inſaniam manifeſtam. Corn. conſ. 71. n. 12. lib. 1.
& conſ. 73. n. 3. eod. lib. ver. nam ponderandum. Pariſ. conſ. 87. n. 44. lib. 3.
Bertran. conſ. 48. n. 32. li. 1. Menoch. conſ. 82. nu. 190. Ruiz. d. deciſ. 4.
n. 39. Rota Roman. lib. 2. dec. 107. nu. 21. Mant. de coniect. vltim. vol. lib.
34 2. tit. 5. n. 8. & ſeq. Boer. deciſ. 23. vbi ponit plura exempla. † Cauſa-
tur furor quandoq; propter amorem: vt Boer. deciſ. 23. nu. 75. vbi
35 late pingit amorem, & qualiter inſanire faciat. † Item propter
☞ ſcientiam nimiam. Boer. d. deciſ. n. 76. Vide Maſcard. Concl. 502. De-
mentia in fin, vbi, quod iura loquentia de furioſo, aptantur etiam
ad mente captum, ſeu dementem.

## Furioſus caret conſenſu; ideo non poteſt actum gere-re, in quo conſenſus requiritur. Concl. 540.

1 FVRIOSVS † priuatur conſenſu; ideo nullum poteſt facere a-
ctum requirentem conſenſum, ſiue expreſſum, ſiue tacitum;
quia caret conſenſu. Cardinal. Zab. conſ. 34. Circa primum. in princi.
2 & conſ. 56. nu. 2. verſ. in contrarium. † Declara; quia in iis, in quibus,
ſi eſſet ſanę mentis, nõ poſſet contradicere, furioſus habetur pro
conſentiente, vel non contradicente. Cardinalis Zab. d. conſ. 34.
in princip. verſicul. & hoc niſi, & conſ. 56. numer. 2. verſic. in contrarium.
3 † Extende; quia donatio facta ab inſano & mente capto non va-
* let. l. furioſum, vbi * omnes. C. qui teſtam facere poſſ. l. in negociis contra-
hendis. l. furioſi. vbi Decius. ff. de regul. iuris. Alex. conſ. 86. Viſis dubita-
tionibus. numer. 5. vol. 2 Corne. conſ. 69. Viſis nonnullis. lib. 1. Iaſon conſ.
141. lib. 4. Crauet. conſil. 591. numer. 8. Bald. conſil. 304. lib. 2. Gram-
mat. conſil. criminali. 16. numer. 22. Corne. conſ. 22. numer. 6. lib. 4. Pa-
riſius conſil. 87. num. 11. lib. 3. Alexander conſil. 147. nu. 4. lib. 7. Pa-
4 riſius conſil. 88. num. 13. lib. 3. Socin. conſ. 73. numer. 18. lib. 1. † Exten-
de; quia neq; valet donatio facta à mente capto, etiam fauore
5 piæ cauſæ. Iaſon d. conſ. 141. lib. 4. † Extende; quia non valet con-
feſſio dotis facta à furioſo, etiam cum decreto, quando conſtat de
falſa cauſa; quia decretum eſt nullum, & confeſſio tranſit in do-
nationem, quæ non valet, etiam ſi habeat dilucida interualla. A-
lex. d. conſ. 147. Viſo themate, per totum. lib. 7. vbi allegat pro vtraque
6 parte, & hanc veram tuetur. † Extende; quia non valet, etiamſi ſit
facta eo modo, quo conuenit homini ſanæ mentis. Abbas in cap.
ſicut error, in 2. notabili, de regular. Baldus in §. item furioſi. Inſtit. quibus
non eſt permiſſ. fac. teſtament. vbi hoc dicit in eo, qui non habet dilu-
cida interualla. Corne. d. conſ. 69. col. fi. lib. 1. Iaſon d. conſ. 141. n. 6. lib.
4. Crauet. conſ. 689. num. 14. Boer. deciſ. 23. n. 50. Barbat. in cap. cum
dilectus, num. 14. & in cap. 2. num. 15. verſic. in contrarium, de teſtament.
Corne. d. l. furioſum, num. 4. vbi Deci. num. 14. C. qui teſtament. facere
7 poſſ. & in l. in negociis, in prima concluſione. ff. de regul. iuris. † Contra-
rium Dec. conſ. 448. & vide plenius Mantic. de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 2. tit. 5. numer. 7. & ſequen. vbi allegat Bald. Ioann. And. &
Corne. conſ. 216. num. 15. lib. 3. Barbat. conſ. 59. col. 4. verſ. nec etiam di-
xit verum. lib. 2. Roman. in d. l, furioſum. num. 3. Alexand. ibi nu. 3. Ia-
ſon num. 2. C. qui teſtament. facere poſſ. Corne. conſ. 73. numer. 2. li. 1. A-
lexand. d. conſ. 141. lib. 1. num. 1. & conſ. 147. num. 6. lib. 7. Socin. conſ.
90. num. 6. lib. 3. Marſil. ſing. 104. numer. 7. & ſing. 380. circa med. vbi
* magis communem, * prout etiam Rota Roman. dec. 129. num. 15.
8 lib. 2. Menoch. præſumpt. 45. num. 66. lib. 6. vbi plures. † Declara;
quia extenſio procedit, quando non probantur dilucida inter-
ualla, alias ſecus. Boer. deciſ. 23. maxime num. 97. vſque in fin. Rota
Romana d. deciſ. 129. num. 17. lib. 2. vbi plures allegat. † Declara, vt 9
valeat, quando non eſt probata dementia talis, quæ faciat ceſſare
omnino intellectum, & quando donatio eſt ex cauſa, vel rationa-
bilis. Pariſius conſ. 88. n. 38. & ſeq. lib. 3. in quo caſu conſuluit etiam
Decius conſ. 448. per tot. maxime num. 22. † Extende maxime in 10
donatione omnium bonorum præſentium & futurorum; quia
etiam in perſona ſani intellectus arguit fatuitatem. Bald. in l. ge-
neraliter. C. de non numer. pecun. Iaſon in l. ſi diuortio, nu. 11. ff. de verb. obl.
Corne. conſ. 69. n. 14. lib. 1. Bertrand. conſ. 48. num. 26. lib. 1. in 2. parte.
Ruin. conſ. 67. num. 10. lib. 1. Boer. deciſ. 23 num. 63. Corne. conſ. 21. n.
10 lib. 2. Maſc. Concluſ. 502. num. 12. † Et maxime procedit, quan- 11
do donans, vel diſponens præfert ſuę ſoboli extraneos. Alexand.
d. conſ. 141. numer. 8. ver. conſidero, lib 1. Afflict. deciſ. 143. numer. 4. late
Bertran. conſ. 48. num. 32. lib. 1. in 2. parte. Suarez. allegat. 1. numer. 10.
† Amplia; quia teſtari non poteſt furioſus, demens, vel mente ca- 12
ptus, neque is, qui nimia ætate caret communi iudicio. Fulgoſ.
conſ. 79. num. 2. Crau. conſ. 689. Franciſcus Thomati, numer. 14. Fulgoſ.
conſ. 212. Quædam mulier, numer. 3. † Extende; quia neque poteſt fu- 13
rioſus per ſtatutum, vel legem habilitari. Rom. conſ. 199. Præſens,
nu. 5. † Extende; quia non poſſunt iſti alienare, & alienationes fa- 14
ctæ ab eis ſunt nullæ, & duplex competit remedium; vnum, quod
dato curatore pręuia declaratione furoris ad inſtantiam conſan-
guineorum curator facto inuentario, data fideiuſſione, & rece-
pta adminiſtratione, iudicis decreto intentet rei vendicationem,
& ſi opponatur de venditione, replicabit de nullitate propter
furorem; vel ſecundo implorabit officium iudicis nobile, & in-
ſtabit alienationes declarari nullas, tanquam factas à demente,
& quatenus de facto proceſſerunt, eas, & omnia inde ſequuta in
priſtinum reuocari, poſſeſſores ad bonorum reſtitutionem con-
demnari, & compelli Fulg. conſ. 79. n. 2. & per tot. † Extende; quia 15
non poteſt adire hæreditatem; quia aditio requirit ſcientiam, &
animum volentis, hoc eſt conſenſum, qui non cadit in fatuo, vel
demente. Capra conſ. 12. n. 2. † Extende; quia non poteſt furioſus 16
aliquem actum, vel contractum facere, in quo requiratur con-
ſenſus; quia conſenſum non habet. Crau. conſ. 689. n. 14. † Exten- 17
de; quia tam de iure ciuili, quam canonico non poteſt furioſus
matrimonium contrahere, nec religionem intrare. Boer. dec. 23. n.
68. & 69. & idem in demente, quia non poteſt contrahere matri-
monium carnale, neque ſpirituale. Alex. conſ. 54. in pr. lib. 1. Rota
Roman. deciſ. 107. lib. 2. num. 13. & ſequen. vbi, quod non poteſt pro-
fiteri, nec matrimonium carnale, vel ſpirituale contrahere, vbi i-
dem in mente capto, num. 17. & ſequen. Lapus alleg. 25. in pr. plene
Dec. conſ. 112. In præſenti, in pr. † Extende; quia nec poteſt vouere, 18
nec Deo ſe obligare. Rota Roman. dict. dec. 107. nu. 18. lib. 2. † Ex- 19
tende, vt nec ad cauſam piam teſtari, vel contrahere poſſit furio-
ſus, aut mente captus. Crau. dict. conſ 689. nu. 14. Boer. dec. 23. n. 50.
Dec. in l. furioſum, num. 15. C. qui teſtam. fac. poſſ. Tiraquel. de priuil. piæ
cauſæ, priu. 79. & de * communi Vaſqui. de ſucceſſ. creat. §. 22. num. 5. *
† Imo etiam ſi teſtatus fuerit, prout decet virum ſanæ mentis, & 20
intelligentiæ; quia adhuc teſtamentum eſt nullum. Crau. d. conſil.
689. num. 14. Boer. deciſ 23. num. 50. † Extende; quia iuramentum 21
furioſi, vel mente capti nihil operatur. Anchar. conſ. 83. numer. 2.
† Reſtringe, vt non procedat in teſtamento facto ante furorem; 22
quia licet furor ſuperueniat, non annullatur. Boer. dec. 23. nu. 78.
† Amplia; quia neque poteſt matrimonium contrahere. Fulgoſ. 23
conſ. 212. num. 3. † Amplia; quia ea, quæ de furioſo dicuntur, etiam 24
in mente capto locum habent; quia quod non poteſt furioſus,
neque mente captus. Rota Roman. lib. 2. deciſ. 107. numer. 17. & ſe-
quen. Amplia; quia neque poteſt confiteri, & eius confeſſio non
probat, neque valet. Maſcar. Concluſ. 375. Confeſſio furioſi. † Limita; 25
quia bene valent geſta per furioſum in iis, in quibus re ipſa con-
tractus perficitur. Boer. deciſ. 23. num. 53 & ſequen. ver. in contrarium,
vbi multa allegat. † Prout in negociis geſtis pro furioſo oblige- 26
tur, ita Zabarel. conſil. 56. in pr. † Limita; quia ſi contractus eſt ge- 27
ſtus, prout à viro ſapiente, à furioſo, quem conſtat habuiſſe di-
lucida interualla, valet contractus, & ſi extant teſtes pro fatuita-
te, & pro ſana mente, licet ſint plures pro fatuitate; iſto caſu valet
contractus, plene Boer. deciſ. 23. per totam, maxime circa finem,
præcipue nu. 97. vſq; in finem. Alexand. conſ. 147. Viſo themate, nu. 4.
& ſequen. verſ. iſtis præſuppoſitis, lib. 7. vbi citat plures, licet ipſe teneat
contrarium. † Contrarium, quod imo, quando quis fuit fatuus 28
ſemel per menſes, non per momentum temporis, vt quia ſibi ta-
quam fatuo fuit datus curator, præſumatur durare fatuitas, etiã
ſi habeat dilucida interualla; quia furioſus ſemel præſumitur ſem-
per furioſus, plene Alex. d. conſ. 147. Viſo themate, numer. 7. verſicul.
ſed iis non obſtantibus. lib. 7. vbi citat plurimos, & dicit * commu- *
nem, & apoſtill. ibi in verbo, furioſus, citat eundem Alexandr.
conſ. 141.

29 conſil.141.col.fi.num.4.lib.1. † Declarat Alex.d.conſ.147.nu.7.& ſeq.
lib.7.vbi,quod ſi probatur quis furioſus per modicũ tempus,non
præſumitur furor duraſſe; ſed ſi per longũ tempus, puta per mē-
ſes,veluti quia cum cauſæ cognitione iudex dedit curatorem tā-
quam fatuo,& præſumitur durare,allegat,quod dicitur de valore
rei,vt nō ſumatur ex valore dierum,ſed ex tempore cōtinuato, &
ibi apoſtil. in ve. præſumitur, dat cōcord.& repetit Alex.ibi n.12.v-
30 bi,quod ita conciliantur opiniones. †Declara;quia ſemel proba-
ta fatuitate,vt valeat contractus à furioſo celebratus,non ſufficit
probatio,quod habeat dilucida interualla,& quod ante cōtractũ
fecerit actus ſanæ mentis,niſi probetur,quod tēpore contractus
erat ſanæ mentis.Alex.d.conſ.147.n.10.v.comprobatur,lib.7.vbi alle-
gat Petr.de Anchar.qui dicit ita obtinuiſſe Card. Zabarell.& ali-
31 os,& repetit Alex.ibi n.14.v.& per prædicta. † Declara;quia aut cō-
tractus fuit celebratus ab eo,qui fuit furioſus, & habebat diluci-
da interualla longe poſt furorē,& præſumitur factus tēpore ſanę
mentis;aut prope furorē,& præſumitur factus tempore furoris.
Alex.ex mēte Bart.& aliorum,quos allegat d.conſ.147.n.12.& ſeq.
32 v.Io.de Imol.lib.7.†Declara;quia aut is,qui fuit probatus fatuus ſe-
mel,habet dilucida interualla, & facit cōtractũ, quē faceret qui-
libet ſanæ mentis;& præſumitur ſanæ mētis; aut ſonat in actum,
qui non eſt ſanæ mētis , & præſumitur in fatuitate feciſſe. Alex.d.
33 conſ.147.nu.12.& ſeq.ve.plus dicunt Ang.Fulg.& Paul.Caſt.lib.7. † Li-
mita in mutuo recōciliato,& aliis caſibus per Zabar.conſ.56.in pr.
34 Contrariũ† eodem caſu, Anchar.conſil.5.n.9.& ſeq.†Declara;quia
35 ex mutuo reconciliato obligatur quis furioſo , & è contra furio-
ſus alteri; puta quādo lapſũ eſt tēpus exceptionis non numeratæ
pecuniæ.Card. Zabar.d.conſ.56.in prin.vbi n.2. & 3. ve.ad contraria.
& declarat procedere, vel quando habet dilucida interualla, vel
in caſibus,in quibus,ſi eſſet ſanæ mentis, non poſſet cōtradicere.
36 †Declara, quod dicitur mente captum, inſanum, & dementem,
non poſſe diſponere de rebus ſuis, procedere in iis , qui ex toto
mentis intelligentiam amiſerunt. §.item furioſi, Inſtit. quib. non eſt
permiſſ.face.teſtam.Socin.conſil.47.nu.8.lib.3.Io.Fabri Inſtit.§.præter-
ea.quibus non eſt permiſſ.fac.teſtam. vbi Aret.nu.3.Iaſ. in d. l. furioſum.
ve.tertio ſingulariter, vbi, quod licet ſit talis fatuitas, quæ indigeat
curatore,nihilominus poteſt diſponere,& ibi Dec.n.8.Socin.cōſ.
47.nu.8.& 9.lib.3.Corn.conſil.91.nu.23.& conſil.261.num.21.lib.4.
Dec.conſil.112.nu.1.qui loquitur in ebrio, & mente capto. Galiau-
la in l.1.n.69.ff.de verbor.obligat.idem Dec.conſ.448.num.21.cum ſeq.
& in eodem caſu Pariſ.conſil.88.nu.37.cum ſeq. lib.3. Cephal.conſil.
546.nu.49.& 50.lib.4.& Ioann. Baptiſta Cephal. inter conſil. patris
753.in primo,& tertio caſu. qui loquitur in melancholico. Gomez.
variar.reſol.lib.1.cap.6.n.2.Decian.conſ.127.n.32.lib.3.Sim. de Prætis
de interp.vltim.volunt.lib.2.ſolut.4.nu.21.cum ſeq.char.83.& commu-
* nem * dicit Rot.Roman. in nouiſſ.lib.2.deciſ.107. Taurin.in deciſ.
37 Pedemont.nouiſs.deciſ.92.per tot.Bald.conſil.345.n.3.& 4.lib.3. † De-
clara,vt per deciſ. Lituan.4.nu.318.quæ eſt Petri Ruiz,vbi hic alle-
gata intelligit de groſſolanis hebetis ingenii à natiuitate, & ita
Rot.Rom.in nouiſs.diuerſ.deciſ.107.n.27.& ſeq.ve.quarto non obſtat,
lib.2. Declara tamen; quia teſtes, qui hoc volunt probare, de-
bent actus extraneos deponere, qui hoc inferant, non iudicare,
quando probata eſt dementia.Rota Romana deciſ.107.lib.2.n.30.
38 & ſeq.† Reſtringe;quia fauore dotis filiafamilias furioſi poteſt ſe
dotare de bonis patris, quando patri furioſo non eſt datus cura-
39 tor,Bald.Nouell.tract.de dote,in 1.part.priuileg.61.Reſtringe †,quā-
do factus eſſet demens locupletior, vt quia vel pecunia recepta
mutuo,vel aliter,pro qua ſe obligauit, extaret, vel in eius vtilita-
tem eſſet conuerſa; quod tamen in dubio non præſumitur. An-
40 char.conſ.83.per tot. † Modus contrahendi per mente captum eſt,
quod detur curator mente capto cum decreto iudicis, qui con-
trahat cum eodem decreto iudicis.Petr.de Anchar.conſil. 83. Viſis
diligenter actis, vbi, quod debet iudex adhibere diligentem cauſæ
cognitionem,alias decretum eſt nullum,ſi ſe obligat pro alio, vel
etiam pro ſe,niſi ſit locupletior factus;vt quia extet pecunia rece-
41 pta,vel in ſuam vtilitatem eſt conuerſa. † Extende; quia ſi datus
eſt curator alicui non expreſſo, an vti minori, an vti dementi,ſi
probatur demēs, probatur etiam cura dementi facta; & è contra,
vt ſecundum conditionem decretum præſumatur. Anch. d.conſil.
42 83.n.3.Reſtringe†;quia ſi cauſæ cognitio nō interuenit; quia ſta-
tim,vel interuenire nō potuit;quia actus de ſe notorie damnoſus
eſt,nō valet cōtractus,ſed eſt nullus. Anch.d.conſil.83.per totũ,vbi,
quod iutamentũ dementis nihil poteſt operari. Alex.conſ.147.Vi-
43 ſo themate,in prin.lib.7. † Et quod debeat dari curator mēte capto,
vel furioſo,ſi indiget aliquo cōtractu neceſſario,puta recipere pe-
cuniam pro neceſſitate; quia tūc cũ decreto iudicis dato curato-
re valet obligatio, quando cōſtat, quod fuit adhibita diligēs cau-
ſæ cognitio per iudicem, & curatorē, vt quia pecunia vel fuit cō-
uerſa in vtilitatē mēte capti, & effectus eſt locupletior, vel extet,
quæ nō præſumũtur,niſi probētur,ite plene Anchar.d.conſ.83.per
tot. † Et quod curator datus mente capto, & furioſo,prout etiā,ſi 44
quis eſt poſitus in magiſtratu pupillorum,quādo eſt maior,quod
probetur furioſus,vel mente captus. Alex.conſ.147.n.9.lib.7.Ber-
trand. conſ.48.Ex proceſſu,col.4.& 5.lib.1.part.2.& idem dicit Alex.ſi
datus eſt minori;quia præſumitur minor;imo Corn.conſil.21.Viſa,
n.10.lib.2. dicit dationem curatoris factam furioſo,vel mente ca-
pto inducere iudicium, quod ſit talis;ideo etiam adminiculatur,
& probat etiam pro præterito, & quod curator datus furioſo in-
ducat præſumptionem furoris,Corn.conſ.69.nu.30.lib.1. E con-
uerſo † ceſſante furore,vel prodigalitate , ceſſat datio curatoris. 45
Bart.in l.is,cui bonis.ff.de verbor.obligat. † Declara, quando eſt noto- 46
riũ,quod deſinit eſſe prodigus,vel furioſus,alias non.Corn.conſ.
69.n.30.lib.1. † Vide tamen Corneum conſ.216.n.13.lib.3.vbi,quod 47
datio curatoris facta alicui tanquam mente capto poſt conditum
teſtamentum, non præiudicat hæredi inſtituto prius in teſtamē-
to,ſi non fuit vocatus in datione curatoris. † Itē, quod datio cu- 48
ratoris mente capto, vel furioſo non probet in præteritum , ſed
ſolum in futurum. Corn.d.conſ.216.n.13.lib.3.† Contrarium,quod 49
imo arguat furorem, vel dementiam, etiam in præteritum. Cor.
conſ.21.Viſo.n.10.lib.2.qui hoc affirmat,quando in præteritũ con-
currit præſumptio.†Extende; quia curator debet dari furioſo,& 50
mente capto, etiam ad effectum retractandi venditionem ab eo
factam, & modus eſt,quod conſanguinei faciant fidem de demē-
tia, & inſtēt dari curatorem, vel ſi non extāt conſanguinei, vicini
hoc faciāt,& iudex dabit curatorem,qui ſatis dabit,inuentarium
faciet,& adminiſtrationē rerum, & facultatũ dementis ex decre-
to accipiet,præuia declaratione,quod ſit mente captus.Fulg.conſ.
78.n.2.v.dabitur autem curator.& qualiter detur,& an debeat vo-
cari furioſus? quod non, dicit Alex.conſ.86.n.5.lib.2.licet ſecus in
curatore furioſi,& ibi apoſtill. in v.curatoris. † Et non debet cita- 51
ri is, contra quē datur curator, vt retractetur actus furioſi. Alex.
d.conſ.86.in prin. lib.2. qui hoc verum dicit abſolute,quando non
datur contra certam perſonam,alias ſecus;ſed tamē non eſt nulla
datio;quia non præiudicat non citato. † Requiritur tamen in tali 52
datione curatoris cauſæ cognitio qualis qualis, & iudicium peti-
toriũ,quod ſit fatuus. Alex.d.conſ.86.n.5.v.verum eſt,& quæ alia ſint
neceſſaria,an inuentarium,an fideiuſſio? quod non,vide eum ibi.

## Furor & dementia qualiter probentur, & per quæ ſigna. Concluſ. 541.

REGVLA †prima eſt,quod quilibet præſumitur ſanæ mentis; 1
ideo aſſerenti contrarium incumbit onus probandi. Menoc.
conſil.82.numer.215.& ſeq.& late Mantica de coniectur.vltim.volunt.
lib.2.tit.5.num.2.vbi plurimos citat,& dicit hoc certo certius eſſe;
quia eſt qualitas naturalis, ꝙ quis ſit ſanæ mentis. Card. Zabarel.
conſil.56.†Extende etiam in homine ſene centum annorum;quia 2
non præſumitur delirare. Mantic.d.tract.de coniect.vlt.vol.lib.2.tit.
5.nu.3. † Extende; quia præſumitur ſanæ mentis homo vſque ad 3
mortem,& ſic etiam ſi ſit in extremis. Abb.in cap.fin. per illũ text.
de ſucceſſ.ab inteſtato. Mantic. vbi ſupra num.4. † Extende, etiam ſi 4
Notarius ſcripſerit in teſtamento; talis ſanus corpore, licet mente lan-
guens,conſiderans mortis periculum; quia præſumitur ſanæ mentis, &
error Notarii; quia ſi conſiderat periculũ mortis, non dicitur fa-
tuus. Bald.in l.Imperator.in repet.ff.de ſtatu homin. Boer.deciſ.23.num.
74.Soc.Iun.conſ.101.nu.13.lib.1.Mantica d.tract.lib.2.tit.5.nu.5.Pro-
ut † è contra eſt idem, ſi in donatione, vel contractu facto ab eo, 5
qui erat furioſus, dixit ſapiens,vel prudens vir.Bertran.conſil.48.
col.fin.v.etiam nec conſtat.lib.1.part.2. † Extende,etiam ſi extent te- 6
ſtes hincinde pro furore, & ſana mēte;quia præferri debet in pari
probatione ſana mēs & probatio ſanæ mētis. Mantica de coniect.
vltim.volunt.lib.2.tit.5.num.6. qui citat Corn.conſ.34.lib.4.Iaſ.conſil.
178.in prin.lib.2.Soc.Iun.conſ.178.nu.15.lib.2.Boer.deciſ.23.num.93.
Grammat.deciſ.73.num.27.Gabriel.de teſtib.concluſ.4.num.19.De-
cian.conſil.127.num.35.ver.ſexto conſiderandum,lib.3. Corn.conſ.267.
colum.2.lib.4.vbi de*communi, Iaſ.conſil.2.colum.2.lib.1.Dec.conſil. *
448.col.2.Pariſ.conſ.88.colum.3.lib.3. Menoch.præſumpt.45.lib.6.
num.21. † Et ideo magis creditur duobus affirmantibus de ſana 7
mente, quam mille de inſania. Mantica dict. tractat.lib.2.titul.5.
numer.6.allegat Boer.deciſ.100.numer.3. † Contrarium,quod cre- 8
datur paucioribus deponentibus, quando veriſimiliora depo-
nunt. Alexand.conſil.141.numer.11.libr.1.vbi declarat. Decla-
ra †tamen; quia ſi vicini deponerent de furore per veras 9

cauſas ſignificãtes furorẽ,illis credendũ magis eſſet. Alex. cõſ.20.
10 n. 4.v.præterea,lib.6.Mantica vbi ſupra,n.6.in fi. †Declara,quando
cũ teſtibus de furore probãtibus cõcurrunt alii, vel aliqui teſtes,
11 aut ſcripturæ partis aduerſæ.Curt.Iun.conſ.151.n.5.& 10. † Declara;quia ſi teſtes pro furore deponunt in genere, præferuntur deponentes pro ſana mente;ſecus quãdo teſtes pro furore deponũt in ſpecie.Menoch.præſumpt.45.n.65.lib.6.Alex.conſ.10.n.14.libr.6. Iaſ.conſ.2.n.8.lib.1.& conſ.178.in prin.lib.2. & maxime, quãdo concurrũt actus,qui nõ cõueniunt homini ſanæ mentis. Alex. cõſ.86. n.15.v.ſecundo reſpondeo,lib.2.Iaſ.conſ.178.col.2.v. tertio quod magis,lib.
12 1.Bertran.d.conſil.48.n.32.lib.1.part.2. † Declara;quia cõſanguinei & vicini,aut medici præſumũtur magis informati; ideo ipſi præferũtur deponẽtes de furore, tanquã veriſimiliora deponẽtes, & magis informati. Alex.conſ.141.nu.11.lib.1. Corn. & alii,quos citat Bertrã.d.conſ.48.n.22.lib.1.Pariſ.conſ.88.n.29.lib.3. ideo ſufficit ratio;quia ſum vicinus,vel cõſanguineus,& ideo probat furioſum.
13 Corne.conſ.21.lib.2.per tot. † Et teſtes,qui modicã cõuerſationem habuerunt,nõ ſunt ita bene informati.Corn.conſ.21.n.7.v.ſed ſi te-
14 ſtis,lib.2. † Declara tamẽ;quia facilior eſt probatio fatuitatis, quã ſanæ mentis; ideo ſi agatur de probanda fatuitate, ſufficit, quod teſtes deponãt de cõmuni reputatione; ſi vero agatur de probanda ſana mente poſt fatuitatem probatã, teſtes deponentes de cõmuni reputatione ſanæ mentis nõ probant. Alex.conſ.147.nu.17. lib.7.Rota Roman.deciſ.129.n.12.lib.2. & ſi ſunt contrariæ cõmunes reputationes dementiæ, & ſanæ mentis, quæ præualeant, vi-
15 de infra n.16. † Item; quia probato furore, ſi teſtes deponant eundem per multum ſpatium non feciſſe aliquid, vel dixiſſe, quod inſanam mentem denotet, non probant ſanam mentem, niſi deponant, quod aliter feciſſe non poſſet, quin ipſi ſcirent. Rota Romã. d.deciſ.129.n.13.& 14.v.tertio non obſtat,lib.1. Alex. d.conſ.147.nu.15.
16 lib. 7. † Item; quia inter contrarias probationes furoris & ſanæ mentis arbitrarium eſt iudici, quæ probatio præualeat ex veriſimiliori ratione, Corn.conſ.69.nu.14.ve.& propterea dicit,& conſ.73.
17 in fin.lib.1.Rota Roman.deciſ.129.in fin.lib.2. Item †; quia probato furore per actus, qui fieri ſolent à fatuo, non præſumitur, quod fingat ſe fatuum, à communiter contingentibus. Corne.conſil.22. nu.13.& 14.lib.4.ſed tamen contrarium eſt; quia probato fatuo ſemel, licet faciat aliqua, quæ denotent ſanam mentem, non probatur ſanæ mentis; quia fatui multa ſolent facere, quæ videntur
18 ſanæ mentis, licet non ſint. † Contrarium Corn.conſ.85.n.5.lib.2. vbi, quod magis de facili probatur ſana mẽs; quia datur medium, & non probato furore, nec ſana mente, poteſt quis conſenſum
19 habere. † Amplia; quia debet neceſſario probari talis qualitas, quod quis ſit fatuus, vel demens; quia non ineſt à natura. Bartol.
☞ in l.2.ff.de bonor.poſſ.ſecund.tab.Socin.conſ.42.lib.1.Iaſ.conſ.178.col.1.
20 lib.2. Vide, Furor qualiter, & à quo debeat probari. Concluſ.543. †Difficilis probationis eſſe dicitur furor, & dementia; quia ſunt de iis, quæ in animo alterius reſident, & paſſim cognita non ſunt, niſi diu quis verſatus ſit cum eo, & potius iudicio rationis, quam viſu, vel auditu, aut ſenſu cognoſcitur, plene Menoch.conſ.82.n.211. & ſequent. allegat Boer. deciſ.23.n.41. Suarez, & alios, Lanfran.in cap. quoniam contra,nu.424.de probat.Bald.& alii in l.furioſum,in prin.
21 C.qui teſtament.facere poſſ. † Et ideo teſtes debent allegare cauſam ſcientiæ, prout in iis, quæ intellectu percipiuntur. Card.Zabarel. conſ.56.nu.4.Iaſ.in d.l.furioſum.C.qui teſtã.facere poſſ.num.6.vbi alios citat, Mantica de coniect.vltim.voluntat.lib.2.titul.5.n.16. etiam non interrogati, vt per Socin.conſ.42.nu.4.lib.1. Alexand.conſ.147.nu.
* 16.lib.7.Pariſ.conſ.88.num.54.& ſeq.lib.3. vbi de * communi.Rota
* Roman.lib.2.deciſ.107.nu.3.& 4. vbi alios citat, & de communi *
22 teſtatur, & n.30.prout communem * dicit Dec.conſ.448.nu.32. † Contrarium Curt.Iun.conſ.151.nu.8. ve. nec præmiſſis. vbi ſecus eſſe dicit, quando deponunt teſtes de actu inferente neceſſario ad fatuitatem, quæ poteſt ſenſu corporis percipi, prout ſi nudus per vias lapides proijciebat, & in niue iacebat, idem dicit Corn.d.conſil.
23 22 num.10.& ſequen.lib.4. Idem †, ſi teſtes non deponant de cauſa ſcientiæ interrogati, quando deponunt, quod ſciunt talem furioſum; quia viderunt eum pluries furere, licet non dicant actus furoris. Mantica de coniectur.vltim.volunt.lib.2.titul.5.num.16.ver.ſed
24 tamen. † Idem, ſi deponant teſtes, quod talis à cognoſcentibus, & maxime à vicinis habebatur, & reputabatur fatuus; quia proba-
25 tur fatuitas. Alexand.conſ.141.nu.2.in fin.lib.1. † Vide plene Corn. conſ.21.Viſa dicta repudiatione,per tot. vbi late diſputat, quando teſtis deponit talem eſſe fatuum; quia vidit, quod non probet, vel ſic concordat opiniones; quia ſi modico tempore vidit, non poteſt ſcire, niſi exprimat actus furoris, & cauſam ſcientiæ; ſi vero longo tempore vidit, probat, prout probat, ſi dicat ſolum; quia vicinus, & maxime, quando ſunt teſtes ruſtici, vel rudes. num.8.& ſeqent.

vbi pulchre declarat. † Contrarium, quod teſtis reddat bonam 26
cauſam ſcientiæ, quod quis ſit mente captus, vel ſanæ mentis, quando dicit ſcire; quia vidit geſta ab eo, Corn.conſ.85.num.5.lib. 2. vbi, quod magis de facili probatur ſana mens, quam furor; vel dementia; quia ſufficit ſtatus medius, quod non ſit furioſus, licet non ſanæ mentis, ſed medium teneat, ſi datur, prout dicit da-
ri medium. † Idem, ſi teſtes deponant, quod iudicio ſuo erat fa- 27
tuus, vel quod ſibi videbatur fatuus, quando exprimuntur actus inferentes fatuitatem; quia probent furorem; quia verbum, videtur, iuncta ſcientia, prout ſunt actus, probatur furor. Corn.conſil. 21.nu.12.& ſeq.ver.nam circa furorem,lib.4.vbi, quod à communiter contingentibus actus probant furorem, nec eſt credendũ, quod fingatur furor à ſano mente; quia hoc non contingit communi-
ter. † Amplia; quia nonniſi per ſigna, & actus extrinſecos pro- 28
batur furor. Bald.in l.ſiquidem,nu.2.ver.& ideo videtur.ff.ſol.matrim. Iaſ.in l.furioſum.C.qui teſtam.facere poſſ.nu.4.Socin.coſ.42.num.2.ver. in cauſa ſcientiæ,lib.1.Grammat.conſ.16.nu.8.Barbat.conſ.59.num.5.
ver.quin etiam ſi quis, lib.2. † Et ideo teſtes dicentes aliquem fu- 29
rioſum ſimpliciter, niſi exprimant ſigna, per quæ inferatur ad furorem, non probant. Alexand.conſ.86.num.9.lib.2.Bertrand.conſ. 48.num.20.& 21.lib.1.part.2.Boer.deciſ.23.nu.43. Menoch.conſ.82.
num 212.& ſeq. † Amplia; quia teſtes deponentes ſuper fatuita- 30
te, vel ſana mente; quia deponunt de his, quæ intellectu percipiuntur, vt probent, debent deponere cauſam ſcientiæ, etiam non interrogati, alias non probant. Alex.conſil.147. Viſo themate,nu.16. v.nam quãdo teſtis,lib.7.vbi Apoſt. citat eundem Alexan.conſ.2.col.
3.lib.1. Extende †; quia imo debent deponere vidiſſe actus fieri, 31
qui includunt ſanã mẽtẽ, vel fatuitatem; quia vt probẽtur ea, quæ in animo cõſiſtunt, debẽt actus exteriores exprimi, per quos in-
feratur, alias non probãt. Alex.d.conſ.147.n.16.& ſeq.lib.7. † Am- 32
plia; quia imo vt probẽt in concurſu probationis fatuitatis & ſanæ mentis, neceſſe eſt, quod dicant, qui deponunt pro ſana mẽte, quod non potuiſſet facere actus fatuitatis, quin vidiſſent, alias non excludunt fatuitatẽ. Alex.dict.conſ.147.nu.15.ver.præterea teſtes,
lib.7. † Contrarium tenet in hoc vltimo Corne.conſ.85.lib.2.Re- 33
ſtringe; † quia bene teſtes ſingulares probant fatuitatem, & ſanã 34
mentem in genere. Alex.d.conſ.147.in fin.n.20.lib.7.vbi apoſtill.in
ver.ſingulares. † Et quod probetur furor & dementia per ſigna de- 35
mentiæ. l. ob quæ vitia. ff. de ædili.edicto.quem text.meliorem, quam ſit alius in Corpore iuris, dicit Angelus in d. l. furioſum. C. qui teſtã. facere poſſ. & in l. ſi cum dotem. §.ſi maritus. ff.ſoluto matrim. ſequitur Iaſ.d.l.furioſum,num.4.ſigna autem ſunt multa, videlicet, & quod furor probetur ex actibus geſtis. Crauett.conſ.591.num.7.plene
Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.2.tit.5.num.10. † Quando quis 36
diſcurrit per vicos, & ſtratã inconſiderate, vel in camiſia, vel nudus, & intempeſtiue; & abſque aliqua cauſa. Bald. & Ang.in dict.l. ſi cum dotem, §.ſi maritus, ff.ſol.matr.Iaſ.in d.l.furioſum.C.qui teſtam.facere poſſ.& in conſ.141.lib.4.Ruin.conſ.67.lib.1. vbi loquitur de illo,
qui incedit nudus per vias. † Quando quis clamat in domo de 37
nocte, & etiam in die inconſulto, & abſque cauſa, dicitur demẽs.
Iaſ.d.conſ.141.num.6.lib.4. † Item, qui offert omnibus velle dona- 38
re omnia bona ſua, præſumitur demens; quia donatio eſt diſſipatio, quæ non cadit, nec præſumitur in homine ſanæ mentis. Cor.
d.conſ.69.num.31.lib.1. † Idem ex ſola donatione facta, quando eſt 39
reputatus donãs fatuus. Crauet.conſ.591.num.8.allegat Signorol.
conſ.110.col.3. † Item, quando quis loquitur ſine ratione, & non 40
ad propoſitum, & ridet inconſulto per vicos. Gemin.in cap.1.§.ſi vero,in princ.de cleric.ægrot.& in cap.filii,in princ.de hæret.in 6.Alexan. d.conſ.86.col.4.num.10.lib.2.ſequitur Dec.conſ.448.Vis tota,col.1. Alex.conſ.3.Breuiter,lib.6.Iaſ.& alii,in d.l.furioſum.C.qui teſtam.facere poſſ.Crauett.conſ.591.num.4.& ſeq.nam loquela fatua denotat fatuum, & iſte eſt primus modus, quem extendit Mantica de con-
iect. vltim. volunt. lib.2.tit.5.num.10.ver. & primum quidem. † Item, 41
quando quis ſtat clauſus, & ligatus in domo. Iaſ.in d.l.furioſum,nu.
14.C.qui teſtam.fac.poſſ.& alii ſupra relati † Item ſi probatur, quod 42
communiter fuit tentus, & reputatus pro inſano & mente capto, ſatis dicitur probata eius inſania. Alex.conſ.92.Viſo,col.4.lib.5.& d. conſ.3.lib.6.Dec.d.conſ.448.licet in caſu ſuo conſuluerit pro validitate donationis, & maxime, ſi vicini, & alii id deponãt, ſequitur Crauett.d.conſ.591.num.9.Rota Rom.deciſio.107.nu.5.lib.2.Cor-
ne.conſil.69.num.29.lib.1. † Contrarium, quando conſtat de 43
contrario per ſigna denotantia ſanam mentem; quia veritas opinioni præfertur. Alexand.de Næuo conſ.37.num.3. † Item, ſi proijcit lapides per vias. Alexand.conſil.86.columnn.3.num.10.libr.2.&
conſil.10.column.2.in fine,lib.6.ſequitur Crauetta d.conſil.591.nu. 44
6.& iſte eſt ſecundus modus probandi, Mantica de coniect.vltim. volunt.lib.2.tit.5.n.12.vbi, quod non ſufficit hæc probatio, niſi pro-
ueniat

ueniat ex fatuitate, & hoc debent deponere teſtes; quia capiens
proijcere poteſt ex cauſa licita, & defenſiua, & hoc notãdum di-
cit Iaſ. in d. l. furioſum C. qui teſtã. facere poſſ. n. 4. vbi, quod debent di-
cere, quod proijcit lapides, vel alia ſigna oſtẽdebat, prout furioſi,
vide eum. Alex. conſ. 145. n. 2. lib. 1. Rota Rom. lib. 2. deciſ. 107. num. 5.
45 † Item ex loquela, quando quis non reſpondet ad propoſitum.
Crauett. d. conſ. 591. n. 4. & ſeq. vel ſi non habet memoriam ordina-
tam; quia ſignum eſt fatuæ, & corruptæ mẽtis, vt ibi n. 6. & quod
loquela extra propoſitum inferat ad inſaniã. Alex. d. conſ. 141. n. 2.
46 lib. 1. † Idẽ, ſi deridenda faciat, vel loquatur per vias, Alex. d. conſ.
47 141. n. 2. lib. 1. Rot. Rom. lib. 2. deciſ. 107. nu. 5. † Generaliter omnia
ſigna, quæ non conueniunt prudẽti, & ſanæ mentis homini, ſunt
ſigna furoris, & dementiæ, l. 1. in fin. ff. de ædilit. edicto. Curt. Iun. conſ.
48 151. n. 8. † Et idem, ſi loquitur fatua, & deridenda. Rota Rom. lib.
49 2. deciſ. 107. n. 5. † Et qui poteſt ire per porticum coopertum, quã-
do pluit, & vult ire ad pluuiam, dicitur facere actum furioſi, &
50 dementis, ita Menoch. d. conſ. 82. n. 228. † Verberans matrem, &
illos de domo, probatur furioſus. Alex. conſ. 92. Viſo, n. 15. v. quod au-
51 tem, lib. 5. † Cuſtodia arguit furorem cuſtoditi. Bald. in l. diuus. ff. de
officio præſid. Pariſ. conſ. 87. n. 6. lib. 3. Ferret. conſ. 207. n. 5. Mantica lib.
2. de coniect. vltim. volunt. tit. 5. n. 12. v. quintum eſt ſignum, vbi maxime
52 hoc dicit, quando tenetur ligatus à conſanguineis. † Et ſimplici-
ter de eo, qui tenetur ſub cuſtodia à conſanguineis Dec. conſ. 86.
poſt n. 7. & conſ. 448. n. 34. Maſcard. concluſ. 826. Bald. in d. l. diuus. ff. de
53 offic. præſid. Campeg. tract. de teſtib. reg. 377. vbi ponit alia ſigna. † I-
maginibus perditus, vt quia vnum pro alio cognoſcit, & credit,
dicitur mente captus, & furioſus. Cælius Rhodiginus lib. 17. cap.
54 3. Menoch. præſumpt. 45, n. 48. lib. 6 † Ignorans nomen proprium.
55 Rota Rom. lib. 2. deciſ. 107. n. 9. Credens, † & aſſerens mortuos vi-
uere dicitur mente captus. Affli. cap. 1. de forma fidelit. n. 4. & proſe-
56 quitur Mantica de coniect. vlt. vol. tit. 5. n. 13. lib. 2. † Idem, ſi legat a-
57 liquid fratri mortuo. Corne. conſ. 73. per tot. lib. 1. † Medicamenta
præſtita reijciens dicitur non ſanæ mentis, quando teſtes ſubijci-
unt, quod hoc faciebat propter furorem, alias ſecus. Mantica vbi
58 ſupra n. 12. ver. ſextum ſignum. Alciat. reg. 1. præſumpt. 38. † Expuens
in faciem alienam, maxime Notarii, denotat fatuitatem. Corne.
conſ. 22. num. 8. lib. 4. quem ſequitur Mantica, vbi ſupra nu. 12. v. ter-
59 tium eſt ſignum. † Sibilare, quando quis interrogatur, eſt ſignum
dementiæ. Corn. conſ. 319. nu. 7. lib. 1. Mantic. vbi ſupra n. 12. v. quar-
60 tum ſignum. † Memoria inordinata, vel pauca non denotat furio-
ſum; quia hoc euenit etiam prudentibus propter multitudinem
negociorum. Mantica vbi ſupra n. 13. ver. ſeptimum. Rota Rom. lib.
61 2. deciſ. 107. n. 5. vbi multa ſigna adducit. Alex. conſ. 86. nu. 10. lib. 2. †
Curatoris datio, quæ eſt ſpecies cuſtodiæ bonorum, arguit fatui-
tatem Menoch. lib. 6. præſump. 45. n. 44. Boer. deciſ. 23. n. 80. Pariſ. cõſ.
88. n. 34. lib. 3. Dec. conſ. 448. n. 35. Bertran. conſ. 48. n. 25. Menoch. d.
præſumpt. 45. n. 44. lib. 6. v. decimum ſignum. Lap. alleg. 25. diſputat hic,
nu. 2. Alex. conſ. 147. Viſo themate, num. 9. lib. 7. vbi apoſtill. in ver. præ-
62 ſumitur. † E conuerſo curatoris non datio arguit ſanam mentem.
63 Dec. d. conſ. 448. nu. 34. ver. & pariter. † Factum damnoſum, prout
donatio immenſa, arguit fatuitatem. Alex. conſ. 86. n. 15. lib. 2. idem
64 in alio actu damnoſo. Dec. conſ. 86. n. 7. † Nomina adiectiua, pro-
ut, il pazzo, id eſt, talis fatuus, ſolẽt eſſe cõuenientia rei; ideo proba-
tionem adiuuant, prout ſi talis reputatur ab omnibus. Corn. conſ.
65 69. n. 28. & ſeq. lib. 1. † Contrarium Socin. conſ. 42. n. 6. & 7. ver. nec
aliæ rationes, lib. 1. vbi, quod imo is, qui faciebat ſe appellare fatuũ,
non probatur propterea fatuus; quia concludit imo contrarium
à communiter contingentibus, quia fatui credunt ſe prudentes.
66 † Æſtimatio vicinorum, qui habeant aliquem vicinum commu-
niter pro fatuo, probat eum fatuum. Alex. conſ. 141. n. 2. lib. 1. & conſ.
67 92. n. 8. lib. 5. Pariſ. conſ. 87. n. 7. lib. 3. † Idem, ſi talis reputatur à ſuis
68 coniunctis, & ab omnibus. Dec. conſ 86. n. 7. Idem, † ſi à patre fuit
talis reputatus etiam coniecturaliter, puta legando ſola alimenta
69 eidem. Dec. d. cõſ. 86. n. 7. † Carens intellectu. Vant. de nullit. ſent. ex
70 defectu inhabilitatis, n. 18. † Qui neſcit exprimere conceptum ſuũ,
& modo vnum dicit, modo contrarium. Rota Roman. lib. 2. deciſ.
71 107. n. 5. † Corpus ſuum iubens proijci in mare iudicatur fatuus.
Rota Rom. in nouiſſ. lib. 2. deciſ. 107. num. 5. vbi alia ſimilia. Menoch.
72 præſumpt. 45. lib. 6. v. nonum ſignum. Si † in teſtamento diſponit ſepe-
liri cum tubicinis, veſtiri purpura familiam luctuoſam, vide circa
hoc Manticam de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. n. 8. & ſeq. Menoch. vbi
73 ſupra. † Vide infinita facta à moniali ſtulta, & furioſa, quæ recẽſet
74 Rota Rom. in nouiſſimis deciſ. lib. 2. deciſ. 107. n. 5. v. ſecundo probatur. †
Item apud Menoch. lib. 6. præſumpt. 45. vbi ſigna quindecim ponit
75 per ordinem, ex quibus arguitur furor, vel dementia. † Legans
mortuo fratri in actu teſtandi, ſi phreneticat, vt quia legat alla
moglie di Pagauella, id eſt, vxori Paganellæ, & Paganella eſt ipſa vxor
teſtatoris, etiam ſi bene teſtetur ad interrogationem, & perſuaſi-
onem alterius, non valet. Corne. conſ. 73. per totum. lib. 1. † Teſtans 76
in aliena domo præſumitur fatuus. Alex. conſ. 141. lib. 1. n. 8. † Qui 77
bona extra familiam ſuã reliquit, eſt coniectura non ſanæ men-
tis. Socin. conſ. 98. lib. 3. num. 15. vbi alias coniecturas ponit, puta, ſi
Notarius interrogauit teſtes, an teſtator eſſet ſanæ mentis. Alex.
d. conſ. 141. nu. 8 vbi idem de conſeruatione bonorum in agnatio-
ne, etiam ſi affinem inſtituat. † Declara; quia licet ex multis ſignis 78
arguatur furor & dementia; non tamen arguitur, ſi conſtat de a-
lia cauſa, quam furoris, vel dementiæ, vt declarat Bellon. conſ. 69.
circa finem, vbi, quod is, qui blaſphemando fecit teſtamentum, nõ
dicitur inſanus, ſi conſtat, quod prouocatus fuit ad iracundiam,
& ideo blaſphemauit. Vide etiam Maſcard. Concl. 502. Dementia
quo pacto probetur. vbi ponit octo ſigna; primo, quando fatue lo-
quitur, & quomodo; ſecundo, ſi per vicos vadit deridendo; ter-
tio, ſi proijcit lapides per vias, & quando; quarto, ſi non habet
memoriam ordinatam; quinto, ſi turpiter oſtendit pudenda; ſex-
to, ſi non intelligit, quod dicit; ſeptimo, ſi talis reputatur ab omni-
bus, & quando ſecus; octauo, quando donat omnia bona, vbi n.
13. & ſeq. ampliat, limitat, & declarat, vide eum. † Limita; quia 79
ſigna ſanæ mentis ſunt gubernatio puerorum. Alexan. de Næuo
conſ. 37, n. 6. † Sacramentorum receptio, videlicet confiteri pec- 80
cata, & ſumere Euchariſtiam. Alex. de Næuo, vbi ſupra. † Boni 81
mores, prout cuſtodia virginitatis, moderantia cibi, & potus,
quæ non cadant, niſi in iis, qui ſunt ſanæ mentis. Alex. de Næuo
d. conſ. 37. n. 6. Frequentatio † Eccleſiarũ, auditio Miſſarum, præ- 82
dicationum, & diuinorũ officiorum. Alex. de Næuo, vbi ſupra. † 83
Cuſtodia rerum ſuarum, ſupra proxim. † Deuotio, & religioſa 84
vita continuata per profeſſum. Barba. conſ. 59. lib. 2. n. 6. & ſeq. † Li- 85
mita; quia teſtes etiam inſtrumentarii, qui deponunt, quod tem-
pore actus non viderunt fieri actus furioſi, non probant furioſũ,
vel mente captum habentem dilucida interualla fuiſſe ſanæ mẽ-
tis tempore actus geſti, niſi addatur, quod non potuiſſet facere
actus furoris, vel dementiæ; quia ſcirent. Alex. conſ. 147. Viſo the-
mate, num. 15. lib. 7. Contrarium † Corn. conſ. 85. lib. 2. in princ. Vide
Concluſ. prox. ſeq. Limita †; quia ſingulares teſtes probant inſa- 86
niam mentis. Dec. in l. furioſum, nu. 30. C. qui teſtam. facere poſſ. Ruin.
conſ. 67. nu. 9. lib. 1. & alios, quos citat Menoch. d. conſ. 82. num. 214. 87
& ſeq. quia ex quo agitur de probando aliquid in genere, videli-
cet aliquem eſſe furioſum, probant, Innoc. in cap qualiter & quan-
do. de accuſat. Aut. de Butrio, & Imola in cap. cum oportebat, eod. tit. I-
dem Imola in l. inter pares, ff. de re iudic. & in terminis Alex. conſil. 85.
lib. 2. quod duplicatur, lib. 7. conſ. 147. in fin. Crauett. conſil. 591. in fin.
allegat Alexand. conſil. 86. Viſis col. 3. ver. nec haberet obſtare, ſi dicere-
tur, lib. 2. num. 11. Boer. deciſ. 23. num. 44. & 45. Mantica, vbi ſupra
num. 16. pleniſſime Alex. conſ. 141. num. 2. lib. 1. & conſil. 185. & 186.
lib. 2. & eſt regulare, quando agitur de probando aliquid in gene-
re, plena apoſtill. quæ citat infinitos, ad Alex. conſil. 72. lib. 1. in ver.
in genere. Dec. conſil. 448. Pariſ. conſil. 87. num 8. lib. 3, Bertrand. conſil.
48. num. 22. lib. 1. part. 2. Rota Rom. lib. 2. deciſ. 107. num. 12. vbi plu-
res. † Contrarium, quod imo teſtes ſingulares non probent ali- 88
quid in genere, quando probatio de certo tempore debeat con-
cludere. Alex. conſ. 72. num. 3. vbi dicit * communem, & conſ. 100. *
num. 5. lib. 1. vbi dicit * communem, & pro hac parte apoſtilla ad *
Alexan. d. conſil. 72. in ver. vſuras. dat concord. Deci. d. conſil. 448. nu.
34. ver. non obſtat, quod teſtes ſingulares, allegat Corne. conſil. 219. Licet
videatur, lib. 1. † Reſtringe, quando ſunt attinentes partis aduer- 89
ſæ; quia non ſint idonei. Alex. conſil. 86. num. 17. lib. 2. Declara †; 90
quia ſi agitur de probatione furioſitatis principaliter in genere,
teſtes ſingulares probant, ſi de actibus particularibus, ex quibus
inferatur furor, debent actus probari, plene Felin. in cap. licet ex
quadam. num. 2. ver. ſecundo reſtringendum, de teſtib. Alex. d. conſil. 72. nu.
3. ver. ſecundo præſuppono, lib. 1. Boer. deciſ. 23. num. 44. Maſcard. Concl.
827. num. 8. quia hoc idem dicitur in coniecturis; quia quælibet
debet plene probari. Anan. cap. ſicut, num. 1. de ſimon. Felin. in cap. lit-
teras, num. 22. de præſumpt. † Vel ſaltem non ita concludenter pro-
bant ſingulares. Boer. d. deciſ. 23. num. 44. & 45. & ſi laborant ſuſpi- 91
tione aliqua, cauillanda ſunt dicta teſtium. Deci. d. conſil. 448. n. 29.
Item †, quando habent aliquam exceptionem, quod ſua inter-
ſit, vel ſunt ſuſpecti. Alex. conſil. 141. nu. 9. lib. 1. qui loquitur in No- 92
tario rogato de teſtamento, & examinato pro ſana mente; quia
agitur de honore, vel opprobrio ſuo, plena apoſt. ibi allegat Alex.
conſ. 86. nu. 16. lib. 2. & conſ. 70. nu. 11. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 165.
num. 21. Felin. in cap. cum à nobis, de teſtib. Iaſ. in l. ſa-
num mente, C. de tranſact.

## Furor & dementia ex quibus, & qualiter probentur. Concluſ. 542.

1 FVRIOSVS † quis probatur eo ipſo, ꝙ probatur eũ inſana verba
loqui, lapides ꝓijcere erga famulos, & terribilẽ eſſe, quia i-
ſta sũt ſigna furoris & dementiæ. Petr. Anch. *cõſ. 5. Pro parte nobilis*
*viri, n. 8. & 9. v. venio ad alias*, qui loquitur ad fauorem furioſi, vt ex
ſua obligatione dãnũ nõ ſentiat. Fulg. *cõſ. 212. Quædã mulier, in pri. v.*
*accidit infortuniũ, iuncta col. 4. verb. adeſt etiã aliud.* Crauett. *conſil. 591.*
2 *n. 6.* vbi alios citat. † Et probatio furoris ſemel facta arguit, & in-
ducit præſumptionẽ cõtinui furoris, niſi probetur dilucida habe-
re interualla. Boer. *deciſ. 23. n. 86.* Vide cõcord. ſupra *Furor probatus,*
*Concl. 544. v. regula.* † Et probatur dilucidũ interuallũ per contra-
3 ctum factum ab eo, qui dicitur furioſus, productũ ab eo, qui alle-
gat furorẽ, vel ꝑ teſtẽ dicentẽ, quod non ſemper erat fatuus. Car-
din. Zabarell, *conſ. 56. n. 9. v. venio ad ſecundum, cum ſeq.* maxime *n. 11.*
4 † Vide Rotã Rom. *deciſ. 129. n. 6. & ſeq.* vbi, quod contraria proba-
tio conciliatur per dilucida interualla, quãdo ipſa probantur per
actus ſucceſſiuos, & continuatos, & debent eſſe perfectiſſima,
alias ſunt actus, qui non mutãt furorẽ, vel inſaniã, ex accidẽti fa-
5 cti, prout etiã infãtes quãdoq; talia faciunt. † Amplia etiã in ho-
mine ſanæ mẽtis, quando eſt in extremis; quia ſi neſcit loqui, vel
loquitur extra propoſitũ, probatur, quod nõ eſt ſanæ mẽtis; ideo
non valet teſtamẽtũ ab eo factũ; quia probato, quod neſciebat lo-
qui, vel fatue loquebatur, probatur demẽtia. Bald. *conſ. 55. Quidam*
6 *Lillus, in fi. lib. 5.* Vide, *Moriens non agit actus poſitiuos. Concl. 387.* † De-
clara, vt per Alexand. *conſ. 12. n. 6. lib. 1.* quia licet ſit balbutiens, &
neſciat loqui explicite; ſi tamen ſanam mentem habet, vt quia in-
telligit, & reſpondit ſic, vel non, non dicitur demens, & valet diſ-
7 poſitio; ſecus, ſi de omnibus reſponderet affirmatiue. † Et mul-
tum confert ad ſanam mentẽ, quando actus geſtus talis eſt, quod
à prudente non aliter eſſet factus, veluti ſi donans reſeruat ſibi v-
ſumfructũ, & voluit habere alimẽta à donatario, & quod exple-
ret quædã vota emiſſa cũ diſpẽdio & expẽſa. Alex. *d. conſ. 12. col. fin.*
8 *v. & dictum Petrum, lib. 1.* † Amplia; quia qui in morte, vel infirmi-
tate, vocat diabolũ ſine vlla neceſſitate doloris, & benefacienti-
bus, & agnatis iniurias, & verba iniurioſa infert, & alia ſigna in-
ſaniæ facit, eſt præſumẽdus inſanus, Fulgoſ. *d. conſ. 212. in princ.* vbi
de quodam Nobili, qui iſta faciebat, & concludit, quod erat fa-
9 tuus, adiungitq; multa alia, quæ legi poſſũt à curioſis. † Amplia;
quia imo furor, & demẽtia probantur, probato, quod per plures
mẽſes ante, & poſt conſueuerat habere ſermones furioſorũ, &
10 mente captorũ. Alex. *conſ. 54. Ad quæſitum. n. 2. lib. 1.* † Idem, ſi pro-
bant, quod omnes ſui conſanguinei habebant eũ pro furioſo, vel
11 mẽte capto. Alex. *d. conſ. 54. n. 2. v. vbi etiam, lib. 1.* † Idem, ſi proba-
tur, quod pater habebat filium pro furioſo. Alexand. *d. conſ. 54. nu.*
12 *2. v. vel ſi probatur, lib. 1.* † Contrarium in fratre, qui habet ſororem
pro fatua, quod ei non ſtetur, & ſi in teſtamento ita diſpoſuit. A-
13 lexand. de Næuo *conſ. 37. per tot.* † Idem, ſi probatur, quod publi-
ce, ſeu communiter habebatur pro furioſo, vel demente. Alexan.
14 *d. conſ. 54. circa fin. ve. vel ſi probatur, lib. 1.* † Idem, ſi generaliter ab o-
mnibus habebatur pro tali; quia probatur furor, & furioſus;
quia ex cõmuni reputatione probatur furioſus, Rot. Roman. *lib.*
15 *2. deciſ. 107. nu. 5. v. tertio probatur.* Corne. *conſ. 69. n. 29. lib. 1.* † Con-
trarium, ſi conſtat de ſana mente per actus denotantes hoc; quia
16 veritas præfertur opinioni. Alexand. de Næuo *d. conſ. 37. n. 3.* † Ex-
tende, vt probetur furor, vel dementia, ſi teſtes deponant, quod
viderunt proijcere lapides, & panem more furioſorum. Alexã. *d.*
17 *conſil. 54. in fin. lib. 1.* † Extende; quia probato furore de præſenti
18 præſumitur in præteritum. Alexand. *conſ. 92. nu. 23. & ſeq. lib. 5.* †
Contrarium Curt. Iun. *conſ. 292. nu. 22. & ſeq. & nu. 25.* Corne. *conſ.*
19 *216. num. 13. lib. 3.* † Declara; quia ſi cum ſtatu præſenti concurrit
præſumptio in præteritum, concludit, alias non. Rota Romã.
20 *deciſ. 107. num. 26. & 27. lib. 2. & dec. 129. nu. 3.* † Declara; quia datio
curatoris, tanquam mente capto facta per magiſtratum, infert
fuiſſe talem in præteritum, quando concurrit probatio de ſe non
21 ſufficiens. Corne. *conſ. 21. nu. 10. lib. 2.* † Extende idem, ſi probetur,
quod neſcit exprimere id, quod vellet Alex. *d. conſ. 54. in fin. lib. 1. v.*
22 *idem videtur.* † Extende, vt probetur etiam probato, quod memo-
riã ordinatam non habeat. Domin. de S. Gemin. *cap. 1. §. ſi vero, de*
*elect. in 6.* Crauetta *conſ. 591. n. 6.* allegat etiam Alexan. *conſ. 86. col. 3.*
*v. deponunt etiam omnes, lib. 2.* Dec. *conſ. 448. col. 1.* Alexand. *d. conſ. 86.*
*nu. 10. ver. deponunt etiam, lib. 2.* pleniſſime Menoch. *lib. 6. præſumptio.*
23 *45. per tot.* vbi multa exempla. † Contrarium Alexand. *d. conſ. 54. in*
24 *fin. lib. 1.* vbi non habet hoc vltimum pro firmo. † Declara, vt per
Menoch. *lib. 6. d. præſumpt. 45. num. 32. ver. cæterum exiſtimarem, cum*
*ſeq.* vbi, quod carentia memoriæ ſola non infert quem fatuum, &
commemorat Decium ſenectute confectum adeo memoriam a-
miſiſſe, vt nec latine loqui ſciret, nec de §. aliquo recordaretur.
† Declara; quia vt teſtes probent aliquẽ furioſum, debent redde- 25
re ſcientiæ rationem; quia furor eſt de iis, quæ intellectu percipi-
untur. Zabarell. *cõſ. 56. n. 4.* † Et qualiter probetur furor & demẽ- 26
tia, & per quæ ſigna, vide Alberi. & Bald. in *l. nec codicillos, C. de codi-*
*cill.* idem Bald. in *§. item furioſi, Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam.*
Alexand. in *l. furioſum, C. qui teſtament. fac. poſſ.* vbi Fulgoſ. in *2. not.*
Dec. & Iaſ. *nu. 4.* † Et non ſufficit; ſi dicant teſtes, quod faciebat 27
ſigna furioſi, vel mente capti; quia iſtud eſſet iudicare, non autẽ
deponere; ideo debent actus, quos faciebat, pro inſania exprime-
re, & iudici relinquere iudicium. Socin. *conſ. 42. n. 4. & ſeq. lib. 1.*
† Si tamen teſtis iudicat fatuum, puta iudicio ſuo, vel per verbũ, 28
*credit, vel videri*, bene probat, ſi expreſſit actus inferentes fatuita-
tẽ. Corne. *conſ. 21. n. 12. & ſeq. lib. 4.* † Amplia; quia probato ſemel 29
furore, & demẽtia, & quod quis ſit fatuus, præſumitur & proba-
tur continuatio furoris, niſi contrarium probetur. Vide, *Furioſus*
*ſemel præſumitur perſeuerare in furore. Concl. 550.* Vide concluſ. pro-
xime præced. & concl. prox. ſequentem. † Limita; quia verba No- 30
tarii in teſtamento; videlicet, *talis ſanæ mentis, &c.* non probant ſa-
nam mentem. Boer. *deciſ. 23. nu. 73. & 74.* vbi late. Corne. *conſil. 69.*
*col. fin. lib. 1.* Iaſ. *conſ. 141. lib. 4.* plene Alexan. *conſ. 141. num. 11. & 12. v.*
*non obſtat ſuperius dictum, lib. 1. & conſ. 86. n. 16. & ſeq. lib. 2.* † Contra- 31
rium, quod vltra præſumptionẽ iuris adſit præſumptio Notarii,
qui iurat conficere bene, & legaliter inſtrumentũ; igitur pro in-
ſtrumento præſumitur. Socin. *conſ. 42. in prin.* † Et maxime, quan- 32
do probatur, quod Notarius dixerit dubitare, quod non eſſet ſa-
næ mentis, vel quando cõſtat de nõ ſana mente. Corn. *conſ. 22. n. 8.*
*& in fin. lib. 4.* † Extende in caſu conuerſo, ſi Notarius diceret, *talis* 33
*ſanus corpore, licet languens mente conſiderans mortis periculum*; quia nõ
propterea infertur fatuitas, ſed error Notarii. Mantica *de cõiectur.*
*vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 5.* † Declara; quia probant verba Notarii, 34
quando ſtat præſumptio pro ſana mente, alias ſecus. Alex. *d. conſil.*
*141. n. 11. & 12. lib. 1.* Corne. *conſ. 319. n. 11. & ſeq. lib. 1.* † Extende; quia 35
neq; ſtatur decreto interpoſito per iudicẽ ſuper donatione facta
ab eo, qui erat fatuus. Alex. *conſ. 86. n. 16. & 17. lib. 2.* † Extẽde; quia 36
imo non creditur iudici, qui interpoſuit decretum, neque Nota-
rio, qui fuit rogatus; quia ex tali facto poteſt reſultare laus, & op-
probrium. Alex. *d. conſ. 86. n. 16. & ſeq. lib. 2.* † Declara, niſi alia pro- 37
batio concurreret per teſtes, qui interfuerunt; quia verba Nota-
rii multum operantur. Corn. *conſ. 85. n. 6. lib. 2. & conſ. 216. n. 14. lib.*
*3.* vbi, quod operatur, quando furor poſt, & non ante probatur;
quia tunc aſſertio Notarii habet præſumptionem pro ſe.

## Furor qualiter, & à quo debeat probari, & eo probato, qualiter probetur ſana mens. Concl. 543.

FVRIOSITAS † debet probari ab eo, qui dicit aliquẽ furioſum. 1
Lap. *alleg. 26. nu. 2. v. ſi allegatur.* vbi, qualiter furor probetur; vi-
delicet quia fatua loquebatur, & actus per ſolos furioſos fieri ſo-
litos faciebat. † Et iſta eſt regula, de qua ſupra, *Furor & demẽtia qua-* 2
*liter probetur, & per quæ ſigna. Concluſ. 541.* † Et quod dementia & fu- 3
rioſitas debeat probari ab eo, qui allegat; quia quilibet præſumi-
tur ſanæ mẽtis. Bald. *conſ. 304. Donatio, quam Anton. lib. 2. in pr.* Card.
Zabarel. *conſ. 56. n. 5. ve. ſecundo quod probatio.* † Amplia; quia debet 4
probatio furoris percutere tempus, in quo allegatur actus geſtus
à furioſo, ita quod probatio furoris antecedẽs, vel ſubſequẽs actũ
illũ nõ releuaret. Angel. *conſ. 135. Baucius Maſſiuoli, in fin.* qui loqui-
tur in teſtamento, & Card. Zabar. *conſ. 56. nu. 5. v. quarto, & multum.*
& quod non releuet talis probatio, niſi concludat de tempore a-
ctus geſti. Caſtrenſ. *conſ. 120. Viſo quodam. n. 2. lib. 1.* † Contrarium, 5
quod ad probandum furorem, vel dementiam eius, qui contraxit
matrimoniũ, ſufficiat alternatiue, vel probare de furore, ſeu de-
mentia tẽpore cõtracti matrimonii, ſeu quod ante, & poſt matri-
moniũ per aliquot menſes habebat, & habere cõſueuerat ſermo-
nes furioſorũ, ſeu mẽte captorũ. Alex. *d. conſ. 54. Ad quæſitum. nu. 2.*
*lib. 1.* & vide infra ſecundã limitationẽ. † Declara; quia ſi habebat 6
dilucida interualla, vel probaretur de ſana mente tẽpore contra-
ctus, non ſufficit probatio furoris ante, & poſt. Caſtr. *conſ. 120. Vi-*
*ſo quodã, in prin. lib. 1.* & idẽ, ſi extaret præſumptio pro ſana mente,
vt quia contractus fuerit per hæredes ratificatus, vel ſi cum præ-
ſentia conſanguineorum primus contractus factus. † Amplia; 7
quia inter probationes pro furore, & ſano intellectu, præfertur
probatio ſanæ mentis, quando actus factus ſonat in actum ſanæ
mentis, etiã ſi plures ſint teſtes deponentes pro furore. Boer. *deci.*
*23. n. 91. & ſeq.* † Amplia; quia ſi agatur de teſtamẽto, vel inſtrumẽ- 8
to exequẽdo, & opponatur, quod fuit factũ à furioſo, vel demẽte,
ex quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex quo præſumitur ſanæ mentis, & probatio furoris requirit alti-
orẽ indaginem, debet dari exequutio, niſi incontinenti offeratur
9 probatio. Angel. *conſil. 135. per tot.* † Amplia; quia tribus modis
10 probatur furor & dementia. † Primo ex ſignis exterioribus, Caſt.
in *l. furioſum num. 3. C. qui teſtam. fac. poſſ.* vbi Iaſ. *num. 4.* Lanfran. de
Oriano in *cap. quoniam contra, num. 424. de probat.* Guil. de Bened.
*in cap. Raynutius, in ver. aduerte, nu. 77. de teſtam.* Corne. *conſ. 22. num.
6. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 87. num. 4. lib. 3.* Bertran. *conſil. 48. num. 20. libr. 1.*
11 Gram. *conſ. crimin. 16. num. 9.* † Secundo ex dictis peritorum. A-
lexand. *conſ. 141. num. 11. verſ. & alibi etiam, lib. 1.* Rota Romana in
*deciſ. 107. num. 6. lib. 2. in nouiſſimis.* nam Medici Phyſici probant ali-
quem furioſum, vel demẽtem; quia eis ſtatur; quia infirmitas iſta
conſiſtit in paſſione cerebri, ita Rota Rõ. *d. deciſ. 107. num. 6. lib. 2.*
12 † Tertio ex qualitate actus geſti. Fulg. in *d. l. furioſum, in fi.* vbi Ang.
13 *num. 3. C. qui teſtam. fac. poſſ.* † Limita, niſi eſſet præſumptio, quod
erat furioſus, vt quia ipſi tanquam furioſo erat datus curator; tũc
enim aſſerenti eum fuiſſe ſanæ mentis incumbit probatio. Lap. *d.
alleg. 26. num. 2. ver. ſi tamen tanquam furioſo,* vbi etiam, qualiter pro-
14 betur, quod erat ſanæ mentis. † Limita, quando furioſitas, & de-
mentia eſſet probata in principio, & fine; quia medio tempore
præſumeretur cõtinuata; quia licet caſualiter habeat furioſus di-
lucida interualla, incũbit onus probãdi ei, qui dicit eũ fuiſſe ſanæ
mentis; quãdo medio tempore fecit actum, *cap. iudicas,* vbi gloſſ. *3.
q. 9.* Petr. de Anchar. *conſ. 5. Pro parte, num. 10. ver. ad hoc reſpondeo,* &
ita tenet Rota Rom *d. dec. 107. num. 25 lib. 2.* plenius *dec. 129. num. 2.*
vbi allegat Alexand. *conſ. 54. num. 2. lib. 1.* Ruin. *conſil. 67. numer. 11.*
15 *lib. 1.* Curt. Iun. *conſ. 292. num. 25. lib. 3.* † Contrarium, quod imo ſi
agitur de probando furore medio tempore ad annullandum cõ-
tractum in eo, qui habebat dilucida interualla, præſumatur ſana
mens pro inſtrumẽto. Card. Zabarel. *conſ. 56. per tot.* vbi plus dicit,
ꝙ etiam non probatis dilucidis interuallis nõ ſufficiat probatio
furoris ante inſtrumentum; quia debet probari tempore inſtru-
menti, *num. 4. & in fin. num. 12.* clare Ang. *conſ. 135. in fin.* vbi, quod
non ſufficit probare furorem ante, & poſt actum, qui petitur an-
16 nullari, ſed de illo tempore actus. † Declara, vt limitatio procedat,
maxime, quãdo agitur ad beneficiũ furioſi, ne ſe obligauerit, vel
nõ deliquerit; quia in dubio eſt abſoluendus. Anchar. ita declarat
17 *d. conſ. 5. num. 10. & 11. ver. ad hoc reſpondeo.* † Declara; quia plures ſũt
declarationes in hac materia, ad quẽ ſpectet probare pro validi-
tate actus, vel nullitate aliquẽ fuiſſe ſanæ mẽtis, vel inſanæ mẽtis.
18 † Primus caſus eſt; quia furioſus ſemel habẽs dilucida interualla,
ſi facit actũ, prout teſtamentum, vel contractum longo tempore
poſt furorem, & ſonat actus in ſanũ intellectum, vt quia inſtituit
filios maſculos, dotauit filias, fecit aliqua legata pia, & laudabili-
ter ſe geſſit, & præſumitur ſanæ mẽtis; ſi vero actus ſonat in mẽtẽ
non ſanã, ſecus eſt, & idem, ſi miſcuit ea, quæ ſunt ſanæ, & inſanæ
mentis; quia mixtura facit præſumi non ſanæ mentis, ita Alexan.
*conſ. 141. Ponderatis, in prin. lib. 1.* allegat Bald. in *d. l. furioſum. C. qui te-
ſtam. fac. poſſ.* vbi Alexand. Corne. Iaſ. & alii, quos citat apoſtilla ad
19 Alexand. *d. conſ. 141. in ver. quia recte, lib. 1.* † Secũdus caſus eſt; quia
ſi aliquis fuit furioſus certo tempore, puta per plures menſes, &
præſumitur fatuitas durare, ſi non probatur ſana mẽs; aut fuit fa-
tuus certo momẽto, puta per diem, vel paucos dies; & nõ præſu-
miter durare; quia præſumitur per accidens iſto caſu. Alex. *d. conſ.
141. num. 4. & ſeq. ver. iis præſuppoſitis, lib. 1.* vbi apoſtilla plena, in *verb.*
20 *perſeuerare,* dat concordãt. † Tertius caſus eſt; quia ſi furioſo datus
eſt curator, donec durat curator, præſumitur durare furor; ideo
aſſerẽti ſanæ mentis, vt actus valeat ſine curatore, incumbit onus
probãdi, alias oporteret dare curatorẽ de momẽto ad momentũ.
21 Alexand. *d. conſ. 141. num. 4. col. 3. ver. ſed ita eſt. lib. 1.* † Quartus caſus
eſt; quia ſi fatuus quis probatur per plures menſes, & facit actum
longe poſt fatuitatem, cum haberet dilucida interualla, & nõ ha-
bet curatorem; & tunc ſi actus eſt apparenter bonus, præſumitur
ſanæ mentis, & qui dicit fatuũ, debet probare; aut fuit fatuus lon-
go tempore, cum dilucidis interuallis, & facit actũ paulo poſt fu-
rorem probatum, & qui dicit fuiſſe ſanæ mentis, probet Alexã. *d.
conſ. 141. n. 6 & ſeq. ver. hoc idẽ,* vbi *n. 7.* dicit, quod ita iudicauit Flo-
22 rentiæ, *lib. 1.* & dicit, quod annus dicitur modicũ tempus. † Quin-
tus caſus eſt; quia multum refert ad fatuitatem, & ſanam mentem,
qualitas actus geſti, an poſſit argui pro parte fatuitatis, an potius
ſanæ mentis, & Alexã. ponit quatuor coniecturas pro fatuitate *d.
conſ. 141. n. 8. ver. circa argumentum, lib. 1.* & prima eſt, ſi facit aliquid
prohibitum, per quod poteſt incidere in pœnã; ſecunda, ſi extra-
neos ſubſtituit, cũ haberet filias; tertia, ſi teſtatur in domo aliena;
23 quarta, ſi vult non poſſe mutare teſtamentum. † Limita in eo, qui
fecit teſtamentũ in extremis, & neſciebat loqui, ſed loquebatur
extra propoſitũ, tanquã demens; quia licet præſumatur quilibet
ſanæ mentis ad effectum teſtamenti validi; ſecus eſt, quãdo teſta-
tor erat in extremis, & neſciebat loqui, vel loquebatur extra pro-
poſitũ; quia præſumitur demẽs. Bald. *conſ. 55. Quidam Lillus. in fi. lib.
5.* † Limita; quia probato furore is, qui vult dicere furioſũ fuiſſe ſa- 24
næ mentis, debet hoc probare, Card. Zabar. *conſ. 56. n. 10. & ſeq. ve.
conſequitur.* Alex. *conſ. 86. n. 9. v. nõ obſtat, & n. 12. lib. 2. & cõſ. 92. n. 16.
& ſeq. lib. 5. & conſ. 141. n. 4. lib. 1.* † Probatur ſana mens, ſi extat in- 25
ſtrumentum ſententiæ latæ pro ſana mente. Zabar. *d. conſ. 56. n. 11.*
† Item ſi per eum, qui ſtat pro furore, ſunt producta inſtrumenta 26
poſt furorẽ, ex quibus conſtat furioſũ contraxiſſe, vt ſanæ mentis;
quia per productionem cenſetur approbata, & probãt cõtra pro-
ducentem. Zabar. *conſ. 56. n. 11. in fi.* † Item, ſi cõſtat, ꝙ ille, qui fuit 27
furioſus, habet deuotionem; quia Miſſas audit, actus deuotionis,
& pietatis exercet, cõfitetur peccata ſua, & euchariſtiam ſumit.
Dec. *conſ. 117. col. pen. n. 34. lib. 3.* Bart. in *l. quidam in ſuo, n. 1. v. quæro. ff.
de condi. inſt.* Dec. *conſ. 448. n. 20. & n. 36.* Alex. de Næuo *conſ. 37. per
tot.* † Et à cõmuniter cõtingentibus fatui non confitentur peccata 28
ſua. Dec. *d. conſ. 448. n 20.* † Declara tamen; quia furioſi etiã poſſũt 29
licite cõmunicari, quando ceſſat periculum vomitus ſacramenti,
& habent congruentem deuotionem. Beatus Thomas in *ſumm.
q. 80. art. 9. v. reſpondeo dicendũ.* † Statur tamen peritiæ religioſorũ, 30
an debeãt ſacramenta interdici, vel non. Rota Rõ. *lib. 2. dec. 107. n.
7.* quia ſi non habent reuerentiam ad ſacramenta, debent inter-
dici, vt ibi dicitur. † Item ſicut inſania probatur dictis & factis 31
conuenientibus inſaniæ; ita è conuerſo ſana mens pro-
batur dictis & factis cõuenientibus ſanæ menti; de primo Do-
ctores in *l. furioſũ,* vbi Bald. *n. 3.* Alex. *n. 3.* Iaſ. *n. 4.* Dec. *n. 28. & d. conſ.
448. n. 1. & 2.* de ſecũdo gloſſa in *l. filiũ emancipatum ff. de acq. hær.* vbi
Rõ. *n. 3.* Zabar. *cõſ. 56 n. 4.* Lap. *alleg. 25. n. 2.* Mant. *de cõiect. vlt. vol. lib.* 32
*2. tit. 5. n. 11.* † Item ſicut cõmunis reputatio patris, & cõſanguine-
orum, ꝙ filius ſit mente captus, probat; ita è conuerſo opinio pa-
tris, & cõſanguineorũ, quod ſit ſanæ mentis, hoc operatur. Dec. *d.
conſ. 448. n. 33. & 34.* Rota Rõ. *lib. 2. deciſ. 107. n. 19.* † Imo ſi pater 33
habuit filium pro mente capto abſolute, probatur mente captus.
Dec. *cõſ. 26. n. 6.* etiã ſi tacite hoc cõſtet; ſecus in fratre, vel aliis. A-
lex. de Næuo *cõſ. 37.* † Reſtringe, ſeu declara; quia mente capti, & 34
furioſi quãdo ſũt cõſtituti in ſtatu vmbratę quietis, licet loquãtur
bona, & faciãt actus, q̃ cõueniũt prudentiæ; nõ tamẽ ſunt prudẽ-
tes, exemplo infantiũ, qui quandoq; ſerio loquuntur, & faciũt ea,
quæ ſunt prudẽtiæ; & quia nullus eſt ita ſtultus, quin aliquãdo be-
ne loquatur, & actus prudẽtiæ faciat, Rota Rom. in *nou. deciſ. 107.
lib. 2. n. 21. & ſeq.* vbi infinitos allegat. † Reſtringe, prout etiã actus, 35
qui ſenſu percipiũtur, & nõ intellectu, licet ſint bene facti, nõ de-
notãt, nec probãt ſanã mentẽ, prout cãtare, legere, ſcribere, ſuere
acu, & alia exercere exercitia. † Reſtringe; quia ſingulares teſtes 36
licet admittãtur, intelligitur. ſi ſunt integri, alias non; quia ſi ſunt
intereſſati, prout Notarius, qui rogauit actũ factũ à furioſo, non
admittitur; quia agitur de laude, vel opprobrio illius; & idẽ in iu-
dice, qui interpoſuit decretũ. Alex. *cõſ. 86. n. 16. lib. 2* † Idẽ, ſi ſũt cõ- 37
trarii; quia ſunt ſuſpecti. Alex. *d. conſ. 86. n. 15. v. non obſtat, lib. 2.* † Idẽ, 38
ſi familiares, vel attinentes partis aduerſæ Alex. *d. conſ. 86. n. 17. lib.
2.* † Idem, ſi ſemel condemnatus de falſo, licet habuerit gratiam, 39
repellitur à teſtimonio. Alex. qui hoc declarat, *conſ. 147. n. 11. lib. 7.*

## Furor ſi eſt probatus, quamuis furioſus habeat dilucida interualla, actus præſumitur factus tempore furoris, & quando ſecus. Concl. 544.

REGVLA † eſt, ꝙ probato furore in aliquo, quanquam habeat 1
dilucida interualla; tamẽ dictũ, vel factum ab eo, præſumitur
tẽpore mẽtis nõ ſanæ, & ſic à fatuo, nõ autem tẽpore ſanæ mẽtis.
Dec. in *l. furioſum, nu. 23. & 32. C. qui teſt. facere poſſ.* Cor. *conſ. 21. n. 16.
lib. 2.* Ruin. *conſ. 67. n. 9. lib. 1.* Curt. Iũ. *conſ. 151. n 7.* vbi dicit * cõmu- *
nẽ. Pariſ. *conſ. 87. n. 12. lib. 3.* vbi de * cõmuni, Boer. *quæſt. 23. n. 62. 67.* *
*& 84.* Gram. *conſ. crim. 16, n. 19.* & pro reg. firmat Menoch. *conſ. 82.
n. 220.* vbi prædictos, & alios citat. Anch. *conſ 5. n. 10. & in clem. 1. de
homicid.* Corn. *cõſ. 69. n. 13. in fi. lib. 1.* latiſſime Maſcard. *conc. 825. n. 4.*
vbi * cõmunem, & *Conc. 824. n. 19.* Alex. *conſ. 86. Viſis dubitationibus,* *
*n. 5. lib. 2.* & ita atteſtatur iudicaſſe Florentiæ idem Alex. *conſ. 141.
n. 7. lib. 1.* vbi *n. 6.* allegat hoc tenẽtes. Alciat. *conſ. 139. n. 8. lib. 9.* Bar-
bat. *conſ. 59. col. 4. lib. 2.* Cephal. *cõſ. 753. n. 27. & ſeq.* Boer. *inter ſingula-
ria diuer. in v. præſumptio, n. 25.* late Cephal. *conſ. 753.* vbi *n. 27.* dicit * *
cõmunem, Meno. *lib. 6. præſumpt. 45. n. 59. & 60.* vbi citat infinitos.
Alex. *conſ. 92. Viſo, n. 16. lib. 5.* vbi dicit cõmunem; * vbi *n. 18. & ſeq.* *
allegat plures. † Et quod furor præſumatur durare, ſi ſemel eſt 2
probatus, eſt text. in *cap. indicas, 3. quæſt. 9.* vbi gloſſa in *v. oſtendens,*
& gloſſ. in *cap fin. de ſucceſſ. ab inteſt. in ver. compotem,* quam ibi ſequũ-
tur Io. Andreæ, Anton. de Butrio, Abbas *n. 20.* & alii. & tradunt
Canoniſtæ in *cap. Canonicos, de elect.* Alex. *d. conſ. 141. num. 4. lib. 1.* vbi

apoſtilla citat eundem Alex.*conſ.*147.*col.*2.*&* 3.*lib.*7. Anchar.*conſ.*
5.Euerar.*in loco de tempore ad tempus.col.*3. Corne.*conſ.*69.*col.penult.*
*& conſ.*21.*lib.*1.Iaſ.in *l.patre furioſo.col.*2.*ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni*
*iuris.*Bertra.*conſ.*48.*Ex proceſſu,num.*17.*&* 18.*lib.*1.Alciat.*reg.*2.*præ-*
*ſumpt.*18.Lanfranc.de Oriano in *cap.quoniam contra,nu.*425.*de pro-*
*bat.*Socin.in *cap.ad audientiam. num.*34. *de homicid.* Alciat. *conſ.* 42.
*num.*9.*lib.*5.Euerard.*conſ.*189.*nu.*9.Crot.in *tract.de teſtib.parte* 7.*nu.*
** 10.vbi dicit* communem, prout etiam communem* dicit Curt.
3 Iun.*cōſ.*151.*num.*7. †Et maxime procedit regula, quando furor eſt
* probatus non momentaneus, ita magis cōmuniter * tenetur, ſe-
cundum Alex.*conſ.*86.*num.*9.*ver.non obſtat,& num.*12. *lib.*2.*& conſ.*
92.*num.*16.*& ſeq.lib.*5. *& conſ.* 141. *num.*4. *lib.*1. Imola in *l. qui teſta-*
* *mento* §.*furioſus.ff. de teſtam.* & communem * dicit Curt. Iunior *cōſ.*
* 151.*num.*7.Pariſ.*conſ.*87.*num.*12.*&* 13.*lib.*3. vbi dicit* communem,
prout etiā de cōmuni atteſtatur, & plures alios citat declarādo,
4 Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.*2.*tit.*5.*nu.*6.vbi latiſſime. † Ratio eſt;
quia demētia præſumitur durare, niſi probetur contrariū, gloſſa
* in *cap.ſi.de ſucceſſ.ab inteſt.*quam ibi ſequuntur * cōmuniter Cano-
niſtæ. Bart. in *tract. de teſt. in ver. oppoſita prudentia.* Salycet. Alex.&
alii in *d. l.furioſum. C. qui teſtam.fac.poſſ.* Alex.*conſ.pen. num.*4.*lib.*1.
*& conſ.*85.*cum ſeq.lib.*2.Corne.*conſ.*69.*num.* 28. *lib.*1. & iſta ſunt ve-
ra, quando etiam eſſent probata dilucida interualla ſanæ mentis,
cum declarationibus tamē, de quibus infra; nam qui habet ſtatū
dementiæ probatū, habet regulam pro ſe, qui ſe fundat in diluci-
dis interuallis, fundat ſe in fallentia; ergo debet probare. Cephal.
5 *conſ.*753.*n.*28.† Alia ratio eſt; quia furioſus, vel mente captus, li-
cet habeat dilucida interualla; tamen regula ſtat pro fatuitate, &
limitatio pro dilucido interuallo, & ſic incūbit probatio ei, qui
allegat fallentiam. Cephal.*d.conſ.*753.*n.*28.& eſt regulare in omni
materia; quia fundans ſe in regula dicitur habere intentionem
fundatam. Bart.& ibi Deci.in *l.*1.*ff.de regul.iuris.*Crauet.*conſ.* 129.*in*
*fine.*Roland.à Valle *conſ.*81,*num.*4.*lib.*1.Alex. *conſ.*92. *nu.* 18. *& ſeq.*
6 *ver.fortius dixerunt,lib.*5. † Adde, quod ſtante cōtraria probatione,
quod quis ſit ſanæ mentis, & inſanæ mentis, fit conciliatio, vt ſit
inſanæ mentis, ſed habeat dilucida interualla. Alex. *conſ.* 147.*n.*4.
*ad fin.ver.præterea dato.lib.*7.Socin.*conſ.*42.*num.*9.*prope fin.ver.ſed ta-*
7 *men poſſunt,num.*10.*lib.*1. Boer. *deciſ.*23.*num.*83. † Declara tamen,
vt per Rotam Roma.*lib.*2.*deciſ.*129.*num.*6.*& ſeq.*vt ſit verum, quā-
do dilucida interualla probātur per actus ſucceſſiuos, & durabi-
les, alias nō; quia potius ex accidēti iſta fiūt ab inſanis, prout à pu-
eris etiā multa prudenter fiunt, & dicuntur; non tamen habēt re-
8 ctam, & ſanam intelligentiam. †Declara; quia dilucida interualla
poſſunt intelligi duplici modo; quia quandoq; ſumuntur omni
momēto, quandoq; certo ſucceſſiuo tempore, prout omni heb-
9 domada, mēſe, vel anno, ita Corne.*conſ.*21.*Viſa.lib.*2.*n.*14.*in fi.* † I-
tem poſſunt intelligi, quādo quoad aliqua eſſet fatuus, nō quoad
omnia. Mantica *de coniecturis vltim. volun. lib.*2. *tit.*5. *num.* 7. *ver. ſed*
10 *tamen,*vbi ponit alias plures declarationes notabiles. †Extende,
etiāſi actus per interuallum temporis geratur. Imola *d.l. qui teſta-*
*mēto,*§.*furioſus, ff. de teſtam.* & in donatione facta cum dilucido in-
teruallo temporis anni poſt furorem non momētaneū, quod ſit
nulla, & præſumatur facta à furioſo, non obſtante interuallo tē-
poris per annum. Bertrād.*conſ.*48.*n.*25.*lib.*1.*parte* 2.late Menoch.
11 *præſumpt.*45.*lib.*6.*num.*59.Maſcard. Concl.825.*n.*8. † Contrarium
Alex.*conſ.*86.*num.* 13. *lib.*2. vbi, quod ſi longo tempore poſt furo-
rem, ſi fiat ab eo, qui habuit dilucida interualla, tunc præſumitur
ſanæ mentis, & *conſ.*147.*n.*12.*& ſeq.lib.*7.vbi dicit Io. de Imola ſic
concordare opiniones; quia ſi fit ex interuallo poſt annum valet,
12 alias ſecus; cum declaratione, vt ibi. † Et tempus duorum menſi-
um, vel plurium menſium, quo quis fuit fatuus, dicitur tempus
continuatum, non momentaneum. Alexand. *d. conſil.* 141. *num.*4.
*lib* 1.*& conſ.*86.*num.*12.*ver.vnde dicit Bart.lib.*2.*& conſ.*147. *numer.*8.
13 *lib.*7. † Tempus autem anni dicitur modicum in hoc propoſito,
quando fit actus poſt furorem intra annum. Alexan.*d.conſ.*141.*nu.*
7.*lib.*1. *ver. plus dicunt.* Bertrand. *conſil.*48.*numer.*25. *lib.*1. *in* 2.*parte.*
14 † Contrarium, quod imo teſtamentum, vel alia diſpoſitio facta
ab eo, qui fuit furioſus, ſed habebat dilucida interualla, valeat, &
præſumatur factus tempore, quo erat ſanæ mentis, in dubio. Soc.
*conſ.*42.*n.*9.*lib.*1.Zabar.*conſ.*56.*num.*9.*& ſeq.* ibi, *venio ad ſecundum.*
Caſtr.in *d.l.qui teſtamento.*§.*nec furioſus, nu.*3.*ff.de teſtam. milit.* Aret.
in *l.*2. *numer.*2.ibi, *ſed iſtud repugnat, ff.de teſtam.*Caſtr. *conſil.*120.*Viſo*
*quodam proceſſu, num.*2.*lib.*1.Iaſ.*conſ.*178.*nu.*3.*lib.*2. clare Ang. *conſil.*
15 135.*Baccius Maſsiuoli, in fi.* † Declara; quia ad hoc, vt habēs dilucida
interualla probetur geſſiſſe tēpore ſanæ mētis actus, ſufficit pro-
bare per paucos dies ante fuiſſe ſanæ mentis, ſicut è conuerſo. ita
Bero.*conſ.*56.*in fin.lib.*2.& declarat etiam Curt.Iun. *conſ.* 104. *circa*
16 *fin.lib.*3.† Contrarium Alex.ex mente Anchar.& aliorū, quos al-
legat *conſ.*147.*nu.* 10.*lib.*7. quod neceſſe eſt docere de ſana mente
tēpore actus. † Declara; quia ſi actus ex omni parte eſt prudēter 17
factus, & prudentis viri, præſumitur à prudente; ſi vero in aliqua
parte eſt ſine prudentia, præſumitur à fatuo. Alex.*d.conſ.*141.*nu.*8.
*lib.*1.Bart.*tract.de teſt.in ver.oppoſita prudentiæ, numer.*95.Bald.*l.furi-*
*oſum, C.qui teſtam.fac.poſſ. numer.*1. vbi Ang. Caſtr. *numer.*3.Corn.
*nu.*10.Roma.*nu.*6.Alex.*n.*3.qui dicit omnes * in hoc concordare. *
Aretin. in *tract. de teſtam. rubr.* 63. *gloſſ.*3. *n.*3.Franc.in *cap.*1.*num.*13.
*de teſtam.in* 6.Socin.*conſ.*42.*in fin.lib.*1.Boer.*deciſ.*23.*num.*88.Alciat.
*reg.*2.*præſumpt.*18.Suarez.*allegat.*1.*nu.*2.Alex.*conſ.*147. *num.*6.*lib.*7.
†Intellige ſecundum Bertrand.*conſ.*48.*circa fin.ver.ſed dicatis mihi.* 18
*lib.*1.*parte* 2.vt intelligatur de ſubſtantia actus, non de cōpoſitio-
ne; quia aperiretur via fraudibus, ex quo donatarii, & doloſi fa-
cerent actus cum dolo bene diſpoſitos, etiam ſi in dilapidationē
ſonarēt. †Declara; quia ſi actus eſt nociuus, & læſiuus de ſe, præ- 19
ſumitur factus in furore. Bart.in *tract.de teſt.c.oppoſita,* quē omnes
ſequuntur. Pariſ. *conſ.* 87.*num.*19.*lib.*3. Menoch.*præſumpt.*45.*lib.*6.
*num.*57.*&* 66.Maſcard.*concl.*825.*num.*8.vbi ſecus dicunt, ſi actus
erat conueniens ſanæ mēti in donatione. Alex.*conſ.*86.*num.*15.*lib.*
2.Bertrand.*conſ.*48.*num.*17.*&* 18.*lib.*1.Pariſ.*conſ.*87.*numer.*19.*lib.*3.
maxime etiā conſiderato loco donationis, vt de vtroque Corne.
*conſ.*69.*nu.*28.*cum ſeq.lib.*1.& quod ſi donauit bona ſua, præſuma-
tur tempore furoris. Boer.*deciſ.*23.*nu.*64. † Declara; quia fatuus, 20
qui habet dilucida interualla, & donauit omnia bona ſua extra-
neo, reſeruato ſibi vſufructu cum decreto iudicis, ſi extant teſtes
deponētes de fatuitate tēpore donationis, & deponētes de ſana
mēte; quia actus donationis eſt dilapidatio, maxime facta extra-
neo, etiam ſi non habebat fatuus conſanguineos; quia nō debuit
priuare ſe dominio, abſolute iudicatur fatuus, & donatio nō va-
let. Alex.*conſ.*86.*lib.*2.*Viſis dubitationibus, nu.*10.*& ſeq.vſq; in fin.*ma-
xime *n.*13.vbi, quod in ſimili ita iudicauit Florentiæ. † Vide tamē; 21
quia actus donationis non probat, nec facit præſumere furioſum
donantem ſimpliciter. Pariſ.*conſ.*88.*n.* 29.*& num.* 46.*lib.*3.Corn.
*conſ.*219.*lib.*1.*deciſ.Peruſ.*1.*nu.*15.Dec.*conſ.*448.*num.*13.qui pro vali-
ditate donationis conſuluerunt. † Declarat Alexan.*d.conſ.*85.*Viſo* 22
*themate, lib.*2.*num.*12.*ver.Ioannes de Imola,* quod duplicatur *lib.*7.*cōſ.*
147.& ſic diſtinguit; quia ſi eſt probatus furor longo tēpore actus
factus poſt furorē probatum per longum interuallum præſumi-
tur in ſana mēte, ſi ita ſonat actus; ſi vero modico tēpore poſt præ-
ſumitur durare fatuitas, & qui habet præſumptionē contra ſe,
probare debet, & repetit *cōſ.*86.*Viſis, n.*13.*&* 14. *lib.*2. vbi dicit, ita
iudicaſſe Florētiæ, & procedit etiā in eo, qui habet dilucida inter-
ualla. † Declara, quādo actus poſt longum tempus furoris eſt fa- 23
ctus; quia tūc nō præſumitur durare furor, ſed actus tempore di-
lucidi interualli factus. Menoch.*lib.*6.*præſumpt.*45.*in fine, num.*69.
& dicitur longum tempus in hac materia annus; quia per annum
præſumitur durare infirmitas furoris. Bertrand.*conſ.*48.*n.*25.*lib.*1.
*part.*2.quod intelligit Alexā.*conſ.*147.*n.*5.*&* 7.procedere, quando
fecit medio tempore intra annum actus ſanæ mentis. † Declara; 24
quia ſi ſunt examinati teſtes, qui interfuerūt actui, & non probāt
inſaniā facientis, ſed ſanā mentem, dicitur probata ſana mēs, vide
Corne.*conſ.*85.*lib.*2.qui hoc ponit clariſſime, licet ante fuerit de-
mens, & poſt; imo dicit, quod eo ipſo, quod dicunt nō vidiſſe fa-
ctum per eum, niſi quod ſonet in ſanā mentem, quod probatur
ſana mens, iunctis verbis Notarii, ſanus, &c. † Cōtrariū Alexā 25
*conſ.*86.*nu.*16.*&* 17.maxime *ver. & eodem modo, lib.*2. † Declara; 26
quia regula procedit, quādo clare cōſtat de furore præcedēti, ſe-
cus ſi dubitatur. Gabriel.*conſ.*145.*num.*7.*lib.*1. † Declara, quando 27
furioſus, vel demēs fuit per longū tempus ſucceſſiuum, non ſic
per accidens, & per momenta tēporū. Mantica *de coniectur. vltim.*
*volunt.lib.*2.*tit.*5. *nu.*6. & requirit, quod continuato tempore per
annos, vel ſaltem per mēſes hoc ſit probatū. Menoc.*præſumpt.*45.
*n.*6.*ver.declaratur, lib.*6. Alex.*conſ.*86. *nu.*12. *& ſeq.lib.*2. † Declara; 28
quia procedit regula, quādo nō probantur actus medii facti ſanæ
mentis. Aret.in *l.*2.*n.*2.*ff.de teſtam.*Soci.*conſ.*42.*nu.*11.*lib.*1.Boer.*de-*
*ciſ.*23.*n.*86.*&* 90. † Declara, quādo actus factus ab habente di- 29
lucida interualla ſonat in ſanā mentem. Curt.Iun.*conſ.*304.*nu.*8.
*vſque in fin.*Mātica vbi ſupra, in 4. limitatione; quia ſicuti ſi nō ſo-
nat in ſanā mentem, nō valet; quia præſumitur tempore furoris;
ita è conuerſo, vt cōtrariorū eadem ſit diſciplina, plene Menoch.
*lib.*6.*præſumpt.*45.*n.*66.*& ſeq.* †Declara, niſi probetur de ſana mē- 30
te tēpore actus geſti; quia præſumptio cedit veritati. Boer.*deci.*23.
*n.*27.Corne.*conſ.*85.*lib.*2. & dicitur de ſana mēte conſtare, quan-
do teſtes, qui fuerunt præſentes actui, nihil de fatuitate deponūt,
vt per Corne.*d.conſ.*85.*in primo dubio, lib.*2.ſequitur Riminald.Iun.
*conſ.*376.*nu.* 28. *cum ſeq.lib.*4. † Contrarium idem Corne.*conſ.*69. 31
*nu.*25.*in fin.& num.*33.*lib.*1.vbi, quod non probant ſanam mentem
teſtes

teſtes inſtrumentarii, niſi de ſana mente deponant, & reddant
cauſam ſcientiæ,ſed loquitur in eo, cui iam datus erat tanquã fa-
32 tuo curator. † Declara è conuerſo; quia donatio facta ab eo, qui
fatuus habebat dilucida interualla,valet, ſi probatur, ꝙ tempore
donationis erat ſanæ mentis, & diſpoſitionem fecit conuenien-
tem ſanæ menti.Corne.*conſ.*85.*lib.*2.*per tot.* vbi loquitur in teſta-
33 mento †Imo quod plus eſt,& mirabile,ſi fatuus vere, & demens
non probatis dilucidis interuallis faciat actum conuenientẽ ho-
mini ſanæ mentis,vel contractum,aut teſtamentũ, valet, & ſub-
ſtinetur,vt per plura corroborat Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.* 2.*tit.*
34 5.*n.*7.*& ſeq.verſic.tamen illud dictum.* † Et quod dicitur in donatio-
ne,idem eſt in alio cõtractu damnoſo, prout alienationis immo-
bilium abſq; neceſſitate.Ruin.*conſ.*67.*n.*10.*lib.*1. plene Pariſ. *conſ.*
35 87.*lib.*3.*per tot.*maxime *num.*17. † Declara;quia phrenetici melan-
cholicæ deditinunquam habent dilucida interualla ; quia licet
aliqua recta dicant,vel faciant,ſemper durat phreneſis,vt per Me-
36 noch.*conſ.*82.*n.*232.*& ſeq.*†Contrarium tenet idem Menoch. *lib.*
6.*præſumpt.*45.*in princ.*vbi ponit verba Cornelii Celſi,*num.*3.*& ſeq.*
☞ Vide,*Furioſus ſemel ſemper furorem habere præſumitur.*Concl.550.

## Furioſi,ad quorum fauorem, & pro quibus ſcripſerunt plures celebres Doctores,videlicet pro furore. Concluſ.545.

1 LAPVS †*allegat.*25.diſputat hic primo,*n.*2.vbi,quod quis proba-
tur furioſus,eo quod faciat actus furioſorum, & fatua loqua-
tur,& quando fuit datus curator,tanquam furioſo, tunc qui dicit
ſanæ mentis,debet ꝓbare,vbi plena apoſt. in *ver. furioſos,* dat mo-
dum probandi furorem,& loquitur, quoad profeſſionẽ emiſſam.
2 †Petrus de Anch.*conſ.*5.*Pro parte nobilis,n.*9.*& ſeq.*ponit tria ſigna;
inſana loqui,lapides proiicere,& erga famulos eſſe terribilem;&
loquitur in mutuo facto furioſo, vt per modũ excipiendi debeat
abſolui furioſus;quia ad cõmodum furioſi tendit exceptio, vbi *n.*
14.quod præſeruatur à præſcriptione, & loquitur in obligatione
3 mutui.†Bald.*conſ.*345.*Ecce formata,lib.*3.*per totum,*vbi tuetur furio-
ſum ab homicidio;quia dicit furioſum non delinquere, & ſi con-
ſtat eſſe furioſum,debet abſolui;quia dicitur homicidiũ caſuale in
furioſo,ſi eſt dubiũ,debet pronunciari ſuper furore,vel non furo-
re,alias iudiciũ eſſet nullum;quia legitimandæ ſunt perſonæ ante
omnia;& qa cauſa furoris eſt cauſa ſtatus,& furioſus habet priui-
4 legium infantis,pupilli,& minoris.†Ang.*conſ.*135.*Paucius,per totũ,*
vbi,quod exceptio fatuitatis eius,qui fecit teſtamentum,non im-
pedit exequutionem teſtamenti;quia talis exceptio requirit altio-
rem indaginem,niſi excipiens haberet promptã probationem,&
dicit,ꝙ qui vult probare furorem,vel dementiã ad infringendum
actum,debet ꝓbare de tempore actus,nec ſufficeret probare an-
te,& poſt,& ꝙ eſt neceſſe articulare, & probare actus inferentes
5 furorem,vel dementiam.†Fulgoſ.*conſ.*212.conſuluit ſuper furore
Aloyſii Iuſtiniani nobilis Veneti;quia furioſus effectus annorum
80.talis ſit iudicandus;quia ante mortẽ ſine rabie ſemper inuoca-
bat diabolum,& nolebat parcere aliquibus,cum qbus habuit dif-
ferentias,ad cantum puellarũ canebat,& pulſabat manibus,verba
iniurioſa aduerſus nobiles proferebat,quendã iuuenem inſequu-
tus eſt gladio,& conſuluit matrimonium nullum, & teſtamentũ,
6 & legata in filios facta nulla.†Alexand.*conſ.*141.*Ponderatis,lib.*1.vbi
dicit probari fatuum etiam per teſtes ſingulares, quando ꝓba-
tur, quod faciebat actus neceſſario inferentes furorem, prout
proiicere lapides,& panem,ꝙ tenebatur ligatus in domo, quod
fatue loquebatur,& extra propoſitũ,& deridenda per vias more
inſanorũ loquebatur,& ꝙ à cognoſcentibus,& vicinis habeba-
tur pro fatuo;ideo concludit,quod teſtari non poteſt,*nu.* 2.*&* 3.
vbi,quod licet haberet dilucida interualla, non præſumitur ſa-
næ mentis tempore teſtamenti, qñ inſtituit extraneũ, & ſubſti-
tuit poſt filium,& habebat proximiores pauperes;quia homines
ſanæ mentis non ſolent in domibus alienis teſtari, prout iſte, &
non ſtatur notario rogato;quia agitur de ſuo honore;quia roga-
7 uit teſtamentum,*n.*8.*& ſeq.*†Idem Alex. *conſ.* 86. *Viſis dubitationi-
bus,*maxime *n.*15.*& ſeq.lib.*2.vbi,quod ſufficit probatio fatuitatis;
quia præſumitur actus geſtus poſt factus à fatuo,*n.*13.& quod ita
ipſe iudicauit Florentiæ, dum eſſet aſſeſſor; & qa donatio eſt di-
lapidatio,maxime facta extraneo,& loquitur,qñ extabant teſtes,
quod tempore donationis erat ſanæ mentis,& alii, quod fatuus.
8 †Idem Alexan.*conſ.*147.*Viſo themate.lib.*7. vbi, quod fatuus,cui
datus fuerat curator tanquam fatuo,ſi contraxit matrimonium,
& confeſſus eſt habuiſſe dotem cum decreto iudicis,licet dotem
non habuerit,non poteſt valere vt donatio, etiã ſi haberet dilu-



cida interualla;quia præſumitur continuare in furore, non ob-
ſtante,quod haberet dilucida interualla;quia actus ſonat in fatui-
tatem,cum ſit donatio.†Corn.*conſ.*69.*lib.*1.*nu.*25.*& ſeq.ver. nitun-* 9
*tur.*etiam loquitur in furioſo,qui donauit turrim,& iura ſua con-
ſanguineæ aſſerens ſe non eſſe furioſum,& non indigere curato-
re,& vnus ex teſtibus inſtrumentariis deponit, ꝙ erat ſanæ men-
tis tempore donationis,& alii duo non dicunt;neq; de ſana men-
te,neq; de non ſana mente, & multi alii teſtes deponunt de ſana
mente;tamẽ contrarium concludit;quia multi teſtes deponunt
ipſum ante fuiſſe furioſum,& ꝙ appellabatur *Giouanni pazzo*, id
eſt,*Ioannes fatuus.*& communiter reputabatur furioſus;& quia ſi-
bi tanquã furioſo fuerat datus curator;quia donatio eſt dilapida-
tio, & verba Notarii nihil probant in donatione, quod ſit ſanæ
mentis; quia de hoc non fuit rogatus.

## Furioſorum actus validi, pro quibus ſcripſerunt celebres Doctores plures. Concl.546.

CARD.† Zabar.*conſ.*56.*In elucidatione præmiſſi,*vbi,quod valet 1
inſtrumentum mutui factum ab eo,qui probatus eſt fatuus
cum dilucidis interuallis,quãdo concurrit probatio, ꝙ habebat
dilucida interualla,& conſtat ex aliis inſtrumentis, & ſententiis,
quod fecit obligationes;qa tunc debet ſtari inſtrumento, in quo
Notarius dicit,quod ſponte ex certa ſcientia,niſi ex aduerſo pro-
betur de furore tempore obligationis.Contrariũ hoc caſu Anch.
*conſ.*5.*n.*9.*& ſeq.*† Alexander de Næuo *conſ.*37. *Non figurabo caſum,* 2
vbi tuetur teſtamentum factum à muliere; quia dicebatur inſana
eo,ꝙ cõmuniter reputabatur pro inſana ab omnibus,vt erat pro-
batum;item quia frater eius,qui eam hæredẽ inſtituit, diſpoſuit,
quod nõ poſſet illa teſtari,*ſendo priua d' intelletto,*id eſt,*cum ſit mente
capta;*nam reſpondet ad iſta,quod cõmunis reputatio nihil rele-
uat;quia conſtat de veritate;quia gubernabat pueros,percipiebat
ſacramenta,frequentabat Eccleſias,audiebat Miſſas,prædicatio-
nes,& diuina officia,cuſtodiebat virginitatem,bonos mores ſer-
uabat,cibum & potũ in modica quantitate ſumebat, & bona ſua
cuſtodiebat;ad ſecundum dicit,quod frater loquitur per gerun-
dium futuri temporis,quod importat conditionem;item qa non
ſtatur fratri in hoc.†Barbat.*conſ.*59.*lib.* 2. vbi conſuluit pro validi- 3
tate profeſſionis emiſſæ in manu ſuperioris, qui non permiſiſſet
fatuum,vel furioſum,aut dementem profiteri; item qui habebat
dilucida interualla in omni caſu,& profeſſio longo tẽpore emiſſa
ſonat in ſanã mentem,& actus in totum ſonans in ſanã mentem,
& prudentiã,denotat facientẽ eſſe ſanæ mentis, accedente ma-
xime deuotione perſonæ,*n.*6.*& ſeq.*vbi latiſſime.† Corneus *conſ.* 4
219.*lib.*1.quod valet donatio facta ab eo,qui dicitur mente captus,
& ſanæ mentis, vbi ponit dicta teſtium pro vtraq; parte, & dicit
magis attendi debere probationem pro ſana mente, quã pro de-
mentia,pro inſtrumento,quã contra inſtrumentũ, maxime ſtan-
te decreto iudicis,pro quo præſumitur;& quia donans ſibi reſer-
uauit vſumfructum,& donauit bene merenti.†Idem Corn. *conſil.* 5
85.*Repetito.lib.*2.vbi,quod valet teſtamentum fatui, ſeu mente ca-
pti,quando probatur per duos teſtes; quod tempore teſtamenti
erat ſanæ mentis;quia interrogatus reſpondebat ad propoſitum,
& prudenter;quia quicquid ſit probatum ante, quod eſſet mente
captus,illa probatio inducit præſumptionem ſolum, quod etiam
tempore actus eſſet mente captus:ſed ꝓbatio veritatis, quod eſ-
ſet ſanæ mentis,facit ceſſare præſumptionem;ergo ſine dubio va-
let teſtamentum, & *n.* 5. dicit,quod cauſa ſufficiens ſcientiæ eſt, ſi
teſtes dicant;quia viderunt geſta ab eo,tam ad probandam fatui-
tatem,quam ſanam mentem, & quod maxime etiã adiuuant ver-
ba Notarii iſto caſu,qui dicit, *ſanus mente.*†Idem Corn.*conſ.*216.*In* 6
*cauſa vertente.lib.*3.*nu.*13.*& ſeq.* vbi, quod valet teſtamentum eius,
qui fuit mente captus poſt teſtamentum,& ei tanquam mente ca-
pto fuit datus curator poſt actum; quia niſi probetur furor, vel
dementia ante actum,vel tempore actus, non præſumitur ante;
quia quilibet præſumitur ſanæ mentis;& ex præſenti non præſu-
mitur in præteritum mente captus,vel furioſus,maxime,quando
teſtamentum & rite,& recte eſt conditum,& aſſertio Notarii ad-
iuuat multum eo caſu.†Socin.*conſ.*42.*In caſu reſtitutionis,per totum,* 7
*lib.*1.dicit eum,cui bona fuerunt reſtituta, de quibus in inuenta-
rio,non eſſe mente captum,& propterea inſtrumentum reſtitu-
tionis validum;quia licet teſtes de fatuitate deponant articulum
verum;quia dicebat deridenda,& inſipientiũ,& non conuenien-
tia ſanæ menti faciebat,& quod volebat appellari *il pazzo,* id eſt,
*fatuus;*& dicit,quod iſtud eſt iudicare;quia debent teſtes depone-
re de actibus inferentibus,vt iudex poſſit iudicare, alias ſine cauſa
ſcientiæ non probant; quia dictum à cauſa reſtringitur; & quia
plures teſtes ſunt pro ſana mente; & quia exercebat artem lanæ



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

continue, habebat vxorem ex honeſtis familiis; & ideo pro in-
ſtrumento præſumitur, maxime, quia habebat dilucida interual-
la, & inſtrumentũ longe poſt fatuitatem eſt factum, & non ſonat
8 in dilapidationem, vel inſaniam. †Deci. *conſ.* 448. *Vis tota*, vbi ſub-
ſtinet donationẽ omnium bonorũ, reſeruato vſufructu, ex quo eſt
præſumendum pro ſana mente, & magis creditur teſtibus pro ſa-
na mente; ſecundo, quia, pro inſtrumento, & Notario pſumitur;
tertio, quia interuenit decretum ſuperioris cum cauſæ cognitio-
ne; quarto, quia non habebat donans filios, & eſt facta beneme-
renti cum reſeruatione vſusfructus; quinto, quia in dubio pro reis;
quia fuit exequuta, & pro actu valido præſumitur; ad contraria re-
ſpondet, quod teſtes probantes furorem, vel mente captum fuerunt
inſtructi; ideo ſuſpecti non probant; item quia deponunt per pre-
meditatum ſermonem, ideo non probant; & quia non veriſimilia
deponunt; & quia ſunt omnes tres teſtes examinati inter ſe con-
iuncti; ideo conſcii de ſubornatione, & iudex poteſt non adhibe-
re fidem, & quando ſunt ſuſpecti, dicta eorum ſunt cauillanda; &
quia non reddunt cauſam ſcientiæ, prout tenẽtur etiã non inter-
* rogati, ſecundum communem *opinionem; & quia teſtes pro ſa-
na mente ſunt presbyteri, præferẽdi, & magis in ſpecie deponunt.
9 †Pariſ. in eodem caſu conſuluit per eaſdem rationes *conſ.* 88. *lib.* 3.
10 *per tot.* †Furioſus carens omnino intellectu acquirit ex mutuo fa-
cto, & idem, ſi recipiat mutuum, ſi pecunia verſa eſt in vtilitatem
furioſi. Caſtrenſ. *conſ.* 120. *Viſo quodam, col.* 2. *n.* 1. *lib.* 1.

## Furioſorum actus nulli, pro quibus conſuluerunt plures Doctores. Concl. 547.

1 MENTE †captus, qui propter ſenectutem effectus eſt inſanus,
vel demens, ſeu amens, carens intellectu; quia vendidit bo-
na ſua, ſed viliori pretio, ſeductus ab emptoribus, qui eum blandi-
tiis adduxerunt, & potationibus vini in hoſpitiis, furioſo æquipa-
rari dicitur. Fulgoſ. *conſ.* 79. *Quidam ſer Ventura. per totum*, vbi dicit
duplicem competere actionem, vel hypothecariam ab iis, quibus
bona ſunt obligata, vel dato curatore ipſi amenti competit nulli-
tas contractus, vel etiam ex dolo emptorum poteſt reſcindi ven-
2 ditio, licet non adſit læſio vltra dimidiam. † Alexander *conſ.* 86.
*Viſis dubitationibus, lib.* 2. *per totum*, qui loquitur in mente capto, qui
donauit extraneo omnia bona ſua, reſeruato ſibi vſufructu, & in-
teruenit decretum iudicis, & licet donans non haberet agnatos,
dicit, quod debuit teſtari ad pias cauſas, vel prout volebat; quia dona-
tio omnium bonorũ eſt dilapidatio; & ideo cum eſſet probatum
de dementia; quia *n.* 10. dicit, quod fatua loquebatur, & deridenda per
vicos, prout fatui, & dicebat aſinum ſuum eſſe bouem, & dum eſ-
ſet Ferrariæ, dicebat ſe eſſe in pratis poſt beſtias, proiiciebat lapi-
des per vias, & habebat memoriam inordinatam; & ideo conclu-
dit donationem nullam, non obſtante, quod haberet dilucida in-
terualla; quia cum fuerit demens per plures menſes, præſumitur
demens, & depoſitio Notarii, & iudicis, quod non fecerit actus
dementiæ tẽpore donationis, ſed ſigna ſanæ mentis, non releuat;
quia ex actu prouenire poteſt laus, vel opprobrium, nec vnus cõ-
ſanguineus admittitur; quia eſt ſuſpectus. † Idem Alexander *conſ.*
3 54. *Ad quæſitum, lib.* 1. vbi, quod mulier demens, & inſana non poteſt
contrahere matrimonium ſpirituale, neq; temporale; quia non
habet conſenſum, & procedit, ſiue furioſus ſit, ſiue mente captus,
& probatur, ſi tempore matrimonii, vel ante, & poſtea conſueue-
rat habere ſermones furioſorum, ſeu mente captorum; idem, ſi
probatur, quod omnes ſui conſanguinei habebant pro furioſa,
vel quod pater habebat eam pro furioſa, vel quod publice, ſeu
communiter habebatur pro furioſa, vel quod viſa eſt proiice-
re panem, & lapides more furioſorum, vel ſi probetur, quod neſcit ex-
primere, quid velit, vel ſi probetur, quod memoriam ordinatã
non habeat, licet hoc vltimum de ſe ſufficere non putet, & iſtos
modos ponit relatiue Decius *conſ.* 86. *n.* 7. & iſtud conſ. Alex. du-
4 plicatur *lib.* 6. *conſ.* 3. †Idem Alex. *conſ.* 92. *Viſo, & opportune, nu.* 15. &
*ſeq. lib.* 5. vbi, quod ad probandam alienationem nullam factam à
furioſo demente, & ebrioſo probat talem; quia faciebat actus fu-
rioſi, & ebrioſi dementis, verberabat matrẽ, & offendebat alios
de domo; & quia alienauit bona plurima pro libris 176. poſtea
* reemit partem tantum pro libris 150. vbi Alexand. concludit *
communem, quod ſemel furioſus, licet habeat dilucida inter-
ualla, præſumitur tempore furoris contraxiſſe, quando contra-
5 ctus non eſt prudentis viri. †Idem Alexand. *conſ.* 147. *lib.* 7. *n.* 4. &
*ſeq.* vbi dicit non valere confeſſionem dotis ſine numeratione
factam ab eo, qui erat furioſus, ſeu mente captus; quia talis con-
feſſio eſt donatio, & dilapidatio; ideo licet haberet dilucida in-
terualla, debet probari, quod tempore confeſſionis eſſet ſanæ men-
tis, & reprobat teſtes plures, quod non probent; quia deponen-
tes de ſana mente non probant, niſi dicant, quod non poſſit feciſ-
ſe actus furoris, quin ſcirent, quando ſolum deponunt, quod non vi-
derunt facere actus furioſorum, & illud eſt *conſ.* 85 *lib.* 2. † Ancha. 6
*conſ.* 83. *Viſis diligenter*, vbi, quod mente captus, & minor, qui pro
dote vxoris fratris ſui ſe obligauit cum curatore, & decreto iudi-
cis, & iuramento, non obligatur; quia caret conſenſu, niſi quate-
nus pecunia recepta probetur conuerſa in vtilitatem, vel extet, quod
non præſumitur in demente, & mente capto, & ad decretum iu-
dicis, ſtante fatuitate, quod ſit nullum; quia prætermiſit inquire-
re neceſſaria. †Corne. *conſ.* 73 *lib.* 1. vbi, quod non valet teſtamen- 7
tum mente capti, licet probetur, quod erat ſanæ mentis, & non
ſanæ, & teſtamentum ſit recte diſpoſitum; quia inſtituit filios; ſub-
ſtituit agnatos proximiores, & bene omnia pro anima diſpoſuit,
ex quo conſtat, quod fecit omnia ad ſuggeſtionem Notarii; quia
vacillabat inſtituendo vnũ pro alio, & legabat fratri ſuo iam mor-
tuo, & vxori Paganellæ, quæ erat vxor, & alia extra propoſitum;
ideo arguit pro validitate primo; ſecundo pro nullitate; tandem
in ea inſiſtit remittens arbitrio iudicantis. †Idem Corn. *conſil.* 11 8
*Viſa dicta repudiatione, lib.* 2. vbi, quod repudiatio facta à mente ca-
pto non valet, licet haberet dilucida interualla; quia repudiatio
eſt nociua, & licet primo dicat non probari furorem, vel demen-
tiam, niſi teſtes deponant ſigna inferentia, & niſi reddant cauſam
ſcientiæ; quia non ſufficit, ſi dicat, *vidi fatuum*; tamen contrarium
tenet, quando deponunt vidiſſe longo tempore, vel quando ſunt vicini; quia
ſufficit ratio; *ſum vicinus*; maxime, quando vti dementi fuit datus cura-
tor, licet poſt actum; quia infert etiam in præteritũ, ſequitur Dec.
*conſ.* 86. *n.* 7. †Idem Corn. *conſ.* 22. *Viſis nonnullis. per totum, lib.* 4. vbi
conſuluit, quod teſtamentum mente capti ſit nullum; quia fuit
probatum, quod teſtator, dum Notarius ſcriberet teſtamentum,
expuebat in faciem Notarii, & dum vxor apponeret vnum pan-
num, ipſe leuabat, & expuebat illi in faciem; itẽ vacillabat, & per-
fecto teſtamento dicebat ſe non eſſe teſtatum; & quia prius fue-
rat quaſi inſanus; & quia ex ſe nihil dicebat, niſi interrogatus, &
Notarius pluries dixit: *Ohime ache voi ſete condotto, a me pare, che
coſtui non ſtia in ceruello.* id eſt, *heu mihi, quo res tecum recidit, mihi vi-
detur mente captus, vel, deſipere.* †Idem Corn. *conſ.* 319. *lib.* 1. *per totum.* 10
vbi, quod teſtamentũ eius, qui dum interrogaretur, ſibilabat mo-
re venantium, vel reſpondebat nihil, vel affirmatiue, quod ſic dicitur
nullum, quando inſtituit extraneos, & in alio teſtamento prius ſolẽni-
ter condito inſtituerat venientes ab inteſtato; quia licet teſtes ali-
qui dicant de ſana mente, etiam inſtrumentarii, & alii etiã inſtru-
mentarii de non ſana mente, teſtamentum non valet; quia ſaltem
probatur, quod ſi non erat alienatus in totum à mente, ſaltẽ erat
adeo facilis ad inducendum, vt diceret velle omnia de facili, quod
teſtamentum eſt nullum, ita *n.* 13. & *ſeq.* maxime, quando conſtat,
quod non à ſeipſo, ſed ad interrogationem alterius reſpondit,
quod ſic. †Dec. *conſ.* 86. *Viſo puncto*, vbi mente captum dicit, quem 11
pater talem reputauit, puta ſi pater hæredem inſtituit filium alte-
rum, & huic alimenta reliquit, non alia ratione præſumitur, niſi
quia erat mente captus, & quia tanquam tali fuit datus curator.
Vnde non valet renunciatio facta patri, & matri; quia datio cura-
toris de præſenti arguit etiam in præteritum, *n.* 7. vbi allegat Corn.
*conſ.* 21. *lib.* 2. † Idem Dec. *conſ.* 112. *In præſenti conſultatione*, vbi in 12
principio dicit iuuenem mente captum non potuiſſe contrahere
matrimonium, ſi maxime probatur; quia fuit inebriatus, & ſua-
ſus, cum non eſſet paris conditionis ſibi; ideo conſuluit, quod li-
cet propter difficilem probationem non conſtet de tali ebrieta-
te, & dementia, quæ annullat matrimonium, ſaltem ſubeſt cauſa
legitima, vt Papa diſpenſet, & ſeparet tale matrimonium non
conſummatum.

## Furioſus delinquens non punitur, & quando ſecus. Concl. 548.

FVRIOSVS †delinquens non debet puniri. *leg. infans. ff. ad leg.* 1
*Cornel. de ſicar.* Bald. *conſil.* 345. *Ecce formata, per totum, lib.* 3. vbi,
quod habet maiora priuilegia, quam habeat minor, circa finem,
pleniſſime Menoch. *conſil.* 82. *num.* 199. & *multis ſequentibus.* vbi
plura adducit; & communem * dicit Clar. in §. *fin. quæſt.* 60. *num.* *
7. *ver. item quæro.* Iacob. Nouel. *tract. de defenſio. reo. num.* 37. † Con- 2
trarium ſeruatum fuiſſe in eo, qui vulnerauit Principem, & in eo,
qui in aula Principis aliquem interfecit, vel vulnerauit. Clar. *d.* §.
*fin. quæſt.* 60. *n.* 7. *ver. contrarium.* qui tamen non laudat pœnam pro-
pter locum, ſed propter perſonam Principis offenſam excuſat. † 3
Et quod in atrociſſimis delictis etiam fatui puniantur morte, ne
talia delicta remaneant impunita, plene Marſil. in *leg.* 1. *num.* 58. &
*ſequent.*

*ſeq.verſic. ſed prædicta poſſent. ff. de ſicar.* vbi dicit, quod & bruta, quæ
carent ratione, propter atrox delictum interficiuntur, & licitũ eſt
4 inſæuire in cadauera in atrociſſimis. † Amplia; quia etiã in crimine
læſæ maieſtatis parcitur furioſo. Oldrad. *conſ.*210.*n.*4.*verſic. in quo-*
5 *cunque autem.* † Extende etiam in crimine læſæ maieſtatis diuinæ,
& ſic ab hæreſi, & omni pœna, & omni delicto; quia caret conſen-
ſu, & intellectu, late Menoch. *conſ.*82.*n.*199.*& ſeq.* maxime *n.* 210.
6 † Amplia; quia furioſus vulnerans, vel interficiens aliquẽ non pu-
nitur morte, nec contra eum poteſt fieri inquiſitio, neq; ꝓceſſus,
neq; condemnatio de homicidio, plene Bald. *conſ.* 345. *Ecce forma-*
*ta apparet, per totum, lib.*3. vbi dicit omnia nulla, & reuocanda, & ꝙ
admittitur conſanguineus furioſi ad tutelam tanq̃ curator, etiam
7 ſi non confecit inuentarium, neq; alia ſolemnia. † Extende; quia
furioſus non punitur ex ſacrilegio, neq; ex quocunq; alio delicto;
quia ſatis furore ſuo torquetur. *l. diuus, & l. congruit. ff. de offic. præſid.*
Decian. *tract. crimin. tit. de excuſat. reor. c.*34.*n.*48.*& ſeq.* vbi idem di-
cit in ebrio, dormiente, allegat Marſilium in *praxi. §. opportune, n.*6.
& æquiparatur infanti, qui non punitur. *l. infans. ff. ad leg. Cornel. de*
8 *Sicar.* late Gomeſ. *de delict. c.*1.*n.* 70. *& ſeq.* † Extende, vt procedat
ampliatio, etiam ſi furor ſit apparens, & exiſtens, ſiue latens, dum-
modo exiſtens; quia probato furore non poteſt puniri; quia non
9 delinquit. Bald. *d. conſ.*345.*n.*2.*ver. ecce ergo, lib.*3. † Extende; quia nõ
10 etiã incurrit in irregularitatẽ. Bertrand. *conſ.* 48. *lib.*1. *parte* 2. † Am-
plia in tantum eſſe verum, ꝙ furioſus ex delicto non punitur, vt
quandocunque opponatur de furore, ſi eſt notorius furor, eximit
ab omni pœna; ſi vero non eſt notorius, facta probatione debet
prius pronunciari ſuper furore, antequã procedatur, alias proceſ-
ſus eſt nullus. Bald. *d. conſ.*345 *n.*2.*& ſeq. lib.*3. Vide, *Incidens & emer-*
11 *gens quid ſit, & qualiter ſuper eo pronuncietur.* Concl. 70. † Amplia; quia
is, qui ſanę mentis deliquit, & poſtea efficitur furioſus, non poteſt
* puniri, communem * dicit Clar. *d. §. fin. q.*60.*n.*7.*ver. aut vero tempo-*
12 *re.* † Extende, vt procedat, etiam ſi inſania ſuperuenit poſt factam
inquiſitionem, & perfectum proceſſum ſuper delicto; quia adhuc
non poteſt cõdemnari. Clar. *d. q.*60.*n.*7.*circa med.* vbi, quod ita fuit
13 iudicatum. † Declara; quia is, qui effectus eſt fatuus poſt delictum,
non punitur pœna ordinaria corporali, ſed bene in pecuniariam,
* & in confiſcationem bonorum, communem * dicit Clar. *d. § fin. q.*
14 60.*n.*7.*ver. hoc tamen.* † Extende, etiam ſi effectus ſit furioſus poſt
* ſententiam; quia non debet exequi ſententia, communem * dicit
15 Clar. *d. §. fin. q* 60.*n.*8.*verſic. ſed quæro.* † Limita; quando ſuperuenit
furor poſt delictum; quia punitur extra ordinem. Iacob. Nou. in
*tract. de defenſ. reorum. n.*38.*& ſeq.* & hanc eſſe communem, & magis
* * communem dicit Iaſ. in *l. ex facto, colum. penult. ff. de vulg. & pupill.* †
16 Contrarium per plura, quod poſſit puniri pœna ordinaria, ſed be-
ne debet expectari, quod ſit inſano intellectu. Gomeſ. *de delict. c.*1.
*n.*72.*ver. ſed iis non obſtantibus,* vbi, quod ſi non conſtat ante, vel poſt
furorem, conſulitur Princeps.

## Furioſi & mente capti habent multa priuilegia. Concluſ. 549.

1 AEQVIPARANTVR † minoribus, imo maiora habent priuile-
gia; ideo reſtituuntur in integrum, prout minores, aduerſus
confeſſionem delicti, licet non aduerſus delictum; quia caſu di-
2 cuntur delinquere. Bald. *conſ.*3.4.5.*circa med. lib.*3. † Contrarium,
quod nulla lex dicit, quod fatuus reſtitui debeat. Bald. *conſil.*213.
3 *Caſus talis, per totum, lib.*3. † Declara; quia contrariũ procedit in ſola
tranſmiſſione; ſecus in aliis; quia furioſus bene habet priuilegia
minoris, ſed minor non tranſmittit, niſi ſit ſuus, vel agnouerit cu-
4 rator; ideo idem erit in fatuo, Baldus *d. conſ.* 213. *per tot.* † Extende;
quia æquiparatur furioſus, vel mente captus pupillo, imo potius
infanti; ideo quicquid videt, ignorat, ſicut infans, & contra eum
non currit præſcriptio, ſed dormit, ſicut nec currit contra infan-
5 tem, ita Io. de Monteſperello *conſ.*181.*Ante furorem, per tot.* † Furio-
ſus & mente captus ita ſuccedit patri & matri, ſicut alius. Decius
6 *conſ.*86.*Viſo puncto, n.*7. † Declara; qa mente captus ſuccedit tranſ-
uerſalibus, & prout alii ſanæ mentis, ſecundum gradus prærogatiuam,
& curator illius legitimæ datus poterit petere bonorum
poſſeſſionẽ; ſed tamen ſi ipſe mente captus decedit, portio ipſius
debetur ei, qui ſucceſſiſſet in totum, ſi mente captus non fuiſſet in
medio, ita Abbas *conſ.*86.*In quæſtione, quæ vertitur, col.*2. *ver. ex iis cõ-*
*cluditur. lib.*1. Vide, *Afflicto non eſt addenda afflictio.* Concl. 240. Vide,
*Delinquentes puniri non poſſunt multi.* Concl. 188.

## Furioſus ſemel ſemper furorem habere præſumitur. Concl. 550.

1 FVRIOSVS † ſemel per aliquot menſes præſumitur in furore
perſeuerare. Alex. *conſ.*141.*n.*4.*lib.*1. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*
2.*tit.*5.*n.*6. vbi ponit plures caſus, & dicit hanc * cõem ex Præpoſit. *
in *c. dilectus, col.*2.*de ſponſalibus.* Curt. Iun. *conſ.*151.*n.*7. vbi * comunem *
Alex. *conſ.*86.*lib.*2.*& conſ.*92.*n.*16.*lib.*5. Menoc. *tract. de præſumpt. lib.*
6.*præſump.*49.*n.*59. Maſcard. *concl.* 824. † Extende in tantum quod 2
teſtamentũ, vel alius geſtus actus per ipſum ſemel furioſum præ-
ſumitur à furioſo factus, & non valet, qñ per multum tempus pro-
batur fuiſſe ante furioſum. Mantic. vbi ſupra. † Extende, etiam ſi 3
probaretur, quod loqueretur ſapienter, & ad propoſitũ; quia etiã
furioſi quandoq; prudenter loquuntur. Corn. *conſ.*69.*nu.*12.*lib.*1.
Menoc. *conſ.*83.*n.*133.*&* 134. Bertrand. *conſ.*48.*n.* 32. Suarez. *alleg.*1.
*n.*19. † Extende, etiam ſi eſſent probata dilucida interualla, nihil- 4
ominus opus eſt probare ſanitatem mentis tempore actus geſti.
Vide ſupra, *Furor ſi eſt probatus, quamuis furioſus habeat dilucida inter-*
*ualla &c.* Concl. 544. vbi, qualiter probentur dilucida interualla. † 5
Amplia; quia nedum furioſus longo tempore præſumitur perſe-
uerare in furore, ſed imo furioſus longo, vel longiſſimo tempore
ex præſenti præſumitur ſemper furioſus in præteritum, ſi non cõ-
ſtat de ſana mente aliquando; quia qñ ſtatus præſens poteſt con-
currere cum ſtatu naturali, ex præſenti præſumitur in pręteritum,
late Alexan. *conſ.*92.*Viſo n.*23.*&* 24.*verſ. præterea, lib.* 5. vbi apoſtil. in
*verb. præſenti,* citat Alciat. *de præſumpt. reg.*2.*præſumpt.*26. licet ibi Ale-
xand. *n.*21.*ver. conſulo,* dicat melius eſſe, quod cõcludatur per teſtes
de initio furoris. † Limita, quando per breue ſpatiũ temporis fue- 6
rit furioſus; quia tunc non præſumitur durare poſt longum tem-
pus; ideo geſta à tali, qui probatur per modicum tempus furioſus,
valent, ſi poſt longum tempus geſta ſunt, ita Mantica *de coniectur.*
*vltim. volun. lib.*2.*tit.*5.*n.*6. allegat Socin. *conſ.*42.*n.*8.*lib.*3. Curt. Iun.
*conſ.*151.*n.*7. Menoc. *lib.*6.*præſumpt.*45.*n.*62. † Extende, qñ proba- 7
tus eſt furor ſolum quoad aliqua, & non quoad omnia; quia tunc
non præſumitur perſeueraſſe. Mantic. *d. tract. de coniect. vlt. vol. lib.*2.
*tit.*5.*n.*6.*ver. ſed tamen iſta concluſio.* † Declara; quia controuertitur 8
hæc concluſio, an ſemel furioſus præſumatur talis, ita vt actus ge-
ſtus præſumatur ab eo, vel ſanæ mentis factus, Alex. plene *d. conſ.*
92.*Viſo, n.*16.*& ſeq. lib.*5. dicit, quod ſi quis fuit furioſus ſemel per
plures menſes, præſumitur furor durare, niſi probetur contrariũ,
& hæc eſt comunis * opinio; ſi vero furor fuit ſemel ex accidenti, *
vel ex modico; tunc non præſumitur durare, & *n.*17. dicit, ꝙ Bar-
tol. ita debet intelligi; qa ita loquitur in *l.*2.*ad fin ff. de bon. poſſ. infan.*
*& furioſ.* & qui eum aliter intelligunt, male intelligunt. † Imo plus 9
dicit Alexan. *d. conſ.*92.*n.*18.*& ſeq. ver. fortius dixerunt. lib* 5. quod ſi
probatum eſt aliquem furioſum, & è conuerſo aliquando fuiſſe
ſanæ mentis, ſi facit actum, præſumitur in furore, nõ in ſana men-
te feciſſe, quãdo ille actus non conuenit homini diligenti, prout
ſi vendit, & emit cum diſpendio, allegat Anchar. *conſ.* 5. & plures.
Vide aliquid per Maſcard. Concl. 360. *Fatuus aliquo tempore,* vbi ſe
ipſum citat in multis locis. Vide, *Furor ſi eſt probatus, quamuis furio-*
*ſus habeat dilucida interualla, actus præſumitur factus tempore furoris.*
*Concluſ.* 544.

## Furioſitas, & conſilia facta pro furore. Concl. 551.

BERTRANDVS † conſuluit donationem factam à furioſo non va- 1
lere; ſigna autem furoris ſunt; quia de die, & nocte ibat, ꝑ vias
proiiciebat lapides, vulnerabat, ſine cauſa, nudus ibat, & deriden-
da loquebatur, & multa alia; quia voluit ſe ſuſpendere, de quibus
*conſ.*48.*num.*21.*lib.*1.*in* 2.*parte,* & huic erat interdicta adminiſtratio
bonorũ per dationẽ curatoris, *n.*14.*& ſeq.* & *n.*24.*in fin. ver. addo,* &
donauit curatori, qui obtinuit eidem dari tanquã furioſo, & erat
extraneus, & donator habebat fratrem, & matrem magis indigen-
tes, *n.*26.*& ſeq.* † Alex. *conſ.* 141. quod teſtamentum ſecundum ſit 2
nullum à furioſo, qui proiiciebat lapides, panem, tenebatur liga-
tus, fatue, & abſq; propoſito loquebatur, & deridenda more in-
ſanorum loquebatur, & à vicinis demens æſtimabatur, *n.* 2. & da-
tus fuit curator, *num.*4. extraneum ſubſtituit filio, qui non erat de
agnatione. *nu.*8. vbi, quod in domibus alienis non fit inſtitutio, &
*num.*11. periti medici de fatuitate deponebant.

## Furtum quid ſit, & quid rapina, & in quibus differant. Concl. 552.

FVRTVM † eſt genus reſpectu rapinæ. Roma. *conſ.* 150.*n.*3.*in fin.* 1
*ver. tertio principaliter.* † Furtum ꝓprie cadit in rebus mobilibus, 2
non autem in im̃obilibus; rapina vero in rebus ſtabilibus. Oldra.
*conſ.*199.*in fine. ver. circa ſecundum,* vbi, quod pro furto, vel rapina
non copetit interdictum vnde vi, & ſic ſpolium; quia requiritur
deiectio ex re ipſa. Roman. *conſ.*154.*in princ. & conſ.*150. † Et inqui- 3
ſitio formata ſuper furto de re ſtabili non procedit, etiam ſi veni-

ant fructus percepti: quia ſi non exprimitur qualitas furti, videli-
cet contrectando fructus animo lucrandi, debet ſequi abſolutio.
Rom.*conſ.144.Inquiſitio,in prin.*vbi pleniſſima apoſt.in *ver. Io. Andr.*
4 quæ citat infinitos concord.†Et quod differant furtum& rapina,
patet; quia actio furti durat 30.annis,actio vi bonorum raptorum
durat anno,quoad pœnam.Rom.*d.conſ.144.in fin.n.3.verſic.ſed de*
5 *iure communi*, *& conſ.150.* † Imo, quod rapina reſpectu fructuum
dicatur furtum,qñ ſunt illius,cui fit rapina; ſecus, ſi eſſet miſſus in
poſſeſſionem ex primo decreto; quia neq; poſſidet,neq; facit fru-
ctus ſuos; ideo dominus rei non dicitur cõmittere furtum ; quia
6 in re ſua non cadit.Rom.*d.conſ.150.In propoſita,in princ.* † Et dicitur
rapina improbiſſimum furtum.Rom.*d.conſ.144.in princ.nu.2.* & ꝙ
rapina veniat in cumulatione furtorum, vt ſi quis fecerit duo fur-
ta,& vnã rapinam, poſſit ſuſpendi, prout ſi tria furta feciſſet. Boſſ.
7 *de furtis,n.23.*†Differunt autem furtum,& rapina; quia rapina non
poteſt fieri ei,qui non poſſidet; ſecus in furto clandeſtino, & ideo
requiritur probatio poſſeſſionis, vt rapina habeat locũ. Bald.*conſ.*
8 *98.Ego præſuppono.lib.5.*†Rapina requirit dolum; ideo ſi fiat ex iuſta
cauſa,quæ excuſat à dolo; imo iniuſta cauſa excuſat, vt non ſit pu-
nibilis.Rom.*d.conſ 150.n.2.& 3.*vbi apoſt.in *ver.iuſta.* Vide, *Rapina*
9 *quid ſit.Concl.3.* † Proprie furtum eſt contrectatio rei alienæ frau-
dulenter,& animo lucrandi inuito domino, & vbi non conuenit
hæc diffinitio,non cadit furtum,plene Marſil.*conſ.40.n.12. & ſeq.*
& eſt text.in *l.1.ff.de furtis.*Rom.*d.conſ.144.Inquiſitio,in princ.* Alex.
*conſ.127.Viſa inquiſitione.nu.*8.*lib.*4. quod eſt Vincentii Palæotti,al-
legat *d.l.1.ff.de furtis*,& ſubſcripſerunt Alexand.*conſ.*128.& Anto-
10 nius de Prato veteri *conſ.129.eodem lib.*4.vbi late idem, *in princ.*† Et
differunt,quod is, qui ſubripuit ſcripturas ad ſuaſionem alterius,
quæ non afferunt ſibi cõmodum,ſed cauſa videndi,& accommo-
dandi alteri habẽti intereſſe,vel ſi ipſe ſubripiens habet intereſſe,
non dicitur cõmittere furtum, neq; ſuadens, ſed tenetur iniuria-
rum actione,ita plene dicti tres conſulentes Vincentius Palæot.
*inter conſilia Alexand.conſ.*127.Alex.*conſ.* 128. & Anto. de Prato ve-
11 teri *conſ.129.lib.*4.vbi multa congerunt ad hoc.†Idem,ſi quis eſſet
creditor alterius,à quo non poteſt ſatisfieri,ſi aliquid ſuo debitori
ſubripuit,vt ſibi ſatisfiat,non committit furtum; quia non animo
lucrandi.Alex.*d.conſ.127.n.8.lib.4.& conſ.135.num.2.lib.*1.& Ant.de
Prato veteri,cuius eſt *conſilium Alexand.129.Pulchre.nu.4.ver.tamen*
*concludit.lib.*4.vbi apoſt.in *ver.d.bitum.*citat Cæpol.*conſ.crim.26.n.*
12 *15.& ſeq.*qui hoc confirmat plene.†Idem,ſi quis delet inſtrumen-
tum alienum animo lucrandi; quia erat contra delentem, cõmit-
tit furtum; ſecus,ſi delet ſine lucro animo iniuriandi,quia tenetur
13 actione iniuriarum.Alexan.*d.conſ.127.n.9.ver.accedit.lib.*4. † Vide
tamen ſingularem text.in *l.ſi quis ſeruo. C. de furt.* vbi furtum etiam
14 fit de re domini ipſo volente in odiũ corrumpentis ſeruos.† Pro-
prie autem furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino; &
ideo ſi quis agit furti contra retinentem ſcripturas, quæ propriæ
non ſunt agentis,debet ſuccumbere.Cuman.*conſ.42. Viſo proceſſu*
*in princ.*Clar.in §.*finali,q.38.n.16.verſ.tu ſcis,&* §.*furtum.nu.*21. vbi,
an contrectans furando rem alienam,puta Mediolani,& portans
ſecum rem furatã Ferrariam, poſſit puniri Ferrariæ,& allegat pro
* 15 vtraq; parte commnnem,*& multa iura,vide eum.†Vel eſt contre-
ctatio rei alienæ frauduloſa lucri faciendi gratia,vel ipſius rei, vel
etiã vſus poſſeſſionis.*l.1.*§.*furtum.ff.de furt.*Clar.in §.*furtũ,in princ.*
16 †Et qui contrectauit rem propriam,non poteſt cõmittere furtũ,
etiam ſi fateatur millies furtum commiſiſſe,late Rom.*conſ.113.Pro*
17 *diſcuſsione,per totum*,vbi multa allegat,& *conſ 150.In Propoſita. n.2.* †
Et in dubio cõtrectatio rei alienæ præſumitur inuito domino fa-
cta.*l.qui vas.*§.*vetare,ff.de furtis*, vbi ſufficit, ꝙ dominus non cõſen-
18 tiat,alias omnes fures excuſarentur.Alex.*conſ.129.n.4.lib.*4.† De-
19 clara,niſi alia coniectura concurrat.Alex.*d. conſ.129.n.4.lib.*4.†
Et quia qui non contrectauit, vel non amouit rem de loco ad lo-
cum,non dicitur feciſſe furtum.Cuman.*d.conſ. 42.in princ.* Vide,
20 *Damnum differt à furto.Concl.*5.†Et ideo vendens rem alienam non
præiudicat domino,neq; furti tenetur, niſi contrectauerit.*l. alie-*
*num.C.de furtis* vendens vero ſeruum,quem nutriendum ſuſcepe-
21 rat,ſi tradidit,tenetur actione furti.*l.ſi ſeruum.C.eodem tit.*†Furtum
dicitur graue delictum,quando eſt commiſſum in re magni valo-
* ris,alias ſecus,communem*dicit Clar.in §.*furtum,n.6.ver.quæro*,
& eſt text.& ibi Doctores in *l.ſi libertus.ff.de furtis.l.reſpiciendum.*§.
*furta.ff.de pœnis*,plures citat Iaſon in *l.cũ ſeruus.n.7.& ſeq.* vbi, quod
dicitur enorme furtum,ſi eſt in re magni valoris, vel etiam in re
modica,quando adeſt graue ſcandalum; tamen tuetur, quod fur-
ca nõ poteſt ſuſpendi,niſi per iudices ſupremos *ff.de cond. cauſa da-*
22 *ta*, vide eum. † Declara; quia furtum non dicitur graue delictum,
quãdo eſt ſimplex; ſecus ſi qualificatum,puta cum fractura. Aret.
23 *conſ.116.Viſo puncto,in fine.*†Idem; qa in modico non eſt graue, niſi
ſit cum fractura pacis publicæ,apoſt.ad Bart.in *extrauag. qui ſint re-*
*belles, in ver. rebelles, in pr.in verſ.modice.* allegat Iaſon. in *d.l.cum ſer-*
*uus.ff. de condict. ob cauſ.* † Duo ſunt genera furtorum,videlicet ma-
nifeſtum,& non manifeſtum.*l.furtorum.ff.de furtis.* † Item furtum 24
eſt nomen generis,& comprehendit rapinam,expilatam hæredi- 25
tatem,& omne genus furti,& continet furtum in ſpecie,& quan-
do ſtatutum loquitur de pœna furti,debet intelligi in ſpecie; quia
genus de ſe non eſt punibile.Cæpol.*conſil.71.num.*14. Corrad.*de*
*furt.num.*8.vbi late omnes ſpecies enumerat. † Manifeſtum eſt,
quando fur deprehenditur cum ipſo furto.*l. fur manifeſtus.ff.de* 26
*furtis.* † Item rapina,quæ fit violenter reſiſtentibus de re immo-
bili,dicitur furtum manifeſtum. Roman.*conſil.150.num.5.ver.ſe-* 27
*cundo principaliter.*†Extende; quia is,qui videtur, dum furatur, di-
citur fur manifeſtus , licet non deprehendatur cum re furata. 28
Clar.in §.*furtum,in princip.* vbi dicit communem.* †Contrarium *
tamen videtur tenere idem Clar.in §.*fin.quæſtion.*82.*in ſexto ſtatu-* 29
*to*,dum dicit, quod non dicitur comprehendi in ſtatuto portans
arma,niſi deprehendatur cum armis. Vide Concluſionem pro-
ximam ſequentem.

## Furtum largo modo committitur multis caſibus, & quando non. Concl. 553.

FVRTVM † largo modo comprehendit etiam crimen expilatæ 1
hæreditatis, licet ſint diuerſi tituli , & proprie vnum non ſit
aliud, ita Cæpolla *conſilio criminali 67.num.* 9. & raptus eſt furtum
violentum. Cæpolla *conſil.71.num.* 9. vbi,quod improprium eſt
furtum,expilatio,& alia delicta habentia ſpecialem titulum.† Et 2
nouerca poſt aditam hæreditatem aliquid ſubripiens tenetur in
duplum,vel quadruplum actione furti,*leg.de iis. C.de furt.* † Am- 3
plia; quia procurator reuocatus exigens poſt reuocationem ſci-
enter pecunias domini tanquam non reuocatus , dicitur com-
mittere furtum.Cuman.*conſil.42.in princip.* † Et quod procura- 4
tor reuocatus , vel ſine mandato teneatur furti de pecuniis dolo
malo exactis,eſt text.& ibi gloſ.quæ declarat in *leg. falſus. Cod. de*
*furtis*,vbi diſtinguit plures caſus , & limitat , quando dominium
eſt tranſlatum. † Extende; quia exigens Prælatus, vel alius 5
pecunias alienas ſciens,dicitur committere furtum. Ancharan.
*conſil.158.in princip. ver. cum ergo.* † Amplia; quia qui vtitur re pi- 6
gnorata furtum committit,*leg.ſi pignore.ff.de furt.*idem, ſi alteri ac-
commodauit, vt ibi; imo etiam dominus , qui dedit rem pignori,
ſi vendat,& contrectat,furtum committit.*leg.ſi is, qui pignori.ff.de*
*furtis.* † Amplia; quia portans pecunias meas matri meæ,ſi pater 7
pro ſe expendit,committit furtum.*l.ſi is,cui.C.de furtis.*Idem in eo,
qui recipit pecunias,vt creditori meo ſoluat; quia committit fur-
tum,ſi contrectat.*l.ſi mandauero.*§.*ſi tibi centum.ff.mand.* vbi diſtin-
guitur.†Amplia in exactore tributorum,qui ab eo, qui ſoluerat, 8
exegit,& ſeruum venum dedit.*leg.etiam. Cod. de furtis*, vbi,quod
tenetur furti,& vendita res non poteſt præſcribi.† Declara; quia 9
in furto,in quo acceſſit primo loco conſenſus Domini, prout in
pignore,commodato,depoſito, & ſimilibus , ſi credidit domi-
num permiſſurum,non committitur furtum.*l. qui re ſibi commo-*
*data,ff. de furt.* plene Ioan.Fabri, Aretin.& alii in §.*furtum.Inſtit.de*
*oblig.quæ ex delicto.*†Amplia; quia recipiens equum accommoda- 10
tum pro vno loco,& conducens ad alium locum ſine licentia do-
mini,tenetur furti.*Inſtit.de oblig.quæ ex delicto naſcunt.*§.*furtum,*ple-
ne Menoch.*de arbit.caſu 398.in princ.* † Declara,niſi crediderit do- 11
minum permiſſurum,quod eſt arbitrarium iudici, & ſtatur con-
iecturis.Menoch.*d.caſu 398 n.2.& ſeq.*† Reſtringe, quando con- 12
duxiſſet equum ad vecturam; quia tunc excuſatur à furto, ex quo
tacite videtur cogitaſſe reconducere, & dominum permiſſurum.
Bart.in *l.item quæritur.*§.*fin.in vltima colum.ff.locati.* non tamen eſt
ſine culpa.Alber.in *l.qui rem ſibi.ff de furtis.*† Amplia; quia condu- 13
ctor rei mobilis finita locatione ſi retinet rem, & non reſtituat,
committit furtum.Ruin.*conſil.99.in fin.lib.5.* † Amplia in depoſi- 14
tario, commodatario,& aliis,qui rem negant reſtituere habitam;
quia tenentur actione furti, vt per omnes* in *l.rem, quæ nobis.ff.de* *
*acquir.poſſ* vbi Iaſ.*nu.10.& ſeq.* declarat, quod eſt furtum large,ſed
non proprie,niſi ſequatur contrectatio; quia ſola negatio non in-
ducit furtum,& quod ſit furtum , ſi contrectatur res accommo-
data,Ruin.*conſ.99.n.2.& ſeq.lib.5.*Corn.*conſ.260.n.2.lib.3.* Menoc.
*de arbit.caſu 298.in princ.*†Et habetur pro negante,ſi non docet ad- 15
miniſtrator legaliter veritatem. Alex.in *l.inficiando.nu.4.ff.de fur.*
Crau.*conſ.287.n.2.*Boſſ.in *tit.de furt.n.45.* † Extende; quia furtum 16
cõmittit,qui indebitum ſolutum recipit.Corn.*conſ.121.n.17.lib.2.*
†Extende; qa furtum cõmittit habens rem pignoratã, ſi illam al- 17
teri

teri accommodat. l. fullo. in prin. ff. de fur. l. ſi pignore, in prin. & §. 1. &
18 l. interdũ, la prima. ff. eod. † Declarat; quia ad hoc, vt inducatur furtũ,
requiritur contrectatio rei alienæ animo lucrandi, & inuito do-
mino; ideo ſi dominus verus rei conſenſiſſet, non releuat, ꝙ poſ-
19 ſeſſor, qui pignorauit, diſſentiat, ita Corne. conſ. 260. in fin. lib. 3. †
Reſtringe in depoſitario pecuniæ numeratæ; quia poteſt illa vti,
20 nec committit furtum. Capel. Tholoſ. deciſ. 168. † Reſtringe; quia
non cõmittit furtum is, qui in vſum proprium conuertit pecuniã
ſibi traditã in depoſitum, qñ eſt in quantitate, non autem in ſpe-
cie Bart. in l. eius qui. §. quas vero, & ibi Iaſon. n. 6. & 7. ff. ſi cert. pet. Al-
beric. in l. inſiciando. num. 3. & 4. ff. de furtis. Caſtr. conſ. 141. n. 4. lib. 1.
Crauett. conſ. 241. n. 8. ver. quinimo. Bertaz. conſ. 224. n. 18. & ſeq lib. 1.
21 † Declara; quia reſtrictio procedit, qñ pecunia numerata deponi-
tur ad effectum ſolum illam retinendi in depoſitum ad voluntatẽ
deponentis; non enim cõmittitur furtum, ſi expendit pro ſe, & ita
ꝓcedit reſtrictio; ſecus ſi deponatur ad effectum, vt ſoluat in certã
cauſam deponentis; quia ſi non ſoluit in cauſam deſtinatam, ſed
in vſus ſuos cõuertit, furtum committit. l. ſi is, cui, vbi Bald. in ſum-
mario, C de furt. & in l. ſi mandauero, la ſeconda. § ſi tibi centum. ff. mand.
Corrad. in praxi tit. de furibus. n. 7. in fin. in 30. ampliat. Clar. in §. fur-
tum. ver. poſſet etiam. Bertaz. conſ. 412. n. 2. Surd. deciſ. Mantuana. 304.
22 n. 14. † Declara tamen, quia talia furta, quæ habent originẽ à con-
tractu, non dicuntur inhoneſta, ita puniri debeant ſeuere, ſed mi-
tius ſunt punienda, ita Corne. conſ. 274. Inſurgit. n. 6. lib. 3. ſequitur
23 Cotta in memor. ſuis in verb. furtum. † Imo, quod ſint puniendi ciui-
24 liter tantum, dicit Bonif. Vitali. tit. de furibus. & latron. n. 26. † Limi-
ta; quia non ſemper contrectans rem alienã committit furtum,
prout in ſubripiente inſtrumentũ; nam ſi animo lucrandi, eſt fur-
tum, ſi animo celandi veritatem, eſt falſum, ita Corne. conſ. 45. nu.
25 4. lib. 3. † Limita in re locata, qñ eadem res debet reſtitui; ſecus ſi
ferrum, argentum vel aliud ſimile, quod debet reſtitui in eadem
ſpecie generaliter, vt ſi dedi aurum, vt vas fieret, quia non eſt fur-
26 tum l. in naue. ff. locati. † Limita generaliter, vbi ꝓcedit contractus
ſocietatis, vel alterius facultatis; quia furtum dicitur domeſticũ,
quod non punitur pœna mortis, vel ordinaria. Marſil. conſ. 26. in
princ. per tex. in l. reſpiciendum. §. 1. ff. de pœnis. & quod ſocius non di-
catur cõmittere furtũ, ſi habet animũ reſtituendi, plene Bertazol.
conſ. 129. in princ. & per totum, vbi nu. 13. quod dolus purgatur per a-
ctionem ciuilem ex contractu orientem. allegat. Bald. conſ. 14. Fi-
liusfamil. n. 1. & ſeq. lib. 1. Natta conſ. 588. n. 10. & ſeq. & inferunt hoc
Io. Fabri, Areti. & alii in §. furtum autem. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto,
vbi gloſſa dicit, quod primus conſenſus domini multũ operatur,
quod potuerit cogitare dominum permiſſurum; ſecus ſi omnino
deficit primus conſenſus domini, & vide circa hæc Crauett. conſil.
6. n. 105. Rolan. à Vall. conſ. 75. n. 31. lib. 1. Caſtr. plene conſ. 412. nu. 4.
27 lib. 1. † Declara; quia furtum habens originem à contractu purga-
tur, ſi dominus agere incepit actione ex contractu, prout è con-
uerſo ſi agit actione furti, non poteſt agere ex contractu. l. ſi is cui
28 commodata. ff. de furt. † Et idem eſt, ſi commodatario fuerit res ſub-
tracta; quia poterit agere cõmodans vel contra cõmodatariũ, vel
contra furem, & electa vna via alia ceſſat, niſi ignoranter fecerit. l.
29 fin. C. de furtis. † Declara; quia furta, quæ habent ab initio cõſenſum
domini, puniri poſſunt prout alia furta, Corrad. tit. de furibus. n. 7.
30 † Imo etiã furta domeſtica multiplicata per ſeruum, licet modicæ
ſummæ, furca puniuntur, Auguſt. in addit. ad Ang. ver. etiam veſtem
31 cæleſtem, n. 34. † Et idẽ in rebus amotis, vel furto vxoris facto mari-
to, Ang. vbi ſupra. n. 33. & ibi apoſtilla, & Boſſ. tit. de furtis, n. 23. vbi,
quod licet actio rerum amotarum, & furti ſint diuerſę; tamen cu-
mulantur, & quod nunquam ad excuſandum furem, qui tria furta
fecit, potuit obtinere, & maxime, quando ſunt maiora, prout ra-
32 pina. † Contrarium Cæpolla conſ. 71. n. 8. & ſeq. vbi, quod in pœna-
libus non fit extenſio, & quod crimen expilatæ hæreditatis non
cumulatur, & Menoch. de arbitrar. caſu 300. n. 3. quia iſtud crimen
* non eſt furtum, & communem * dicit Bonacoſſ. in ſuis concluſ. §.
furtum, & quod ita obtinuit; & ſaluauit quandam mulierem à pœ-
na ſtatuti. Vide Concluſionem proximam præcedentem, & Con-
cluſ. prox. ſeq.

## Fures & latrones ſunt multiplices, & de ſingulis ſpeciebus, & in quo differant. Concl. 554.

1 FVRTVM † eſt contrectatio fraudulenta rei alienæ, inuito domi-
2 no. Ang. Aret. conſ. 65. Clarum, quod. nu. 14. † Et fures aliqui ſunt
ſimplices, aliqui famoſi, & aliqui violenti. Menoch. de arbitr. caſu
3 296. Corrad. in prax. tit. de furt. nu. 8. † Sacculatii. & Directarii, qui
ſe in aliena cœnacula dirigunt furandi cauſa, pluſquam fures ſim-
plices puniri debent; ideo aut ad tempus in opus publicũ damnã-
tur, aut fuſtibus cæſi dimittuntur, aut ad tempus relegantur. l. ſac-
cularii. in princ. ff. de variis, & extraord. crimin. Fulgoſ. conſ. 157. n. 2. ver-
ſic. & probatur. † Plagiarii fures ſunt, qui emunt homines liberos, 4
ideo furti tenentur vendentes, & ementes, & plagiarii ſunt. l. ſi ab-
ducta. C. de furtis. † Incendiarii fures etiam pro primo furto ſuſpen- 5
duntur de conſuetudine. Clar. d. §. furtum. n. 8. ver. fures autem incen-
diarii. † Item fures ſacrilegi, quando ſacrilegiũ eſt notabile. Clar. §. 6
ſacrilegium. n. 3. † Expilatores, qui ſunt fures atrociores, ꝙ̃ ſint ſim- 7
plices fures, in opus publicum perpetuo, vel ad tempus damnan-
tur. Honeſtiores vero banniuntur, vt l. 1. §. expilatores. ff. de effract. &
expilat. Fulgoſ. d. conſ. 157. n. 2. verſic. rurſum. † Receptores rerũ fur- 8
tiuarum tenentur actione furti. l. eos. C. de furtis. † Effractores rele- 9
gantur; vel banniuntur, ſi ſunt honeſtiores, viles in opus publicũ
damnantur, Fulg. d. conſ. 157. n. 2. ver. item etiam fractores. Menoc. ca-
ſu 299. vbi plene. † Vide alios apud Menoch. de arbitr. caſu 296. ꝑ ut 10
balneárii nocturni. † Furtum familiæ, de quo in tit. ſi familia furtũ 11
feciſſe dicatur, quod eſt, quando plures ſerui aliquid furati ſunt, ſi ci-
uiliter agitur, dominus liberatur exhibendo vnum ſeruũ pro no-
xa; ſi vero criminaliter agitur, omnes tenentur, & exhibitio vnius
non liberat alios, ſecundum * cõmunem, Clar. in d. §. furtum, in fin. *
verſi. non attingam. † Vide plures ſpecies furum apud Corrad. tit. de 12
furtis, n. 8. vbi enumerat plurimos. † Vide plene Menoc. caſu 296. 13
& ſeq. vbi de multiplici ſpecie furum diſſerit. † Expilata hæreditas 14
largo modo eſt furtum. Cæpol. conſ. 67. nu. 9. videlicet in genere,
ſed tamen non proprie. Cæpol. conſ. 71. nu. 8. † Rerum amotarum 15
actio, quæ datur inter virum & vxorem pro furto, dicitur furtum.
Boſſ. in tit. de furtis, n. 23. † Latrones vero, & graſſatores viarum, qui 16
cum ferro aggrediuntur, capite puniuntur. Fulg. d. conſ. 157. n. 3. &
eſt text. in auth. ſed nouo. C. de ſeruis fugit. vbi dicitur, quod fures, qui
ſine armis, latrones, qui cum armis, & violentia aggrediuntur. † 17
Et dicuntur latrones aſſaſſini ſtratarum, qui per vim deprædan-
tur. Iaſ. §. ex maleficiis. Inſt. de actio. n. 6. & ſeq. Vide, Latro publicus, &
famoſus quis dicatur. Concluſ. 14.

## Furtum & rapina excuſatur multis modis. Concluſio 555.

SOCIVS † licet poſſit committere furtum in re communi con- 1
tra ſocium; tamen ſi auferat res cõmunes animo conſeruandi,
& celandi, donec ira ſocii patiatur, vel ne vim ab eo patiatur, non
dicitur committere furtum; ideo puniri non debet, etiam ſi fre-
gerit oſtium domus, vbi erant bona communia. Bald. conſ. 410. In
cauſa. & quæſt. nu 4. ver. & ad euidentiam, vſque in finem, lib. 2. Marſil.
conſ. 26. in princ. Angel. Aretin. conſ. 65. Clarum, quod. nu. 9. & ſeq. ver-
ſic. ſecundo poſito, vbi, quod ſi per dolum, vel fallaciam animo ſub-
ripiendi res communis accipiatur. † Declara; quia amotio rei po- 2
teſt cum dolo & fraude fieri de loco ad locum, & ſine fraude, &
in dubio ſocius potius præſumitur animo conſeruandi & cuſto-
diendi rem communem amouere, quam furandi, maxime, quan-
do fecit palam, & publice, & de die, Angel. Aretin. conſ. 65. Clarum,
quod, n. 14. & ſeq. ver. ſed tamen his non obſtantibus, per totum. † Amplia; 3
quia furtum non cõmittitur, niſi fiat contrectatio rei alienæ, ani-
mo lucrandi, l. 1. in fine & l. ſi iuſſu. §. ſi rem meã. ff. de furtis, plene Mar-
ſil. conſ. 35. num. 11. & conſ. 60. num. 13. Alexan. plene conſil. 127. num.
7. lib. 4. † Extende, quia furtum non committitur ſine affectu fu- 4
randi. Inſtit. de furt. §. placuit. † Amplia; quia is, qui rem ablatam ex 5
aliqua cauſa deſcribi facit, vt reſtituat domino, cum ſciuerit, non
dicitur furtum committere; & idem quando ex aliqua iuſta cau-
ſa poteſt excuſari. Bald. d. conſ. 410. n. 4. ver. præterea lex expreſſa, lib. 2.
vſque in fin. † Amplia; quia furtum non committit, qui pecuniam 6
accepit, vt alteri deferat, ſi in ſuum vſum conuertit; quia ſi pecunia
datur numerata, transfertur dominium in recipientem. Bart. &
ibi Iaſon in l. eius, qui in prouincia, nu. 5. & ſeq ff ſi certum petat. §. quas
vero. Caſtr. conſ. 141. Viſa quadã, n. 4. lib. 1. Deci. conſ. 6. col. 2. verſ. ſecun-
do iſta concluſio. Crauett. conſ. 366. n. 6. † Contrariũ tenet Chaſſan. in 7
conſuetud. Burgun. §. 5. pag. 39. per text. in l. ſi mandauero tibi. §. ſi tibi de-
dero. ff. mand. & Ioan. de Imola in l. Caſſius, ff. de ſolut. & in l. ſi tibi. ff.
de donat. qui dicit, quod non potuit liberare reum, quin ſuſpen-
ſus fuerit, per text. in l. ſi is cui, C. de furtis, l. ſi mandauero. §. ſi tibi cen-
tum. ff. mandati. † Declara tres caſus, vt per Dec. d. conſ. 6. in fine. quia 8
ſi ſtatim debet reſtituere, non habet locum. † Amplia in eo, qui 9
recipit in cuſtodiam res furatas; quia ſi animo reſtituendi, quod
poteſt probari ex bona fama, vel quia deſcriptionem fecit, non
tenetur de furto, neque de receptione rei furtiuæ. Bald. dict. conſil.
410. num. 5. ver. porro tamen. lib. 2. per tot. † Amplia; quia furtum non 10
committitur ſine animo furandi. Crauett. d. conſ. 366. n. 7. & conſi.

11 446.*nu.5*.Alex.*conſ.135.Circa primũ,n.3.ver.ſecunda ratio,lib.1*.† Am-
plia;quia aſſociantes furem non tenentur pœna furti. Cæpol.*au-*
12 *thent.ſed nouo,n.79.C.de ſeru.fugit.*† Amplia; quia is,qui credidit ſe
dominum,&rem vti propriam violenter rapuit,non tenetur pœ-
na furti;quia quælibet cauſa etiã non iuſta excuſat à furto, in quo
requiritur dolus ad hoc,vt criminaliter de furto habeat locũ pœ-
na.Bald.*conſ.345.Ille,qui iuſta ratione,lib*.4.Vide,*Excuſatio à pœna, &*
13 *dolo ex quibus indu.atur.Concl.468.*† Extende;quia etiam error iuris
excuſat à pœna criminali furti.Bald.*d.conſ.345.in princ. & per totum*
*lib*.4.Crauett.*d.conſ.446.n.7*.Vide, *Error iuris non excuſat, & quan-*
14 *do ſecus.Concl.320*.† Extende, vt idem ſit;quia ignorantia excuſat à
furto;ideo operarii cõducti ab eo,quem credebant eſſe dominũ,
etiam,quod damnum intulerint,& aſportauerint rem alienã, ex-
15 cuſantur.Bald.*conſ.345.in fin lib*.4.† Amplia;quia furtum & rapina
requirit dolum;ideo ſi non probatur dolus,quis non tenetur,vel
ſaltem quælibet iuſta cauſa excuſat à dolo.Bald.*conſ*. 98. *Ego præſup-*
16 *pono.lib*.5.† Amplia;quia emens rem furtiuã non tenetur de furto,
niſi probetur ſcientia, q; eſſet res furtiua, & in dubio ignorantia
17 pſumitur.Fulg.*conſ.175.Viſis teſtium,n.1.ver.primũ quoniam.*† Decla-
ra;quia bene tenetur reſtituere domino rem furatã, & non recu-
perat ab eo pretiũ; etiam ſi tempore emptionis ꝓteſtatus fuiſſet,
ſe emere nomine domini,quatenus ſit furata,ita Clarus *d §. furtũ,*
*n.26*.vbi hoc vltimum nõ affirmat;ſi res non extat, tunc reſtituit,
18 in quantum factus eſt locupletior,&non vltra.† Extende;quia eo
ipſo,ꝙ res furtiua deprehenditur penes emptorem, non inſurgit
19 præſumptio contra eum,Fulgoſ.*d.conſ.175.nu.2*.† Reſtringe in re-
20 cipiente rem furtiuã in pignus ſcienter.Io.de An.*conſi. 70. nu.2*.†
Declara,niſi eſſet homo malę opinionis;quia eo ipſo,quod penes
eum reperitur res furata,niſi det authorem, eſt indicium contra
* eum ad torturã, quod ipſe derobauerit, cõmunem * dicit Clar.§.
21 *furtum,n.5.verſi ſed nunquid*.† Amplia; quia furtũ excuſatur,ſi pro-
baret fur,quod ille,cuius res furata eſt,eſt debitor ſuus, & quod
ab eo creditum ſuum conſequi non poterat; quia tunc licitum, &
* impunitum efficitur furtum,cõmunem*dicit Clar.in *d.§.furtum,*
22 *n.20.ver.excuſatur*.† Extende; quia creditor, cui non poteſt aliter
ſatisfieri à ſuo debitore,poteſt bellũ indicere, & rem æquiualen-
tem debitoris ſubripere,dummodo malum,& ſcandalũ non cau-
ſetur,ita tenet Innoc.in *ca. olim.il primo,de reſtit.ſpol*.cum aliis alle-
gatis per Alexan.*conſ.135.Circa primum,in prin.lib*.1.vbi,quod ita te-
nent Theologi;quia filii Iſrael propter mercedem ſibi debitã lici-
te ſubtraxerunt ab Ægyptiis,& apoſt.plena ad Alexand. ibi in *ver.*
23 *imo Paulus*,citat plurimos concordantes.† Contrariũ tenet Alex.
*d.conſ.135.ver.& licet prædicta vera,in princ lib*.1.vbi,quod dictum In-
noc.eſt periculoſum, & procedit ſolum, qñ copia iudicis haberi
non poteſt,alias ſi fieret furtũ cum fractura,eſſet delictum,&quia
24 ſcandalum oriri poteſt.† Declarat Alexan.*d.conſ.135.col.2.in fin. &*
*per totum ver.circa tertium,lib*.1.quod non debet puniri,niſi in pœna
extraordinaria,prout in amiſſione crediti;quia ſatis cõſtat, quod
non animo furandi,ſed ſibi ſatisfaciendi,& loquitur in ſerua,quæ
cum fractura ſubtraxit ſcut.41.Domino debitori pro ſalario duo-
25 decim annorum.† Amplia, etiam ſi rem furatam probet de con-
ſenſu domini;quia non conuenit diffinitio furti, quæ eſt contre-
ctatio rei alienæ inuito domino. Clar.*d.§.furtum n.21.verſ.item ex-*
26 *cuſatur*.† Extende;quia ſi dominus excuſaret furẽ, & atteſtaretur,
quod de ſuo conſenſu fecit,non poſſet puniri,ita Corn.*conſ.* 260.
27 *in fine,l.b.3*.† Contrarium verius eſt;quia non ſtatur aſſertioni do-
mini,Bart.& alii in *l.inter omnes §.recte.ff.de furtis*,qui communiter
approbatur,vt per Clarum *d.§ furtũ,n.21*.Abb.*conſ.106. Viſa qua-*
*dam,col.2.verſic nec obſtat confeſſio,lib*.1.vbi idem dicit in cuſtode ga-
bellæ;quia non præiudicat Communi,ſi dicat eum, qui incidit in
commiſſum,non animo fraudandi feciſſe, & in furto plene Ro-
man.*conſ.506.In repræſenti,n.7.& ſeq.ver.quoad ſecundum*, vbi, quod
poſſet fieri fraus legi,& Reipublicæ; ideo non valet contra præ-
28 ſumptionem iuris. † Declara tamen;quia ſi vltra confeſſionem
domini adeſſet alia præſumptio, vel probatio; tunc bene excuſa-
tur,& ideo an ſufficiat,vel ne talis excuſatio,reſidet in arbitrio iu-
* dicis,ſecundum *communem,de qua Clar.*d.§ furtum, n. 21. in fin.*
vbi,quod tunc præſumptio conſenſus adiuuaretur, ſi fur eſſet cõ-
ſanguineus,vel dominus eſſet ſolitus talia permittere,vel res eſſet
29 modici valoris.† Amplia,quando furtum eſſet domeſticũ,*l. reſpi-*
30 *ciendum.§.furta.ff.de pœnis*. † Contrarium de conſuetudine ſeruari
dicit Clarus in *§.furtum,n. 22. ver.poſſet*. vbi dat plura exẽpla de fa-
mulis,& ancillis,qui fuerunt ſuſpenſi propter furta domeſtica, &
aliquando tranſmiſſi ad triremes. Vide exempla,& dicit,quod qñ
ſunt furta magni valoris,vel pluries multiplicata, debent laqueo
ſuſpendi;quia iudicantur tanquã graſſatores,& famoſi fures, niſi
eſſet res furata leuis,& idẽ dicit Boer.*deciſ.316*. vbi, ſi famulus ho-
die,& cras furatur, ſuſpenditur tanquam de magno. Alexan.*conſ.*
135.*Circa primum.nu.2.ver.circa ſecundum.lib*.1. vbi ſi furtum eſt ma-
gnum,punitur.† Declara;quia ſi ad furtum domeſticum interue- 31
nit extraneus,dicitur furtũ non domeſticum;ideo punitur,vt alia
furta.Boer.*deciſ.316.n.7*.† Et non dicitur furtum domeſticũ, licet 32
fur in domo habitet,niſi viuat expenſis furtum paſſi.Alex.*d.conſil.*
135.*nu.2.lib*.1 † Amplia,quando res furata eſt modici valoris.*l.ſcio.* 33
*ff.de in integr.reſtit*.† Contrarium,quod imo actio furti detur etiam 34
pro re modica,prout pro gallina,pullo; imo etiã pro vno ouo, &
dicit eſſe opinionem*frequentiſſimã,& in practica ſeruari Clar. *
*d.§.furtũ.n.23.ver.pariter*.† Declara;quia in caſibus, in quibus pœ- 35
na mortis imponitur ꝓ paruo furto, ex ſtatuto, vel de conſuetu-
dine,iudex poteſt mitigare pœnã.Boer.*d.deciſ.316.n.7*.† Declara; 36
quia furtum in modica re dicitur paruũ, niſi accedat fractura,vel
alia qualitas aggrauans:in re Principis fur efficitur infidelis,etiam
pro modica re.Bartol.in *extrauag.qui ſint rebelles, in ver. rebellis, in pr.*
vbi apoſt.in *ver.modice*.† Amplia;quia excuſatur furtum,neq; pu- 37
nitur,qñ ex cauſa neceſſitatis fit,puta tempore extremæ cariſtiæ,
communem*dicit Clar.in *§.furtum,n.24.ver.quandoque*.† Exten- *
de in tantum,quod is,qui ex neceſſitate furatus eſt, in foro fori 38
non tenetur ad aliquam reſtitutionem, etiam ſi deueniat ad pin-
guiorem fortunam;ſecus eſt in foro conſcientiæ,ita Clar.*d.§.fur-*
*tum.n.25.ver.ſed vidi*,vbi dicit*communem, licet etiam contrariã *
dicat*communem.† Amplia;quia is,qui fuit inquiſitus pro furto * 39
mille librarum,ſi lata ſententia reperiatur maior ſumma furti,pu-
ta duarum millium librarum, non poteſt amplius condemnari;
quia vnicum eſt furtum. Caſtr.*conſ.18. lib*. 1. vbi diſtinguit,quando
fuit facta accuſatio pro mille,& vltra;ſecus ſi pro mille tantum,&
ſint duo millia,vbi,quod bene poteſt agere ciuiliter; quia ſenten-
tia debet prodeſſe, & non adeſſe alteri, ad cuius fauorem eſt lata.
Vide Concluſionem prox.ſeq.

## Furtum poteſt eſſe quoad furem ; & tamen non erit furtum quoad dominum. Concl.556.

FVRTVM † committens in re mea, quam ego furtum commit- 1
tenti donauerã ante furtum,non tenetur de furto in foro con-
ſcientiæ,licet ipſe ignoraret rem ſibi fuiſſe donatam.Lap.*alleg.72.*
*Martinus & Petrus.num.2.verſic.vnde qui vadit*.† Amplia, vt quis non 2
cõmittat furtum,qui rem alienã ſubtrahit, credens facere inuito
domino,ſi dominus contentatur.Feder.de Sen.*conſ.13.num.3.ver.è*
*contra*.† Amplia,vt idem ſit in re derelicta; quia furans illã animo 3
furandi non committit furtum,niſi ſubſit,cui fiat furtum. Feder.
*d.conſ.13.nu.3.ver.è contra*,per *l.falſus.§.qui alienum.ff.de furtũ*.† Am- 4
plia,vt furtum,vel rapina purgetur ſine reſtitutione, etiam ꝙ res
remaneat penes furem,vel raptorem, ſi dominus poſt cõmiſſum
furtum,vel rapinam conſentiat.Feder.de Senis *conſ.18.in princ.qu.*
*talis eſt, & conſ.22. An vſurario,in princ*. vbi, ꝙ per remiſſionem,quã
facit dominus,cui debet fieri reſtitutio,liberatur fur, & raptor. † 5
Declara tamen;quia quoad pœnam perſonalem contra furẽ non
ſtaretur confeſſioni domini,quod ipſe eſſet contentus, niſi con-
currant aliæ præſumptiones , & coniecturæ pro veritate.Clar.§.
*fructum.n.21.ver. item excuſatur*. † Amplia;quia qui non poteſt ha- 6
bere animum lucrandi,non committit furtum;& ideo is, qui ha-
bet bona,& merces conſignatas per æſtimationem contrectando
non dicitur furtum committere;quia non poteſt lucrari.Bald.*con-*
*ſil.238.Verba accuſationis,n.3.verſi.ſuper tertio,lib.2*.† Amplia; q furtum 7
non cadit,niſi reſpectu poſſeſſionis;proprietas enim furtum
non admittit;& ideo non poteſt furtum intentare, qui poſſeſſo-
rium iudicium non intentat.Bald.*d.conſ.238. circa fin. verſ. prætere*
*conſideranda.lib.2*.† Limita;quia ſi committens furtum confitetur, 8
non ſtaretur domino dicenti de ſuo conſenſu fuiſſe commiſſum
furtum.Roman.*conſ.506.In re præſenti.num.7.& 8.verſ.quoad ſecun-*
*dum*.Vide Concluſionem proximam præcedentem.

## Furtum non dicitur in caſibus ſequentibus. Concluſ. 557.

QVI † compellit aliquẽ minis,vel quacunq; coactione,vt ſibi 1
aliquid tradat,& tradiderit,non cõmittit furtum; quia diffi-
nitio furti non conuenit,niſi adſit vis ſpoliatiua, vel ablatiua;ſe-
cus,ſi ſola cõpulſiua.Bero.*conſ.195.per totũ.lib.3*.† Credo,ꝙ ſit ſub- 2
tilitas;quia ſi cõpellit,ergo inuito domino contrectat; nec eſt ve-
rum,ꝙ traditione ex conſenſu domini purgetur; quia falſum eſt,
ex quo aufert violenter traditũ,& iſtæ ſubtilitates non intrant, vt
dicit Boſſius,q ponit plura ſimilia,quæ Senatus noluit admittere,
*tit.de furtis.nu. 23. & ſeq*. & ſi hæc via aperiretur,ſeruirent leges de
vento,

3 vento. † Auferens rem, quæ pro derelicta habita eſt, prout cæ-
menta domus dirutæ habita pro derelictis, non committit fur-
tum. Roman. *conſil.* 390. *Placet mihi, in princ.* vbi apoſtill. in *ver. pla-*
4 *cet.* dat concl. † Item ſi quis aufert rem alterius, confidens domi-
num voluntatem ſuam accommodaturum; quia non committit
5 furtum. Rom. *d. conſil.* 390. *in princ. ver. ſecundum vero.* † Contrarium
Bart. in *l. inter omnes* §. *recte. ff. de furt.* ſequitur Alex. *conſil.* 129. *Pul-*
*chre. num.* 4. *lib.* 4. quia omnes fures excuſarentur; quia ſemper di-
cerent credidiſſe dominum permiſſurum; ideo alia cauſa debet
6 probari. † Extende; quia vbi non committitur furtum in caſibus
prædictis, non poteſt confeſſio partis inducere furtum, etiam ſi
furtum vellet commiſiſſe, Rom. *d. conſil.* 390. *ver. nec dictum fatentis,*
*vſque in fin.* quia vbi repugnat natura, ibi confeſſio non operatur.
7 † In re propria non poteſt cadere furtum; ideo ſi quis confitetur
furtum commiſiſſe in re ſua, etiam quod ratificet, non poteſt con-
demnari; quia repugnat natura furti, quod eſt contrectatio rei a-
lienæ; item concurrit impoſſibilitas; ideo non poteſt nocere.
Rom. *conſil.* 113. *Pro deciſione, num.* 4. *& ſeq. ver. nec verum,* vbi apoſt. in
8 *ver. nocere,* & in *ver. requiſita,* quæ dat plurimos conc. † Reſtringe;
quia bene cadit in re communi. *l. rei communis, cum duabus ſeq. ff. pro*
*ſocio.* Alexand. *conſil.* 127. *Viſa. num.* 13. *& ſeq. lib.* 4. vbi dicit procede-
re, quando malo animo, & dolo rem communem ſubripuit, ſed
tamen in dubio non præſumitur iſte malus animus, & dolus.
9 † Imo, quod contra dominum pro parte rei locatæ non agat con-
ductor actione furti. Alex. *conſil.* 184. *num.* 7. *lib.* 6.

### Furtum factum fuiſſe qualiter probetur. Concl. 558.

1 PRobatvr † furtum factum, ſi quis acclamando ex feneſtra,
quod in domo fuit furatum, ſi conſtat de fractura, vel alio ſi-
gno derobationis, plene Alex. *conſil.* 53. *Viſo themate, num.* 2. *lib.* 2.
2 † Extende idem in ſtupro, & vulneribus in domo factis; quia pro-
batur per acclamationem vulnerati, & ſtupratæ. Maſcard. *concl.* 23.
3 *An acclamatio puellæ.* † Extende; quia quod furtum fuerit factum in
genere, & etiam in ſpecie, probatur præſumptionibus. Pariſ. *conſ.*
156. *lib.* 4. qui loquitur contra Communitatem, prout & Riminal.
Senior *conſil.* 156. *& conſil.* 154. *& ſeq. lib.* 1 Grat. *conſil.* 95. *nu.* 11. *lib.* 2.
*& conſil.* 96. *per tot. eodem lib.* Florian. *conſil.* 11. *nu.* 3. *& ſeq.* quia in iis,
quæ ſunt difficilis probationis, ſufficiunt coniecturæ, vel præ-
ſumptiones, vel etiam fama. Alex. *conſil.* 53. *per totum. lib* 2. vbi dicit
idem in caſu fortuito, impedimento accidentali, & ſimilibus, &
quod furtum ſit difficilis probationis, prout vſura; quia vſurarii,
& fures non adhibent teſtes, vt dicit Caſtillioneus *conſil.* 21. *num.* 3.
4 *& ſeq.* † Vide tamen Grat. *conſil.* 95. *in princ. lib.* 2. vbi, quod oportet,
quod probet res ſubtractas ibi fuiſſe, & per totum, qualiter pro-
betur furtum de nocte factum, & plenius *conſil.* 10. *in princ. eod. lib.*
5 quod eſt Galeatii de Gualdis de Arimino. † Declara; quia res ibi
poni ſolita præſumitur poſita in loco furti: item ſemel poſita præ-
ſumitur perſeuerata vſque ad furtum. Grat. *conſ.* 97. *n.* 8. *& ſeq. lib.* 2.
6 † Extende; quia furtum probatur, ſi repertum eſt oſtiũ apertum,
vel fractus murus loci, vbi repoſitæ erant res furatæ; quia licet
furtum non ſit caſus fortuitus; tamen eſt adeo difficilis probatio-
nis, quod coniecturæ, & præſumptiones plene probant furtum.
Florian. à S. Petro *conſil.* 11. *n* 3. *& ſeq.* vbi late Alex. *conſil.* 53. *Viſo the-*
7 *mate, num.* 2. *lib.* 2. *& conſil.* 24. *num.* 6. *eod. lib.* † Et per fugam famuli
probatur furtum cum adminiculis. Alexand. *d. conſil.* 53. *in princip.*
8 *lib.* 2. *& conſil.* 24. *num.* 6. *eod. lib.* † Declara; quia imo ſi reperitur fur
cum re furata, poteſt puniri, licet ignoretur dominus rei furatæ.
Alexand. *conſil.* 23. *Viſo proceſſu, num.* 2. *lib.* 6. allegat Bald. in *authent.*
*ſed nouo iure, col.* 3. *ver. & quid ſi apparet. C. de ſeruis fugit.* Angel. *de*
☞ *maleſ. in ver. hæc eſt quædam inquiſitio, in finalibus verbis.* Vide, *Perditio*
*rei qualiter probetur.* Concluſ. 275.

### Furti actio quibus detur, vel non, & quid poſſit furtum paſſus. Concluſ. 559.

1 ACtio † furti aduerſus furem datur non ſolum domino rei
ſubtractæ, & furatæ, ſed etiam ei, qui non eſt dominus, ſi ſua
intereſt furtum non fuiſſe factum. *l. is cuius, ff. de furt. l. ſi apes. in fine,*
2 *& l fullo.* §. *fragili. ff. de furtis.* † Et ideo datur colono actio furti per
prædicta, licet non ſit dominus fructuum, donec pendent. Alex.
3 *conſil.* 184. *In cauſa. & lite, num.* 7. *lib.* 6. † Declara tamen; quia licet
conductor agat actione furti contra ſubripientem fructus rei lo-
catæ etiam ad modicum tempus, *l. ſi apes. ff. de furtis,* tamen hoc non
habet locum contra eum, qui habet communionem, & partem
in re ab alio conſorte locata. Alex. *d. conſil.* 184. *In cauſa, & lite. nu.* 7.
4 *ver. & licet conductori, lib.* 6. † Actio furti duplex datur; vna pro in-
tereſſe priuato; alia ad pœnam pro intereſſe publico. Deci. *conſil.*
520. *in princ.* vbi facta remiſſione per Principem de latrociniis in-
telligitur quoad pœnam publicam in dubio; ſecus ſi conſtat de
mente. Rom. *conſil.* 203. *num.* 9. vbi loquitur in Hebræo. † Et hæc 5
pœna pro furto, quæ acquiritur Reipublicæ, acquiritur etiam in-
uito domino, vt dicit Bald. *conſil.* 348. *Stante ſtatuto, in princ. ver. iis*
*præmiſſis. lib.* 5. † Et propterea infertur, quod non ſtatur aſſertioni 6
domini, ſi dicat, quod de ſuo conſenſu fuit res ſubtracta, & contre-
ctata. † Amplia; quia noua actio oritur contra furem ex condu- 7
ctione rei furtiuæ in alieno territorio; ideo poteſt ibi puniri, ſicut
in loco furti. Bart. in *l ſi abducta. C. de furtis.* ſequitur Caſtrenſ. *conſil.*
424. *Quia ſcio. num.* 3. *verſic. præterea ex delicto commiſſo. lib* 1. *colum.* 3. *in*
*princ. & conſil.* 458. *Viſo caſu. num.* 2. *lib.* 2. Barbat. *conſil.* 33. *In primo du-*
*bio. lib.* 4. † Contrarium conſuluerunt Bald. Riccard. Salycet. Io. 8
de Lignano, & alii, quos citat Cæpol. *conſil. crimin.* 58. *nu.* 26. *verſic.*
*tertia quæſtio,* vbi dicit hodie hanc communem, * & veriorem con- *
tra Bart. & hanc partem tuetur Clar. *in praxi crimin* §. *fin. q.* 38. *n.* 16.
*in fin.* vbi plures pro vtraque parte allegat. † Declarare videtur Iul. 9
Clar. *d. q.* 38. *n.* 16. *in fin.* vt in eo, qui aufugit de vna Ciuitate ad aliam
cum rebus furatis, procedat ampliatio; quia eſt de territorio ad
territorium diuerſum. † Et idem dicit Caſtren. de eo, qui furtum 10
in Eccleſia, vel cæmiterio conducit, vt perdat immunitatem Ec-
cleſiæ; quia dicitur contrectare, & facere furtum in Eccleſia, quæ
eſt territorium ſeparatum à prophano. Caſtrenſ. *d. conſil.* 458. *nu.* 2.
*lib.* 2. † Amplia; quia paſſus furtum poteſt perquirere res ſibi fu- 11
ratas in domibus aliorum de licentia officialis loci, ſecundum
* communem, de qua Clar. in §. *furtum. num.* 3. *ver. quæro, nunquid,* *
vbi, quod ita etiam ſeruatur de ſtylo. † Contrariam ſententiam 12
communem dicit * Abbas in *c. qui cum fure. num.* 6. *de furtis.* † De- * 13
clara; quia officiales non debent concedere talem licentiam par-
tibus, ne ſequantur ſcandala, ſed debent mittere ſuos officiales
birruarios, qui perquirant etiam præſente parte derobata, ita
Clar. §. *furtum. num.* 3. & idem dicit in materia capturæ Clar. §. *fin.*
*q.* 28. *num.* 8. † Item poteſt obtinere excommunicationem contra 14
detinentes, & non reuelantes res furatas. Clar. *d.* §. *furtum. num.* 4.
*& in* §. *fin. q.* 27. *num.* 3. *ver. ſed quæro,* vbi, quod iudex Eccleſiaſticus
poteſt facere bannimenta ſub pœna excommunicationis, & re-
cipere reuelantes, dummodo non ſit perſona ipſa conuenta. † I- 15
tem poteſt obtinere bannimentum præmii indicanti rem furti-
uam conſtituti. Clar. vbi ſup.

### Furtum præſumitur, & contra quos. Concl. 560.

APeriens † valiſiam alienam clauſam præſumitur furtum fe- 1
ciſſe, & eſt ſufficiens indiciũ ad torturam. Anchar. *conſil.* 286.
*Ex prædicta. num.* 2. & quod iuratur in litem contra eum. † Amplia 2
in hærede habente cohæredem; quia ſi ſolus ſine teſtibus aperit
capſas, & accipiat bona hæreditaria, præſumitur ſubtraxiſſe bona,
& contra eum poteſt procedi ad torturam, & iuratur in litem cõ-
tra eum. Anchar. *d. conſil.* 286. *per tot.* vbi caſus, & dicit, quod debet
adhibere teſtes. † Amplia; quia is, apud quem res furata reperi- 3
tur, ſi eſt perſona malæ conditionis, præſumitur furatus; ſecus ſi
bonæ conditionis, & iſta præſumptio eſt ſufficiens pro indicio ad
torturam, ſed non ad condemnandum. Clar. in §. *furtum. n.* 5. *verſic.*
*ſed nunquid,* vbi dicit * communem Alexand. *conſil.* 205. *Ponderatis.* *
*n.* 5. *ver. ad confirmationem, lib.* 6. vbi in fin. quod non ſufficit ad con-
demnandum, & ibi apoſtill. in *ver. inferre,* dat concordantes. † Ex- 4
tende; quia imo eo ipſo, quod res furata reperitur penes aliquem,
ſi non docet, à quo habuerit, poteſt contra eum procedi tanquam
ſuſpectum de furto. Alexand. *d. conſil.* 205. *verſic. ad confirmationem.*
*nu.* 5. *lib.* 6. vbi apoſtill. citat eundem Alex. *conſil.* 50. *n.* 8. *lib.* 1. † Am- 5
plia; quia contra hoſpites, & caupones præſumitur furtum; ideo
ſi hoſpes reſtituat valiſiam apertam, non excuſatur, quod fuit de-
robatus, ſed contra eum datur iuramentum in litem ad fauorem
domini valiſiæ, & hanc communem, * & frequentiorem opinio- *
nem * dicit Clar. §. *furtum. n.* 27. *ver. pro complemento,* vbi dicit hanc *
ſibi magis placere, & ſeruari; quia caupones ſunt furaciſſimi.
† Extende, vt procedat, etiam ſi dominus valiſiæ in conſignatione 6
facta cauponi illam non aperuit, neque caupo ſciret, quid in ea eſ-
ſet. Clar. *d.* §. *furtum. nu.* 27. & dicit, quod gl. in *l.* 1. §. *fin. in ver. in naui.*
*ff. naut. caupo.* quæ tenet contrarium, * communiter reprobatur, vt *
per Iaſ. in *l. actionibus. nu.* 43. *ff. de in litem iur.* † Item, quatenus non 7
ſtaretur iuramento, poteſt prætor ex hoc ſolo torquere omnes de
familia cauponis, & ita ſeruari in multis locis dicit Clar. *d.* §. *fur-*
*tum. num.* 27. licet prima opinio ſibi magis placeat. Vide Concluſ.
prox. ſequentem. Vide, *Nautæ, caupones, ſtabularii tenentur pro famu-* ☞
*lis, & quando non.* Concluſ. 16. † Amplia, & limita in depoſitario re- 8
cipiente valiſiam clauſam, & ſignatam, ſi reſtituat apertam, & ſine
ſigno, iurat deponens contra eum, & ſtatur ipſius iuramen-
to. Maſcard. Concluſ. 507. vbi limitat quatuor modis,
vide eum.

## Furtum quando dolo, vel culpa cuſtodis præſumatur, vel non. Concluſ. 561.

1 FVRTVM † præſumitur in dubio factum non ſine culpa cuſto-
dis rei furatæ. Alexand. *conſil.* 45. *Habita ſuper iis, in princip. lib.* 1.
vbi, quod cuſtos & tutor propterea tenentur de leui, & ſic de fur-
to in dubio, & iſta eſt regula, vt per Grat. *conſil.* 94. *verſic. circa ſecun-*
2 *dum, num.* 29. *lib.* 2. † Reſtringe; quando furtum eſſet inſolitum, &
per feneſtram altam, per quam nullus cogitare poſſet factum, late
3 Grat. *dict. conſil.* 94. *num.* 39. *& ſeq. lib.* 2. † Reſtringe, quando cuſtos
eſſet bonæ conditionis, & famæ; item quando denunciaſſet do-
mino, vt prouideret; quia non tenetur, neque contra eum præſu-
4 mitur. Grat. *conſil.* 95. *num.* 26. *& ſeq & per tot. lib* 2. † Declarat Iaſon
*conſil.* 98. *inter conſilia Grati. lib.* 2. quod ſi probatur abeſſe dolum &
culpam; tunc cuſtos non tenetur; quia eſt caſus fortuitus, alias ſe-
cus; & idem dicit Socin. *conſil.* 99. *inter conſ. Grati. lib.* 2. quia ſi cu-
ſtos probet diligentiam, & abeſſe dolum, & culpam, non tenetur
de furto; quia eſt caſus fortuitus. Vide Concluſ. prox. præced.

## Furtum committit conſulens, mandans, vel adiuuans. Concluſ. 562.

1 FVRTI † pœna eadem tenetur is, qui mandat, vel conſulit
committi furtum, *l. furti, §. opem, in ver. recte, ff. de furtis.* Alexand.
*conſil.* 127. *Viſa inquiſitione, in princ. lib* 4. quod eſt Vincentii Palæot-
ti, vbi, quod conſuluit is, qui perſuadet, & impellit, atque inſtruit
2 conſilio ad furtum faciendum. † Extende; quia imo ſola perſua-
ſione quis tenetur de furto. *l. ſi quis ſeruo, C. de furtis.* Alexand. *d.*
*conſil.* 127. *num.* 3. *ver. accedat, lib.* 4.

## Furtum emendari debet à culpabili, & quando. Concluſ. 563.

1 LOCATOR † tenetur ad res furto ſubtractas conductori,
quando furtum fuit commiſſum per ſportellum dimiſſum a-
pertum de nocte culpa locatoris, per quod patebat aditus ad ca-
meras conductoris. Bald. *conſil.* 152. *Quidam locauit, lib.* 5. vbi, quod
ſola culpa ſufficit hoc caſu propter bonam fidem contractus lo-
2 cationis. † Extende, vt idem ſit in vicino, quando vicinus, fuit de-
robatus per feneſtram, vel oſtium dimiſſum apertum à vicino de
nocte. Bald. *d. conſil.* 152. *circa med. verſic. imo plus forte, lib.* 5. Vide,
3 *Damnum cauſans ipſum damnum dediſſe videtur.* Concluſ. 6. † Vide ta-
men; quia ſi miniſter paſſus eſt furtum in bonis domini, exhiben-
do furem liberatur, vt innuit Paris de Puteo *de ſyndic. tom.* 7. *fol.*
266. *§. Rectores, nu.* 2. facit Bart. in *l.* 1. *§. familiæ, & in § fin ff. de public.*
4 † Amplia; quia ſcienter recipiens rem alienam in pignus tenetur
reſtituere; quia committit furtum, & ſi recepit pretium, reſtituit;
quia imo furto tenetur, & actione furti poteſt conueniri, *l. ſi ſeruus*
5 *cuiuſdam, ff. de condict. indeb.* Io de Anania *conſil.* 70. *num.* 2. † Exten-
de, vt procedat etiam contra Iudæos, non obſtante priuilegio,
quod poſſint mutuare ſuper rebus furatis; quia intelligitur, dum-
modo non ſciant furatas, Io. de Anan. *d. conſil.* 70. *num.* 2. *vſque in fin.*
6 vbi, quod ſufficit ſcientia præſumpta. † Extende; quia Iudæus
vendens pignora, ſuper quibus mutuauit ad vſuras, non ſeruata
ſolemnitate ſtatuti, quod fiant bannimenta, & regiſtrentur, nul-
liter vendit, & tenetur pœna furti, quæ eſt dupli, vel quadrupli,
ſecundum qualitatem furti, & pœna hæc parti applicatur; item
pœna pecuniaria arbitrio iudicis fiſco applicanda, & dominus pi-
gnorum poteſt rem ſuam vindicare ab emptore. Rom. *conſil.* 203.
7 *Quoad primum, per totum.* † Amplia; quia furtum committit, qui
ludit cum filiofamilias, vel cum ſeruo, & vincit pecuniam patris,
vel domini. Bologn. in *addit. ad d. conſ. Io. de Anan.* 70. *num.* 3. *in fin.*
8 † Amplia in eo, qui ludit cum falſis taxillis, & vincit; quia com-
mittit furtum. Bologn. in *addit. ad d. conſil. Ioan. de Anan.* 70. *nu.* 4.

## Furti pœna quæ ſit, & de variis pœnis contra furem. Concluſ. 564.

1 FVRTVM † de iure diuino non punitur pœna mortis, niſi ſit
commiſſum in homine libero. Fulgoſ. *conſil.* 157. *Suppoſito ſta-*
*tuto, in princip.* allegat *Exodi cap.* 21. *&* 22. quod eſt ſubſcriptum à
2 Cumano. † Actio furti ceſſat tranſactione, ſed non ceſſat rece-
ptione partis furti reſtituti, quin pro reſiduo poſſit agi, *l. poſt deci-*
3 *ſionem, C. de furtis.* † Pœna furti quæ fuerit antiquitus apud plures,
4 vide plene Menoch. *de arbitrat. caſu* 295. vbi plura. † De iure Ca-
nonico neque imponitur pœna ſanguinis. Fulgoſ. *d. conſil.* 157. *in*
5 *princ.* quod eſt ſubſcriptum à Cumano. † De iure Ciuili fures pu-
niuntur in duplo, & famoſi, ſeu manifeſti, & etiam violenti in
quadruplo, vt plene Iaſon in *§. ex maleficiis, in princ. Inſtit. de actio.*
vbi, quod in fure ſimplum non eſt in quadruplo; ſecus eſt in la-
trone, & ſic plus punitur fur manifeſtus, quam latro, & vide ibi
de ratione, & eſt text. in *l. de his, C. de furtis,* & quod pœna ſit dupli,
& quadrupli, Roman. *conſil.* 203. *Quoad primum, num.* 9. † Et in tan- 6
tum eſt verum, quod non punitur capitaliter, vt imo ſit prohibi-
tum de iure ciuili, quod fur poſſit pœna capitis puniri, ſed nec
membri abſciſſio poteſt fieri, *auth. ſed nouo. C. de ſeruis fugit.* vbi gloſ-
ſa ſumpta ex *authen. vt nulli iudic.* plene Iaſ. in *§. ex maleficiis, Inſtit. de*
*actionibus.* vbi limitat tribus caſibus, & quod hæc eſt communis
* opinio. Iaſon in *l. cum ſeruus, nu.* 3. *ff. de cond. cauſ. data.* † Vide ple- * 7
ne Couarr. *variar. reſolut lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 7. vbi pro vtraque, & di-
ſtinguit, quod pro ſimplici furto non poteſt pœna mortis impo-
ni, in furto qualificato ſecus, & ita tenere Theologos aſſerit. † Be- 8
ne verum eſt, quod de iure ciuili competit pro furto actio ciuilis
ad rem furatam, & ad duplum in ſimplici fure, & ad quadruplum
in manifeſto fure; item competit actio criminalis, vt pecuniaria
pœna poſſit mulctari à fiſco, & tunc requiritur ſubſcriptio, *l. fin.*
*ff. de furtis.* Rom. *d. conſil.* 203. *num.* 9. vbi de pœna dupli, & quadru-
pli parti applicanda, & de alia pœna pecuniaria arbitrio iudicis
fiſco applicanda. † Et qui fraudat fiſcum in quærendis, tenetur ad 9
duplum, in quæſitis ad quadruplum. Bart. in *l. defenſionis, C. de iure*
*fiſci, lib.* 10. † De iure autem ciuili famoſi fures furcis ſuſpendun- 10
tur in locis, vbi graſſati ſunt. *l. capitalium, §. famoſus,* vbi gloſſa, *ff.*
*de pœnis,* vbi Bart. & Bald. quod de generali conſuetudine ita ſerua-
tur. Anchar. *conſil.* 158. *nu.* 2. † Et quod famoſi fures laqueo ſuſpen- 11
dantur de conſuetudine generali, & quod iſta eſt communis * opi- *
nio, & communis obſeruantia. Clar. in § *furtum, num.* 8. *ver. ſcias*
*tamen,* vide per Bart. in *l. leuia, num.* 2. *ff. de accuſat.* vbi, quod furtum
pluribus modis punitur. Gandi. *de latro. & fur.* vbi pro primo ocu-
lus, pro ſecundo naſus, pro tertio vita, ſecundum Longobardos.
† Et non truncatur caput furibus de conſuetudine, ſed furca, & 12
laqueo ſuſpenduntur, communem * dicit Clarus *d. §. furtum,* *
*num.* 15. † Fœminæ furca non ſuſpenduntur in multis locis. Alex. 13
*conſil.* 135. *Circa primum, num.* 5. *lib.* 1. vbi loquitur in ciuitate Brixiæ.
† Et dicitur famoſus, qui bis furatus eſt, & ita iudices interpre- 14
tantur, ſecundum gloſſ. in *d. l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœnis.* ex
conſuetudine furandi quis efficitur famoſus, ſecundum Anchar.
*conſil.* 158. *num.* 2. dicas, quod tria requiruntur furta, vt ſit famoſus,
ſed bene ex duobus grauius punitur citra mortem. Cæpoll. in *au-*
*thent. ſed nouo, num.* 81. *&* 82. *C. de ſeru. fugit.* vbi de communi. * † Et * 15
imo quod famoſus dicatur, qui ſolitus eſt furari, & in hac materia
tria furta requirantur, vt poſſit dici famoſus, & furca, ſeu laqueo
ſuſpendi. Clar. in *d. §. furtum, num.* 8. & dicit ita ſeruari de conſue-
tudine, prout etiam atteſtatur Anchar. *conſil.* 158. *num.* 2. † Con- 16
trarium, quod furibus, etiam ſi pluries furati ſint, non imponitur
pœna mortis, neque furcarum de iure ciuili, tenet Fulgoſ. *d. conſil.*
157. *nu.* 2. vbi allegat *authent. vt nulli iudic. §. penult. collat.* 9. & dicit ita
tenere pene omnes ſcribentes, & reſpondet ad gloſſ. in *d. l. capita-*
*lium, §. famoſos, ff. de pœnis,* vt intelligatur de latronibus famoſis,
non furibus, & ſic de iis, qui cum ferro ſunt latrones ad vias, &
probat aliis mediis, vt ibi, & *num.* 3. *verſic. nec obſtant,* vbi reſpondet
ad contraria, quod eſt ſubſcriptum etiam à Cumano, & eſt com-
munis * opinio, quod pro furto de iure ciuili communi non eſt *
impoſita pœna mortis. Clar. *d. §. furtum, num.* 7. *ver. ſed quæro,* &
quod pro tribus furtis neque pœna mortis puniatur, tuetur Iaſ.
in *l. cum ſeruus, num.* 5. *& ſeq. ff de cond. cauſa data,* vbi plures allegat,
Alexand. *conſil.* 110. *Stante ſtatuto, in prin. lib.* 4. vbi, quod attendun-
tur ſtatuta, & conſuetudines locorum, alias eſt pœna extraordi-
naria de iure communi. † Declara; quia ſi eſſet punitus de duo- 17
bus primis furtis, non deberet ſuſpendi, quando tria requirun-
tur; ſecus ſi pro tertio furto, ita Gandin. *tit. de furib. & latro. num.* 4.
plenius Bonifac. Vitalin. *eod. tit. num.* 3. licet ibi apoſtilla dicat con-
trarium ſeruari. † Declara; quia ſeruanda ſunt ſtatuta locorum; 18
quia de iure ciuili, & communi verum eſt, quod pœna furcarum
non imponitur etiam pro pluribus furtis. Clarus *d. §. furtum, nu.* 8.
*ver. ego puto.* † Tria furta ſi ſufficiant ad ſuſpenſionem furis, non 19
ſufficit probatio vnius furti tantum cum mala fama, & fuga fu-
ris, ſeu contumacia, etiam ſi in genere probetur ipſum eſſe perſo-
nam malæ conditionis; quia debet probatio trium furtorum fie-
ri in ſpecie. Caſtrenſ. *conſil.* 331. *Si iſte inquiſitus, lib.* 2. † Et quod di- 20
citur, quod latrones publici, & famoſi viarum furca ſuſpendun-
tur, & fiunt famoſi, ſi fama publica laborant, & quando tria fe-
cerunt latrocinia ad vias publicas, procedit per quandam exten-
ſionem ad fures famoſos, videlicet, qui tria furta commiſerint,
ſi extant ſtatuta in loco, vel conſuetudines, alias de iure com-
muni puniuntur pœnis extra ordinem. Alexand. *conſil.* 110. *Stan-*
*te ſtatuto in princip. & per tot.* & maxime *in fin. lib.* 4. vbi quod
etiam ſi efficiatur famoſus ex tribus furtis ad inſtar latronum; ta-
men hoc non admitteret, ſi tria furta eſſent leuia, & furticula, vt
homo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

homo moriatur. Vide, *Latro famoſus, & publicus quis dicatur*. Concl. 14.
21 † Parmæ extat ſtatutũ, quod pro quarto furto furca ſuſpendatur,
vt moriatur, quando tria præcedentia aſcendunt ad libras 25. alias
22 pœna extraordinaria puniatur. Alex. *d. conſ. 110. per tot. lib. 4.* † Et
quod tria furta requirantur ad hoc, vt de conſuetudine ſuſpenda-
tur fur, ita Clarus *d. §. furtum. n. 10. & n. 13. & 14.* vbi dicit commu-
* nem, * communem etiam dicit Cæpolla in *auth. ſed nouo. C. de furtis;*
23 *nu. 82.* † Et procedit ſtatutum, ſiue ſint tria furta propria, ſiue im-
propria; quia de ſimilibus ad ſimilia procedit conſuetudo. Bald.
in *l. de iis, quæ C. de furtis.* vbi, quod etiam valet de minori ad maius,
24 & ſic de poſitiuo ad comparatiuum. † Contrariũ Cæpoll. *conſ. 71.*
25 *n. 8. & per tot.* vbi reſpondet ad omnia argumenta Baldi. † Et debet
conſtare de illis; quia non ſufficit, quod conſtet de vno, & de aliis
non, licet adſit contumacia prætenſi furis, ita Caſtren. *conſil. 331.*
26 *lib. 2.* † Adde; quia imo etiam tria furta leuia reddunt furem famo-
ſum, vt ſuſpendatur. Menoch. *de arbitr. caſu 295. n. 7.* allegat Cæpol.
* in *authen. ſed nouo. C. de ſeru. fugit. nu. 89.* atteſtantem de * communi.
27 † Contrarium Iaſ. in *l. ſi ſeruus, n. 6. ff. de condict. cauſa data.* & vide a-
poſtill. ad Bart. in *extrauag. qui ſint rebelles, in verb. rebelles, in princip.* ſu-
per *verb. modice,* vbi allegat plures, & dicit, quod euaſit furem, qui
28 ducebatur ad furcas, etiam ſtante ſtatuto, quod ſuſpendatur. † Et
procedit, etiam ſi à duobus primis fuit gratiatus, vel pœnã ſoluit;
quia adhuc iſta duo aggrauant tertium, vt poſſit furca ſuſpendi.
29 Menoch. *d. caſu 295. n. 19.* vbi, quod ita eſt vſu receptum. † Reſtrin-
ge tamen; quia ſi non eſſent differentiæ, & diuerſis diebus nõ ſuf-
ficiunt, nec cumulantur. Boer. *deciſ. 219.* Menoch. *d. caſu 295. n. 20.*
30 † Vide plura per Couarr. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 10. nu. 7.* vbi late,
quando tria furta inducunt pœnam furcarum, & dicit, quod fuit
inductum propter publicam vtilitatem, & licet Theologi antiqui
dicant non poſſe fieri; tamen moderni admittunt, maxime in fur-
31 to qualificato. † Sufficit tamen, quod ſit commiſſa, etiam ſi à duo-
bus primis fuerit gratiatus; quia pro tertio debet ſuſpendi, & præ-
cedentia poſſunt connumerari. Clar. *d. §. furtum, n. 10. ver. ſed pone,*
* *& n. 13.* vbi dicit * communem, & idem, ſi de duobus primis fuit
gratiatus. Clar. *d. § furtum, nu. 12.* plene Couarr. *variarum reſolutio.*
32 *lib. 2. cap. 9. n. 7.* Menoch. *de arbitr. d. caſu 295. & ſeq.* † Contrarium
Iafred. *deciſ. 367.* quem ſequitur Bonacoſſ. *§. furtum. ver. item ſtatu-*
33 *tum.* † Declara, vt procedat, quando tertium furtum fuit factum
in loco, vbi fit iuſtitia; quia bene tunc ex duobus præcedentibus
extra territorium aggrauatur; ſecus è contra, puta ſi primum, vel
ſecundum eſſent in loco exequutionis; quia à tertio nondum fa-
cto non poſſunt aggrauari, vel adiuuari, ita Bertazol. *conſ. 39. in fin.*
34 vbi pulchre declarat. † Vide tamen Bonifac. Vitalin. *titul. de latro.*
*& fur. n. 3. & ſeq.* vbi quod ſi de duobus primis furtis eſſet punitus,
non deberet ſecundo puniri; ideo non connumerantur, & idem
dicit Gandin. *tit. de latro. & furib. num. 4.* licet apoſtilla in dictis lo-
cis dicat contrarium ſeruari; quia ſiue ſit punitus, ſiue non, cumu-
lantur, ſed forte debet intelligi, quando ſtatutum puniret tertium
furtum pœna furcarum, alias ſi tria furta requiruntur, & pro duo-
35 bus, vel vno eſt punitus, forte contrarium eſſet. † Quod ſi adeſ-
ſent duo furta facta domino inſcio, vel inuito, & aliud eſſet de re
accommodata, vt faber illam accommodaret, an iſtud connume-
retur in tertio, vt ſuſpendatur fur? videtur quod ſic; quia eſt vere
furtum, *l. fullo, la prima. ff. de furtis.* & quia concurrit contrectatio
inuito domino, *l. 1. ff. eod.* contrarium dicebam; quia habet conſen-
ſum domini à principio, & potuit cogitare dominũ permiſſurum,
*l. qui re ſibi commodata. ff. de furt.* & negari non poteſt, quod iſta furta
mitius puniuntur, quam furta carentia conſenſu domini ſemper.
Corne. *conſil. 274. Inſurgit, num. 6. lib. 3.* item quia delictum habens
originem à contractu non eſt criminale. Clar. *§. fin. q. 1.* item quia,
quando actio doli poteſt purgari actione ex contractu, non intrat
dolus, *l. 1. §. ait Prætor, ff. de dolo.* Caſtrenſ. *conſ. 412. in fi. lib. 1.* iſte, qui
accommodauit, poteſt actione ex contractu conueniri; ergo, &c.
accedit, quod de iure communi pœna vltimi ſupplicii, nedum nõ
eſt inducta, ſed expreſſe prohibita, *authent. ſed nouo. C. de ſeruis fugit.*
& plus eſſet acceſſorium, quam principale, ſi homo necaretur pro
furto proueniente ex contractu. Nec obſtat, quod ſit furtum;
quia eſt quidem furtum, ſed ciuile, cui imponitur pœna dupli, &
quadrupli, vt probat text. in *l. aduerſus, C. de furtis.* Vitalin. *tit. de latro.*
*& furib. num. 26.* vbi dicit hoc expreſſe; item verba conſuetudinis
ſunt intelligenda de vero, & proprio furto, quod poteſt etiam cri-
minaliter puniri; & quia qualitas iſta debet adeſſe, vt poſſit fur-
tum qualificari ad pœnã mortis ex iſto tertio; quia propter quod
vnumquodque tale, & illud magis, *authent. & multo magis, C. de ſa-*
*croſanct. eccleſiis.* & quia in pœnalibus non fit extenſio; & quia agi-
tur de vita, & nece hominis, & in dubio benignior pars tenenda;
non negarem tamen ſecundum qualitatem furtorum pœnam ex-
tra ordinem augere plus, & minus, ſecundum qualitatem facti &
perſonæ, & ita tenet Chaſſan. ſuper *conſuetud. Burgund. fol. 42. in fine,*
*& fol. 43. n. 18. ver. quid ergo, cum ſeq.* vbi conſtitutio dicit, quod pro
primo furto non excedente lib. 10. arbitrio iudicis puniatur; ſi ve-
ro excedit, manus abſcindatur, & ſi reinciderit, furca ſuſpenda-
tur: dicit, quod ſi ambo furta non excedunt 10. libras, conſtitutio
non loquitur; quia talia furta ſunt de baſſa iuriſdictione; ergo non
cumulantur ad furcam, & in ſimili, quaſi in terminis Alexand.
*conſil. 110. Stante ſtatuto Ciuitatis Parmæ, lib. 4.* quem ad hoc allegat,
& ſequitur Boſſius *tit. de furtis. n. 28.* & ſequitur Iaſ. in *l. ſi ſeruus, n. 6.*
*ff. de condict. cauſa data,* vbi, quod furta minora non ſufficiunt cumu-
lata ad inducendam pœnam furcæ, pro hac parte facit Cæpoll.
*conſ. crimin. 71. n. 8. per totum.* † Vide Couarruuiam *variar. reſol. lib. 2.* 36
*cap. 10. n. 7.* vbi, quod in furto graui, & qualificato procedit pœna
trium furtorum, & iudex poteſt eam temperare ex cauſa. † Et 37
quod ſtatutum, quod fur poſſit ſuſpendi, ſit exorbitans proprie in-
telligendum, vt non habeat locum in fœmina, ſed in ſolo maſcu-
lo. Cæpoll. *conſ. crimin. 26. n. 22. & ſeq.* vbi plura. † Et quod non ha- 38
beat locum in furto improprio, prout in expilata hæreditate. Cæ-
poll. *conſil. 71. n. 8.* vbi reprobat Bald. contrarium tenentem multis
rationibus, quas videas per totum conſilium, & eſt text. in *l. hære-*
*ditariæ, ff. de furt.* Alber. de Roſate in *4. part. ſtatut. q. 93. in fin.* † Pœna 39
quadrupli, quæ pro furto imponitur de iure communi, nõ eſt ho-
die in vſu de conſuetudine, ſed pœna corporalis imponitur, & in
omnem caſum de iure poli, & ſic in foro conſcientiæ nõn debe-
tur; quia fur tenetur ſolum ad reſtitutionem rei furatæ, vel ad in-
tereſſe, ſecundum * communem. Clar. *d. §. furtum, n. 16. verſ. pœna* *
*autem.* † Pœna igitur furis etiam atrocis, prout ſunt effractores 40
horreorum; ſi ſunt viles, non puniuntur vltra pœnam publici o-
peris; ſi ſunt nocturni, non puniuntur ſupra pœnam metalli; ſi
ſunt honeſtæ perſonæ, non puniuntur vltra pœnam relegationis.
Fulgoſ. *d. conſ. 157. n. 2. in fi. ver. ex quibus colligitur.* † Minor 25. annis 41
minori etiam pœna in caſibus præmiſſis punitur. Fulgoſ. *d. conſil.*
*157. n. 3. verſic. eoque mitius,* & quod non poſſit pro furtis puniri pœ-
na mortis, quando plene conſtat, quod eſt minor. Grammat. *de-*
*ciſ. 48. n. 11. & ſeq.* ſecus, ſi non probetur ætas minor, niſi per ſuſpe-
ctos, & quod minori pœna in furto puniatur, etiam ſi furta ſint
magna. Roland. à Vall. *conſil. 61. circa finem, lib. 1.* † Pœna furis pro 42
quinque ſolidis in caſibus, in quibus impeditur pax Conſtantiæ,
eſt ſuſpenſio, vt per text. in *§. ſi quis quinque ſolidos, de pace tenenda.*
Fulgoſ. *d. conſil. 157. nu. 3. verſic. nec obſtat.* Roman. *conſil. 203. colum. fin.*
*num. 9.* & quod non habeat locum, niſi vbi concurrit fractio pacis
Conſtantiæ Clar. in *§. furtum, num. 7. verſ. ſed quæro,* & ita Iaſ. in *§. ex*
*maleficiis, Inſtit. de actio, num. 3.* † Et imo, quod non ſeruetur de con-
ſuetudine, & nunquam vſu ſit recepta illa conſtitutio, quod pro 43
quinque ſolidis ſuſpendatur homo, dicit Clarus, qui plures alle-
gat *dict. §. furtum, num. 7.* vbi, quod imo Federicus, & alii per illam
legem non regnarunt, & extincta ſit proles in eis, licet Clarus di-
cat, quod propter perſequutionem Eccleſiæ potius fuit; quia
mali Reges erant. † Arbores ſuccidentes, ſiue aſportantes pœna 44
furcarum puniuntur. Ancharan. *conſil. 158. num. 5.* † Vnicum fur- 45
tum rei magni valoris, etiam quod ſit vnicum, debet puniri pœna
furcarum, Bald. in *authent. ſed nouo, num. 3. C. de ſeruis fugit.* & ita
practicaſſe aſſerit Angelus in *tractat. maleficior. in verſicul. veſtem cæ-*
*leſtem, num. 13.* & ita de conſuetudine ſeruari in Hiſpania, Diaz in
*praxi criminali canon. cap. 84. poſt num. 2.* Menoch. *caſu 295. num. 9.*
vbi pro vtraque. † Contrarium, quod imo pro vnico furto quan- 46
tumcunque graui non ſit pœna mortis, & ita ſeruari in practica,
dicit Clarus in *dict. § furtum num. 9. verſicul. ſed an pro vno,* vbi ponit
exemplum in eo, qui derobauit ſcut. 1200. & non fuit laqueo
ſuſpenſus. Alexand. *conſil. 71. inter conſilia crimin. lib. 2. num. 21.* vbi
dicit * communem; quia pœna furcarum inducitur propter aſſi- *
duitatem furandi, non propter magnitudinem furti; & idem di-
cit Roland. à Vall. *conſil. 61. per tot.* maxime *in fine lib. 1.* vbi de * com- *
muni, & quod contraria opinio non ſeruatur. Menoch. *d. caſu 295.*
*num. 9.* † Declarat Menoch. *d. caſu 295. num. 9.* vt prima opinio
procedat in iudice ſupremo, ſecunda in iudice minore. † Amplia; 47 48
quia ſi in bonis eccleſiarũ, vel in eccleſiaſticas perſonas iſta com-
mittantur, maior pœna venit imponenda; quia ſacrilegi ſunt; vn-
de fauentes talibus ſacrilegis homicidæ dicuntur, & pro qualitate
delicti, & perſonarum pœna eſt; quia aliqui comburuntur viui, a-
liqui furca ſuſpenduntur, aliqui ad beſtias damnantur, aliqui car-
ceri perpetuo, vel exilio traduntur, & infames ſunt. Anchar.
*conſil. 158. num. 6.* † Et quod pœna furis ſacrilegi ſit maior, quam
ſimplicis furis, & quod pro vnico furto ſuſpendatur. Clarus in §. 49
*ſacrilegium, nu. 3. ver. ſed quæro.* † Locus etiam, in quo furtum com-
mittitur, arguit maius, & minus eſſe delictum; ideo qui furatur in 50

camera

camera Parlamenti, & ſeu loco iuſtitiæ, furca ſuſpenditur, vt per
Clarum *d.* § *furtum, num.* 8. *in fin.* vbi, quod fur, qui derobauit bur-
ſam cũ 60. ſolidis in camera Parlamenti Pariſiis, fuit furca ſuſpen-
51 ſus. † Alia pœna furis, ſeu furti eſt; quia vltra pœnam corporalem,
& reſtitutionem rei furatæ, ſi deprehendatur actu in flagranti,
poteſt impune interfici. Clarus in *d.* § *furtum, num.* 17. *ver. poteſt,* &
clarius in § *homicidium*, vbi diſtinguit, *num.* 47. *ver. vltima eſt defen-
ſio*, vbi, quod nocturnus fur poteſt interfici impune, concurren-
tibus quatuor; primum, quod homicidium fiat pro defenſione
ſui, vel rerum ſuarum; ſecundum, quod volens occidere clamet;
tertium, quod illum non recognoſcat, & non adſint teſtes, qui
conuincere eum poſſint; quartum, quod eum capere non potue-
*52 rit, & hæc omnia, ſecundũ * communem ſunt neceſſaria. † Quod
diurnus fur poſſit interfici impune, quando fur telo ſe defende-
* ret, ſecundum * communem, declarat Clar. *d.* § *homicidium, n.* 47.
*ver. in diurno*, procedere, quando quis dubitat, an veniat ad furan-
dum, vel occidendum; quia tunc non poteſt ei parcere ſine peri-
*53 culo vitæ, & eſt communis * opinio, vt ibi. † Et quod tam no-
cturnum, quam diurnum liceat interficere furem pro defenſione
rerum ſuarum, vt ſi cum re furata aufugeret, nec aliter poſſet re-
* cuperare, eſt communis * opinio, ſecundum Clarum *d.* § *homici-
dium, num.* 47. *circa fin. ver. idem etiam*, vbi loquitur, quando reperi-
54 tur in flagranti aſportare res derobatas. † Alia pœna contra fu-
* rem eſt; quia contra eum iuratur in litem, ſecundum * commu-
nem, de qua Clarus in *d.* § *furtum, nu.* 18. *ver. item contra furem*, vbi,
quod ſi conſtat de furto, & non poteſt conſtare quantitas rerum
55 furatarum, defertur iuramentum in litem. † Pœna contra fures
fuit varia apud antiquos, vide plene Menoch. *de arbitrar. caſu* 295.
vbi recenſet pœnas diuerſorum locorum, & Regnorum, & quæ
hodie vigeant, vide eum.

## Fuſtigationis pœna quæ ſit, & quo iure inuenta. Concluſ. 565.

1 POENA † fuſtigationis non eſt capitalis. Bart. in *l. transſigere, C. de
* tranſact.* communem * dicit Clarus in § *fin. quæſt.* 70. *nu.* 2. *in fin.*
2 † Quibus caſibus pœna fuſtigationis ſit de iure impoſita, Gandin.
3 *de pœnis reorum, num.* 55. relatiue Clar. *d* § *fin. quæſt* 70. *num.* 3. † Ad-
inuenta eſt de iure ciuili, & etiam de iure Canonico. Clarus *d. fi-
nal. qu.* 70. *nu.* 2. vbi, quod Epiſcopus ſi immoderate faceret fuſti-
gare, ſuſpenditur à celebratione per duos menſes, *cap. præterea, de
4 clerico percuß.* † Infamat fuſtigatio, quando fit in exequutione ſen-
tentiæ condemnantis ad fuſtigationem. Clarus *d.* § *fin. quæſt.* 70.
*nu.* 2. vbi apoſtill. in *ver. capitalis*, allegat Caſtrenſ. in *l. nullam. C. ex
5 quibus cauſis infam. irrog.* † Secus ſi ſine ſententia; quia ictus fuſtium
non infamat, ſed cauſa. *l. ictus fuſtium. ff. de iis, qui notant. infam.*

## Futurum tempus important verba extenſiua. Concluſ. 566.

1 VERBVM, *poteſt*, dicitur † verbum extenſiuum, quod futura
comprehendit. Bart. in *l. ſi ita, nu.* 3. *ff. de auro, & arg. leg.* Curtius
Iun. *conſil.* 109. *num.* 18. Bellon. *conſ.* 5. *num.* 11. Alex. *conſ.* 59. *in fin. lib.* 5.
2 † Declara; quia verbum, *poteſt*, vel verbum, *poſſunt*, eſt extenſiuum
eius, ad quod refertur; ideo ſi refertur ad eſſentiam rei, vel ad qua-
litatem, extenditur ad futura illud, ad quod refertur, non autem
aliud, ita Bart. *d. l. ſi ita, num.* 5. *ff. de auro, & arg. leg.* ſequitur Io. de
Imol. in *l. ſi ita quis, ff. de legat.* 2. Socin. *conſil.* 251. *num.* 22. *ver. nec ob-
ſtant illa verba lib.* 2. † Et verbum, *poterat habere*, reſpicit futurum, 3
*l. ſi ita quis in teſtamento, in princ. ff. de legat.* 2. quia eſt verbum exten-
ſiuum. Alexand. *conſil.* 103. *Quoniam, num.* 8. *&* 9. *ver. præterea aduer-
tendum, lib.* 6. † Infinitiuum verbum, videlicet verbum infinitiui 4
modi, prout *facere*, *implere*, *relaxare*, & ſimilia, important omne
tempus. Bello. *d. conſil.* 5. *num.* 9. vbi dicit * communem. Vide, *Ver-* *
*ba infinitiui modi qualiter intelligantur, & quid important. Concluſ.* 156.
† Subiunctiui modi præſentis verba, quæ etiam ſunt optatiui 5
modi futuri, extenſiua ſunt, & omne tempus, & futurum inclu-
dunt. Bellon. *d. conſil.* 5. *nu.* 9. Vide, *Verba ſubiunctiui modi de præterito
important futurum. Concluſ.* 155. † Idem in verbo præteriti ſubiun- 6
ctiui, prout verbum, *fecerit*; quia eſt futurum etiam eiuſdem mo-
di; ideo importat præteritum, & futurum. Bart. in *l. ſolemus ff. de
cond. & demonſtr.* † Reciproca diſpoſitio etiam per verba de præ- 7
ſenti extenſiua dicitur ad futura propter fauorem reciprocum, ita
Bellon. *d. conſil.* 5. *n.* 24. *& ſeq.* † Tum dictio dicitur extenſiua vſque 8
ad mortem teſtatoris, & ſecundum ſubiectam materiam futurum
continet, *l. tutorib. ff. de teſt. tut.* Bart. in *l. ſi ita, n.* 3. *ff. de aur. & argen. leg.*
Vide, *Verba præſentis temporis exponuntur quandoque de præterito, vel
futuro. Concluſ.* 113. *cum tribus Concluſ. ibi proxime ſeq.*

## Futura an ſimplex diſpoſitio comprehendat. Concluſ. 567.

OBLIGANS † ſe ad pœnas ſtatutorum, qui non eſſet alias obli- 1
gatus, cenſetur ſolum ſe obligare ad ſtatuta præſentia edita,
non autem ad edenda; quia in iis, quæ ſunt magni præiudicii, non
veniunt futura. Abbas *conſil.* 51. *Ad dilucidationem, colum.* 3. *in princ.
ver. ad quod reſpondeo, lib.* 2. † Confiſcatio bonorum trahitur ſolum 2
ad præſentia, non ad futura. Abbas *d. conſil.* 51. *nu.* 2. *colum.* 3. *in princ.
lib.* 2. † Reſcriptum & commiſſio cauſarum non trahitur ad fu- 3
tura. Vide, *Reſcripta qualem interpretationem recipiant. Concluſ.* 211.
† Iudicium non trahitur ad futura, niſi dicatur. Vide, *Iudicium ad* 4
*præſentia, non ad futura accommodatur. Concluſ.* 486. † Odioſa ma- 5
teria eſt ſtricte interpretanda, prout pactum, obligatio, & con-
tractus, nec trahitur ad futura. Abbas *d. conſil.* 51. *num.* 2. *in fine, cum
ſeq verſic. & ſumus in materia, lib.* 2. † Limita, vbi agitur de modico 6
præiudicio; quia obligatio bonorum intelligitur de præſentibus,
& futuris, *leg. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Abbas *dict. conſil.* 51. *col.* 3.
*num.* 2. *lib.* 2.

## Futura contingentia incerta. Concluſ. 568.

FVTVRA † contingentia ſunt incerta apud nos. Anch. *conſ.* 392. 1
*Viſis, diligenter. n.* 5. † Et de futuris non eſt determinata veritas. 2
Rom. *conſ.* 503. *Diligenter, nu.* 12. *ver. non enim ſcire poterat.* † Limita; 3
quia iudicamus futura contingentia ſecundum communem con-
tingentiam. Anchar. *d. conſil.* 392. *n.* 5. *cum ſeq.* † Extende; quia licet 4
futura contingentia, tanquam incerta non habeantur in conſide-
ratione, fallit, quando veriſimile eſt, quod futurum poſſit euenire.
† Ideo etiam à iudice debet conſiderari. Bald. in *l. fin.* § *ſed quia, in* 5
*fine, C. commun. de legat.* ſequitur Decius in *l. ſi idem cum eodem.* § *ſi
vna, colum.* 2. *ff. de iuriſdict. omnium iud.* † Futura contingentia diſpi- 6
ciuntur à præſenti vtilitate. Vnde dicitur, *ad præſens oua ſunt
pullis futuris meliora.* Deci. *conſil.* 474. *Viſo inſtrumento,
num.* 44.

# G

## GABELLA ET PEDAGIVM QVID SIT, & eſt de regalibus Principis; ideo prohibita, & quomodo imponenda. Concluſ. 1.

1 GABELLA † & pedagium proprie ſoluitur pro rebus
ingredientibus, vel exeuntibus, aut tranſeuntibus
per territorium, vt per Bertach. *tract. de gabell. in prin.
2 num.* 5. † Et gabella eſt munus ordinarium, quando
ſemper vniformis præſtatur. Deci. *conſil.* 48. *Mature,
3 ac diligenter, in prin.* † Item gabella contractuum eſt onus contra-
4 ctus conſequutiuum. Dec. *conſ.* 457. *In cauſa gabellæ, in princ.* † Ra-
tio gabellarum & pedagiorum eſt; quia exigentes tenentur ad cu-
ſtodiam, & ſecuritatem ſtratarum, alias obligantur ad damna &
intereſſe verſus damnificatos. Corn. *conſil.* 181. *Viſa copia, num.* 15.
5 *& 16. lib.* 3. † Et gabella, quæ debet ſolui pro tranſitu, non debe-
tur, niſi tranſitus ſit veniendo extra territorium, & tranſeundo
vltra territorium; quia ſi ſolum conducantur merces ſoluentes
pro tranſitu, non ſoluunt, ſi remaneant in territorio, & idem, ſi à
territorio extrahantur, ita Feder. de Senis *conſil.* 127. *Statuto Ciui-
tatis, per tot.* & idem tenet *conſil.* 178. *per tot.* Vide, *Tranſire quis dica-
tur de loco ad locum. Concluſ.* 358. † Declara, niſi vſus & conſuetudo 6
contrariam interpretationem induxerit. Feder. de Sen. *d. conſ.* 127.
*in fi.* † Et gabellæ, & vectigalia ſunt de regalibus, quæ Principi 7
ſunt reſeruata. Bertach. *tract. de gabell. part.* 1. *in princ. nu.* 13. Roman.
*conſil.* 271. *Vis tota, in princ.* Vide, *Regalia quæ eſſe dicantur, & ad quem
ſpectent. Concluſ.* 82. † Et regalia iſta fuerunt conceſſa per Impera- 8
torem ciuitatibus Italiæ, quæ ſunt comprehenſæ in pace Con-
ſtantiæ, vt in *tit. de pace Conſtan.* † Regulariter gabella, pedagium, 9
& vectigalia ſunt prohibita omnibus ſine licentia ſupremi Prin-
cipis, vt *C. nou. vectig. imponi non poſſe.* vbi * omnes, plene Roland. à *
Vall. *conſil.* 42. *num.* 22. *& ſeq. lib.* 3. Vide, *Pedagium quid ſit, an prohibi-
tum, vel permiſſum. Concluſ.* 203. *& Concluſ. ibi proxima ſeq.* Vide, *Vecti-
galia noua imponi non poſſunt, niſi à Principe ſupremo. Concluſ.* 32. † In- 10
tellige de gabellis, pedagiis, & vectigalibus, quæ indiſtincte impo-
nuntur omnibus forenſibus, terrigenis, & tranſeuntibus: ſecus, ſi
ſolis ciuibus, & habitatoribus per modũ collectæ imponerentur;
quia non ſunt prohibitæ, plene Ripa *conſil.* 18. *lib.* 2. *tit. nou. vectigal.*
† Amplia; quia ſola lucri cupiditate non eſt imponenda, ſed ex ra- 11
tiona-